This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

68

Dr Biber Coombe [illegible]



73
C

BS
2833
.G7
F2
1719


Mü 1576865.

CODICIS APOCRYPHI
NOVI TESTAMENTI,

PARS TERTIA
NUNC PRIMUM EDITA,

CURANTE

JO. ALBERTO FABRICIO,
SS. TH. D. ET P. P.



EDITIO SECUNDA EMENDATIOR.

HAMBURGI,
APUD CHRISTIANUM HEROLD,
1743.

1+1 5-28-31 24149

VIRIS
SUMME VENERANDIS ATQVE ERUDITISSIMIS,
CHRISTOPHORO MATTHÆO
PFAFFIO
SS. Theol. D. & Profeſſori Publico celeberrimo in Academia Tubingenſi

ET

JOANNI FRICKIO,
SS. Theol. Profeſſori & in ſummo Ulmenſium Templo Eccleſiaſtæ meritiſſimo,

6-19-31

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

LOngis terrarum ſpatiis ab utroqve veſtrum jam

 diu

diu remotus ac disjunctus, qvotidie tamen de vobis cogito atqve non minus inter Eccleſiæ noſtræ honeſtamenta & litterati orbis delicias veſtrá colo nomina, qvam inter devinctos mihi veteri amicitiæ vinculo amo & chara habeo. Itaqve volui exſtare aliqvod publicum mei in vos amoris teſtimonium, & obſervantiæ pignus: in Te qvidem, ſumme Venerande PFAFFI, provocatus inſigni tua in me benevolentia, maximisque meritis qvibus Eccleſiam & rem litterariam obſtringis Tibi qvotidie, obſtringesq;, etiamſi amor Tu-

us, oblato mihi nuper jucundiſſimo munere, dedicataqve erudita de liturgiis & libris Eccleſiaſticis lucubratione, meum propoſitum non occupaſſet. In Te autem FRIKKI deſideratiſſime, qvem a primis annis Academicis cum Lipſiæ una verſaremur, dilexi, atqve doctrinam, virtutem & integritatem Tuam præ aliis plurimis obſervavi, multis etiam abſens benevolentiæ & amoris Tui in me ſignificationibus mactatus. Rogo igitur præſens hoc, qvod Vobis cum maxime conſecro Volumen, permittite interpretem eſſe mei in Vos animi atq;

obſervantiæ prædem, perſuaſique eſte, me qvando Vos recte valere atqve rebus proſperis uti audio, mihi gaudere, Eccleſiæ & litteris gratulari, & DEo immortali gratias agere. Scripſi Hamburgi X. Cal. Octobr. anni Chriſtiani cIↄ Iↄccxlx.

AD LECTOREM.

DE instituto meo Apocrypha ſcripta in unum faſcem colligendi, & quare operæ pretium duxerim hoc facere, jam olim ante primum volumen præfat9, & ad Codicem pſeudepigraphum Veteris Teſtamenti, ſatis dixi. Eædem cauſæ me moverunt ut præſens veluti ſpicilegium Codici Apocrypho Novi Teſtamenti, nunc iterum recenſo ſubjicerem, illique varia pridem à me vel præterita de induſtria, vel etiam ignorata tunc mihi & ab eo tempore demum a me obſervata inſererem.

Familiam in novo hoc tomo ducunt LITURGIÆ, *Apoſtolorum nomine venditatæ, quas ego conſulto omittendas olim ratus ſum, quia ſola ſcripta, ſcriptis Novi Teſtamenti, quadruplicis generis, Evangeliis, Apoſtolicis Actibus, Epiſtolis & Apocalypſi reſpondentia colligere volebam. Intellexi autem eſſe qui etiam Liturgias a me additas vellent, utpote rarius obvias,*

& licet manifeſto Apoſtolicam mentientes ætatem, nihilominus ſub Apoſtolorum jactatas nomine, nec omnino contemnendas, & de antiquo Eccleſiarum quarundam Chriſtianarum uſu teſtimonium perhibentes. Itaque quas potui, Græce & Latine, alias ex Latina verſione integras hoc Volumine exhibui.

Apoſtolicas illas & ſinceras non eſſe, omnes eruditi hodie conſentiunt. Et quis credat ab Apoſtolo ſcriptum quod S. Virgo Maria vocatur δέσποινα ἡμῶν p 49. 63. 92. 113. 240. 285 τιμιωτέρα τῶν χερουβὶμ p 92. Θεοτόκος p. 40. 49. 63. 79. 92 (ter) 113. 134. 135. 165. 176. 225. 285. 330. Mediatrix p. 229. Ad Mariam: δόξα σοι gloria tibi pag. 93. 252. Ave Maria 91. 169. 285. Ora pro nobis p. 229. 129. 149. 165. 176 abſolvamur per os Mariæ, cœli ſecundi, Matris Dei, per os Michaelis, Gabrielis, (Raphaelis & Urielis p. 240.) &

omni-

omnium Archangelorum & nonaginta novem ordinum Angelorum pag.222. anathema iis qui non credunt in Mariam pag.226. Paule ora pro nobis. ib. Oratio & benedictio Apoſtoli ſit ſuper nos ſemper p 226. protege civitatem iſtam propter martyrem tuum & Evangeliſtam Marcum p.267.288. Da ſanctorum Patrum ritum obſervare pag.271. Quod oratur pro Regibus & Reginis fidelibus, qui Apoſtolorum tempore nulli erant pag.155.239.246. 187.196 206.330. pro Regibus fidelibus qui monaſteria in quatuor mundi partibus ædificarunt pag.133. ſeq. pro Papa pag.169.287. pro Patriarcha & religioſis Auguſtis pag.162.169. pro orthodoxis Doctoribus p.87.93. 208. & ſanctis Epiſcopis qui pridem obdormierunt pag.136.156. pro martyribus & confeſſoribus pag.91.196. 319.207.284. pro confeſſoribus in metallis pag.88. pro patribus aſcetis

 mona-

φοβερὰ καὶ ἀναίμακτος θυσία p. 66. 68. 82. 124. 130. 135. 139. 150. 152. 153. 275. *pro noſtris & populi peccatis* p. 70. 72. 66. *quod dona cruce ſignantur ſive* σφραγίζονται pag. 64. 77. 105. 127. 138. 143. 157. 175. 209 *nec minus populus* p 264. 275. 276. 293. 305. *quod crux vocatur* ζωοποιός p. 47. & *pons in vitam æternam* p. 140. *Cuſtodi eos ſigno victricis crucis tuæ* p. 318 *angelus* φύλαξ ψυχῶν καὶ σωμάτων *a DEo petendus ſuadetur* p. 48.

Eſt in hiſce liturgiis omnibus mirus quidam conſenſus in eo, quod ſacram Euchariſtiam non ſub una, ſed ita ut Chriſtus illam inſtituit, & Apoſtolorum exemplo veteres Chriſtiani rectiſſime & conſtantiſſime fecerunt, ſub utraque, pane ſcilicet ac vino, populis diſtribuunt. Igitur qui his vel aliis liturgiis priſcis utuntur, ut ritibus ſuis, quos cupiunt omnibus Chriſtianis obtrudere, auctoritatem & antiqvitatem

tem

tem concilient, certe ab earum etiam conſenſu maxime deſtituuntur in eo capite, in quo ipſi a Chriſti inſtitutione & Apoſtolorum exemplo recedere maxime non dubitaverunt. Mirum quoque in hiſce aliisque Orientalium Liturgiis conſenſum videas circa invocationem Spiritus S. ut dona faciat corpus & ſanguinem Chriſti, Vide pag. 34. 70. 65. 67. 71. 98. 103. 124. 139. 141. 166. 167. 184. 190. 212. 215. 252. 265. 272. 293. 303. 304. 311. 316. 325. *imprimis vero p.* 84. *ſeq.* 129. 195. 204. 243. 297. & 328. *ſeq. De hac Liturgica invocatione tamen in genuinis Apoſtolorum ſcriptis ne γρῦ.*

Neminem interim puto futurum eſſe Eccleſiaſticæ antiquitatis amantem Chriſtianum, quem pœnitere poſſit has liturgias evolviſſe, ita inſignia pietatis & ritus Chriſtianorum veterum veſtigia in illis expreſſa comparent, licet ſuperſtitionis loliginem lapſu tempo-

rum

rum pulcherrimæ ſiligini admixtam pariter in eis liceat obſervare. Cæterum eaſdem venerabili Apoſtolorum nomine jam olim, non tanquam ab auctoribus, ſed quod commemorationi eorum ſingulariter eſſent deſtinatæ, aut quod origines ſacrorum ſuorum, & inſtitutionum ſuarum Eccleſiarum, Chriſtiani illis in locis ad eos referrent, nuncupatas fuiſſe, jam a multis viris doctis obſervatum conſtat.

Præter haſce liturgias in præſenti Volumine offeruntur Tibi varia etiam alia, de quibus peculiariter hic verba plura facere non eſt neceſſe. Qualia autem illa ſint, vel ex hoc ſyllabo, ſi placet, cognoſces.

PARTE III.

CODICIS APOCRYPHI

continentur:

DE LITURGIIS Jacobi, Marci &c. teſtimonia & cenſuræ pag. 1.
Liturgia JACOBI, Græce & Latine p. 33.
Alia verſa e Syriaco a V. C. Euſebio Renaudot, p. 122.

Liturgia PETRI, Græce & Latine p.159.
Alia verſa e Syriaco p.179 tertia p.192.
Liturgia JOHANNIS e Syriaco verſa, 200.
Liturgia MATTHÆI, qua Æthiopes utuntur p.211.
Liturgia MARCI, Græce & Latine p.253.
Alia verſa e Syriaco p.312.
Liturgia XII. APOSTOLORUM quam ordinavit LUCAS, itidem ut priores e Syriaco verſa à C. V. Euſebio Renaudot. p.325.
Precatio S. JOHANNIS Evangeliſtæ p.334.
SYNODI Apoſtolorum Antiochenæ Canones IX. p.336.
Synodus in qua SYMBOLUM ab Apoſtolis conditum traditur p.339.
Symbolum & de Symbolo ſcriptores p 363.
Evangelium num agnoſcant Muhamedani p.366
De Evangelio BARNABÆ quod MS. exſtat Italice in Bibliotheca Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis EUGENII p.373. ex illo loca quædam p.378. p.390. 393. cum Latina verſione p.384.
Dicta JESU quæ ex Muhamedanis ſcriptoribus congeſſit Levinus Warnerus. p.394.
Judæorum blaſphema commenta, 396.
De libro σύνταξις καὶ ἀπόκρισις Ἰησοῦ p.397.
De hiſtoria ſub CLAUDIÆ PROCULÆ, Pilati uxoris nomine edita p.398.
Paralipomena, addenda iis quæ de Evangeliis Apocryphis Tomo primo commemorata ſunt p 399. ſeq 526. ſeq.
Quare CHRISTUS non prius miracula fecerit, quam cum jam eſſet natus triginta annos p 408.
M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri Schediaſma de CHRISTI, cum verſaretur inter homines, ſtudiis ἄτερ γραφῶν p 424.
De ſtatua HÆMORRHOUSÆ a CHRISTO ſanatæ, mulierisque ad Herodem Epiſtola Græce & Latine p.445.
PILATI relatio ad Tiberium, Græce & Latine p.456.
Judæorum de CHRISTO conſultatio p.487.
Judæorum Epiſtola Hieroſolymis ſcripta de CHRISTO ad Judæos Ulmenſes pag.493. alia ad Judæos Toletanos pag.497.

De

De Joſepho Arimathæo & Lazaro p. 506.
De Epiſtolis & dictis Chriſto tributis, paralipomena p. 510.
De Johannis ac Melitonis ſcriptis de obitu Mariæ p. 533.
De Evangeliis quæ a Tatiano, Luciano & ſub Anaſtaſio falſata eſſe feruntur p. 538.
De Aramo quinti effictore Evangelii p. 545.
De precatione Magica quæ ſub S. MARIÆ nomine fertur apud Æthiopes p. 560.
Paralipomena ad Abdiam p. 568. ſeq. & ad notitiam Actuum Apoſtolicorum Apocryphorum p. 597. ſeq.
XII. Apoſtolorum patriæ & parentes p. 590.
Paſſio S. JOHANNIS Evangeliſtæ, ſub MELLITI nomine edita à Franciſco Maria Florentinio p. 601.
MARCELLI de mirificis rebus & Actibus PETRI & PAULI pag. 632.
De Epiſtolis S. MARIÆ tributis paralipomena p. 661.
De Epiſtola S. PAULI tertia ad Corinthios & Corinthiorum ad Paulum p. 666. quæ ipſæ exhibentur ex Armenico verſæ p. 668. 681.
Epiſtola compoſita à Joach. Camerario ſub PAULI nomine ad Epheſios & Epheſiorum ad Paulum, Græce & Latine p. 686.
De Epiſtola PAULI ad Laodicenſes, & Epiſtolis ad Senecam, paralipomena p. 710.
Prophetia JOHANNIS Evangeliſtæ de conſummatione Mundi p. 720.
Catalogus Apocryphorum ſcriptorum in cavernis Granatenſibus ut ajunt effoſſorum A. 1595. p. 725.
Narrationes Apocryphæ ex Chronico ſub Dextri nomine edito p. 726.
S. HERMÆ, viri Apoſtolici Paſtor, emendatior, præmiſſis teſtimoniis veterum auctioribus, & fragmentis pluribus Græcis quam in editione Cotelerii exſtant, additis notis ejusdem atque Oxonienſis edit. integris, aliisque p. 737.

LITUR-

LITURGIÆ
SS. APOSTOLIS
Jacobo, Petro, Joanni, Matthæo;

ET

APOSTOLICIS VIRIS
Marco ac Lucæ

TRIBUTÆ.

Græce & Latine.

A DE

DE LITURGIA JACOBI TESTIMONIA ET CENSURÆ.

Concilium CPol. in Trullo habitum Anno CHRISTI 706. *Canone XXXII. T. 3. edit. Harduin p.* 1673.

NAm & *Jacobus* CHRISTI Domini noſtri ſecundum carnem frater, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus primum eſt creditus, & Baſilius Cæſareenſium Eccleſiæ Archiepiſcopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito ſacrificio ita conſervandum in Divina Miſſa ex aqva & vino ſacrum calicem ediderunt.

ΚΑὶ γὰρ καὶ Ἰάκωβος ὁ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀδελφὸς, ὃς τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας πρώτως τὸν θρόνον ἐπιστεύθη, καὶ Βασίλειος ὁ τῆς Καισαρέων ἀρχιεπίσκοπος, οὗ τὸ κλέος κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατός τε καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασι.

Auctor

Auctor apoſpasmatii περὶ παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας, de traditione Divinæ Liturgiæ, *quem Proclum CPol.* * *incerta fide quidam venditant, & quod integrum hoc loco, quia breve eſt, apponere placuit.*

Πολλοὶ μὲν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους διαδεξαμένων θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι

MULTI quidem & alii divini paſtores, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, ac Eccleſiæ doctores, ſa-

* Si Proclum CPol. auctorem hujus brevis ſcripti eſſe conſtaret, qui A. C. 446. fuit defunctus, illius teſtimonium Canoni Trullano præponendum à me fuiſſet: ſed Allatius ipſe pag. 17. de libris Eccleſiaſticis Græcorum & alii etiam ex Romana Eccleſia eruditi viri non ſine multa ratione de eo addubitant. Itaque & *S. Epiphanii* locum, quem pro Jacobi Liturgia afferunt Allatius & Schelſtratenus, penitus omiſi, quia ex illo non poteſt probari Liturgiam Jacobi Epiphanio innotuiſſe, qui inter alios Apoſtolos modo Jacobum etiam κατὰ τὴν γῆν ἱερουργῆσαι τὸ Εὐαγγέλιον καὶ μυστηρίων ἀρχηγέτην celebrat hæreſi LXXXIX. 3. pag. 1060. Omiſi etiam locum Leontii Byz. libro III. contra Neſtorium & Eutychem, qui miſſam Apoſtolorum memorans, de Jacobo ſpeciatim ne γρῦ. Cæterum recentiores Græci Liturgiam Jacobi laudant & amplectuntur plerique magno conſenſu & numero, quorum teſtimonia accumulare nihil eſt neceſſe, ut Alexius Ariſtenus, Joannes Citrius, Marcus Epheſius, Manuel Malaxus, Gabriel Severus Metropolita Philadelphienſis, Gennadius Scholarius, Theodorus Antidorum Epiſcopus, Nicolaus Methonenſis, Nicolaus Cabaſila, Cardinalis Beſſarion &c. Horum loca adducta vide ſis ab Allatio in συμμίκτοις pag. 182. ſeq. Jo. Darenſis Syri apud Jo. Morinum P. 424. de Ordinatt.

crorum illius divinæ Miſſæ myſteriorum rationem explicantes, ſcriptis mandatam Eccleſiæ tradiderunt, in quibus primi & clariſſimi ſunt beatus Clemens ſummi illius Apoſtolorum diſcipulus ac ſucceſſor, qui ſacroſancta illa myſteria à ſanctis Apoſtolis ſibi revelata, in lucem edidit: & divus Jacobus *qui in ſortem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ adminiſtrandæ vocatus fuit, quique hujus primus Epiſcopus à primo illo & ſummo pontifice CHriſto Deo noſtro conſtitutus eſt. Magnus porro poſtea Baſilius hominum ſocordiam & ignaviam conſpiciens, eoſque nihil aliud quam terrena & abjecta cogitantes, & ob id longitudinis Miſſæ pertæſos, non quod ſupervacaneum aliquid aut nimis longum continere eam arbitraretur, ſed ut ſimul orantium atque audientium ignavium atque pi-*

τῆς ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύσιοι τυγχάνουσιν. ὅ, τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων· καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὁ τῆς ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχὼν, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κατασταθείς. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος μετὰ ταῦτα τὸ ῥάθυμον καὶ καταφερὲς τῶν ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς λειτουργίας μῆκος ὀκνούντων, ταύτην οὐ περιττὴν καὶ μακρὰν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ τὸ τῶν συνευχομέ-

νων

νων τε καὶ ἀκροωμένων
ῥᾴθυμον διὰ τὸ πολὺ
τοῦ χρόνου παραναλώμα
ἐκκόπτων, ἐπιτομώτε-
ρον παρέδωκε λέγεσθαι.
Μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς
ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος
ἡμῶν, οἱ ἀπόστολοι, πρὸ
τοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην
πᾶσαν διασπαρῆναι,
ὁμοθυμαδὸν εὑρισκόμε-
νοι, εἰς προσευχὰς παν-
ημερίους ἐτρέποντο, καὶ
τὴν τοῦ δεσποτικοῦ σώ-
ματος, μυστικὴν ἱερουρ-
γίαν παραμύθιον εὑρη-
κότες, διεξοδικώτατα
αὐτὴν ᾖδον. Τοῦτο γὰρ
καὶ τὸ διδάσκειν, πάν-
των προυργιαίτερον ἡ-
γοῦντο. Πολλῷ δὲ μᾶλ-
λον μετ' εὐφροσύνης καὶ
πλείστης χαρᾶς ἦσαν
προσκαρτεροῦντες τῇ τοι-
αύτῃ θείᾳ τελετῇ, ἀεὶ
τοῦ κυριακοῦ μεμνημένοι
λόγου, τοῦτό ἐστι τὸ σῶ-
μά μου, λέγοντος. Καὶ,
τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν
ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ, ὁ
τρώγων μου τὴν σάρ-

*gritiam præcideret, pro-
pterea quod multum in ea
temporis poneretur, bre-
viorem recitandam dedit.
Etenim poſtquam Serva-
tor noſter in cœlum aſſum-
ptus eſt, Apoſtoli prius-
quam per omnem orbem
terrarum diſpergerentur,
conſpirantibus animis
convenientes ad toto die
orandum convertebantur:
& cum multam conſola-
tionem in myſtico illo Do-
minici corporis ſacrificio
poſitam inveniſſent, fu-
ſiſſima & longa oratione
Miſſam decantabant,
hæc enim divina ſacra
una cum docendi ratione
conjuncta, cæteris rebus
anteponenda exiſtima-
bant. Atque majori &
alacriori rerum divina-
rum & ſacrificii ſacro-
ſancti ſtudio & deſiderio
flagrabant, & illud obni-
xe amplectebantur, quod
in memoria ſemper ha-
berent verbum illud Do-
mini dicentis:* Hoc eſt
corpus meum: & Hoc
fa-

facite in meam commemorationem, &c: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *Quare & contrito ſpiritu multas preces decantabant, divinum numen impenſe orantes: quinetiam eos qui ex Judæis ac Gentilibus recenter illuſtrati erant, ad religionem Dei & pietatem erudiebant, docebantque veteri doctrina relicta, ſacris illis & pietate plenis Miſſæ myſteriis, ſenſus ſuos & mentem imbuere. Per has igitur preces Spiritus ſancti adventum expectabant, ut ejus divina præſentia propoſitum in ſacrificium panem & vinum aqua permixtum, ipſum illud corpus & ſanguinem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti efficiat. Qui quidem religioſus ritus obſervatur ad hoc uſque tempus, & ad finem uſque ſæculi obſervabitur. At curis mundi mancipati*

κα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Διὸ καὶ πνεύματι συντετριμμένῳ πολλὰς εὐχὰς ἔμελπον, τὸ θεῖον ἐκλιπαροῦντες. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν νεοφωτίστους τοῖς τῆς χάριτος ἐθίζοντες, καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος παραλείπειν διδάσκοντες, σκιὰ τῆς χάριτος ὑπάρχοντες, εὐσεβῶς ἐπαιδαγώγουν. Διὰ τούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος προσεδόκων, ὅπως τῇ αὐτοῦ θείᾳ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἀποφήνῃ τε καὶ ἀναδείξῃ. ὅπερ οὐκ ἔλαττον καὶ μέχρι τοῦ νῦν γίνεται, καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος γε-

νέσε-

νήσεται. Ἀλλ' οἱ μετέπειτα τὸ στεῤῥὸν καὶ θερμὸν τῆς πίστεως ἀποβαλόντες, ἐν ταῖς τοῦ κόσμου πράξεσι καὶ φροντίσι καταγενόμενοι, τὸ μῆκος, ὡς ἔφην εἰπὼν, τῆς λειτουργίας ὀκνοῦντες, μόλις ἐφοίτων εἰς τὴν θείαν ἀκρόασιν τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων. Διὸ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος θεραπευτικῇ τινὶ μεθόδῳ χρώμενος, ἐπιτομώτερον ταύτην ἀπαγγέλει. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ὁ ἡμέτερος πατὴρ, ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, Ἰωάννης, τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας, οἷα ποιμὴν προθύμως κηδόμενος, εἴς τε τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀθυμίαν ἐφορῶν, πρόῤῥιζον πᾶσαν σατανικὴν πρόφασιν ἠβουλήθη ἀποσπάσασθαι. Διὸ καὶ τὰ πολλὰ ἐπέτεμε, καὶ συντομώτερον τελεῖσθαι διετάξατο, ἵνα μὴ κα-

& immerſi, Miſſæ longitudinem (ut dixi) pertæſi, vix conveniebant ad audienda Domini verba. Quare divus Baſilius medica quadam ratione uſus, breviorem eam ac conciſiorem reddidit. Haud multo poſt pater noſter Joannes, cui aurea lingua cognomen dedit, curam ovium, ut paſtorem decet, magna alacritate animi ſuſcipiens, ac hominum naturæ ſocordiam atque ignaviam proſpiciens, fibras omnes & radices hujus prætextus ſatanici prorſus avellere voluit. Quare multa præcidit, & ut brevior eſſet, conſtituit: ne ſenſim homines libertatem, & otium maxime amplectentes, fallacibus & furioſis adverſarii ſermonibus decepti, ab hac Apoſtolica & Divina traditione deficerent, quod multis ſæpe accidiſſe variis in locis ad hunc usque diem deprehendimus.

τὰ μικρὸν οἱ ἄνθρωποι ἐλευθερίαν τινὰ καὶ σχολὴν τὰ μάλιστα φιλοῦντες, τοῖς τῶν ἀντιπάλου διαλογισμοῖς ἐξαπατώμενοι, τῆς τοιαύτης ἀποστολικῆς καὶ θεϊκῆς παραδόσεως ἀφιστῶνται, ὡς πολλοὶ πολλάκις πολλαχόσε τοῦτο διαπρατόμενοι καὶ μέχρι τοῦ σήμερον ἐφωράθησαν.

Iſaacus Armeniæ magnæ Catholicus (ſec. XI. clarus) invectiva in Armenios cap. 6. Tom. 2. auctarii novi Combefiſ. pag. 342.

QVod porro calix, quem CHRISTUS Apoſtolis tribuit, vinum haberet & aquam, teſtes ſunt S. Apoſtolus Jacobus ille Domini frater, ac Marcus Evangeliſta, cum ita ambo in ſuis Liturgiis dicunt: *Similiter poſtquam cœnavit, accipiens calicem & permiſcens ex vino & aqua, gratias agens ac benedicens dedit* &c.

Ὅτι γὰρ ποτήριον ὁ Χριστὸς τοῖς Ἀποστόλοις δέδωκεν, οἶνον καὶ ὕδωρ εἶχε, μάρτυς ὁ ἅγιος Ἀπόστολος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος καὶ Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς λειτουργίαις ἑκάτεροι οὕτω λέγοντες, ὡσαύτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, εὐχαριστήσας καὶ εὐλογήσας ἔδωκε &c.

Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus * *ad interrogationes Marci Alex. quæſtione I. libro V. juris Græco Rom. pag. 362.*

Interrog. 1. *Quæ in partibus Alexandriæ & Hie-*

Ἐρώτησις. Αἱ περὶ τὰ μέρη τῆς Ἀλε-

* Clarus circa A.C. 1190. qui à Niceta Choniate p. 440. vocatur ἀνὴρ ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας νομοτριβής.

λεξανδρείας καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτουργίαι, καὶ λεγόμεναι συγγραφῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, καὶ Μάρκου, δεκταί εἰσι τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ οὔ;

Ἀπ. Ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ ῥήτωρ καὶ διδάσκαλος, Κορινθίοις ἐπιστέλλων, φησίν. Ἀδελφοί, παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα. ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. Φαμὲν τοίνυν, ὡς οὔτε ἀπὸ θείας γραφῆς, οὔτε ἀπὸ κανόνος ἐκφωνηθέντος συνοδικῶς ἀνεδιδάχθημεν, ἱεροτελεστίαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Μάρ-

roſolymorum leguntur Liturgiæ, & conſcriptæ dicuntur fuiſſe a ſanctis Apoſtolis, Jacobo fratre Domini, & Marco, recipiendæ ſunt a ſancta & catholica eccleſia, necne?

Reſp. *Magnus Apoſtolus Paulus, ſanctarum Dei eccleſiarum orator & doctor ad Corinthios ſcribens, ait;* *Fratres, obſecro vos per nomen Domini noſtri JEſu Chriſti, ut idem dicatis omnes, nec ſint in vobis diſſidia: ſitis autem a) compoſiti eadem mente eademque voluntate. *Dicimus igitur, nos neque à ſacra Scriptura neque a canone ſynodico edito, edoctos fuiſſe* b) *ſacram Liturgiam a S. Apoſtolo Marco traditam. Solus enim* 32. *canon ſanctæ & œcumenicæ ſynodi coactæ in Trullo magni palatii, ait*

* 1 Corinth. I, 10.

a) *Conglutinati.* b) *Sacram cerimoniam.*

a S. Jacobo Dei fratre myſticum ſacrificium fuiſſe compoſitum. Attamen LXXXV. canon ſanctorum & omni laude celebrium, Apoſtolorum, & LIX canon Laodicenæ ſynodi, enumerantes veteris teſtamenti & novi, ipſosque apoſtolicos libros, qui in uſu nobis eſſe debent, nullam c) *ſacrificii S. Jacobi vel Marci mentionem faciunt. Neque etiam catholica ſanctiſſimi & œcumenici throni Conſtantinopolis eccleſia ullo modo eas liturgias agnoſcit. Pronuntiamus igitur, non eſſe has recipiendas. Etſi enim ab iis facta eſſent, ab omni uſu vacare jubentur, ut & alia multa. Idque manifeſtum eſt ex LXXXV. canone ſanctorum & benedictorum Apoſtolorum, & ſecundo canone ſanctæ & œcume-*

κου. παραδοθῆναι. Μόνος γὰρ ὁ λβ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συστάσης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, φησὶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου μυστικὴν ἱερουργίαν συντεθῆναι. ὁ μέντοι πε' κανὼν τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ ὁ νθ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, ἀπαριθμούμενοι τὰ ὀφείλοντα παρ' ἡμῖν πολιτεύεσθαι βιβλία τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῆς καινῆς, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ἀποστολικά, ἱερουργίας τοῦ ἁγίου Ἰακώβου ἢ τοῦ ἁγίου Μάρκου μνείαν ὅλως οὐ ποιοῦνται. ἀλλὰ καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐδ' ὅλως ταύτας ἐπιγινώ-

c) *ſacra cærimonia.*

νώσκειν. ψηφιζόμεθα οὖν μὴ εἶναι δεκτὰς αὐτάς. Κἂν γὰρ ἐγένοντο, παντελῶς ἀπραξίας κατεψηφίσθησαν, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. καὶ δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ πέ κανόνος τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τοῦ β κανόνος τῆς ἐν τῷ τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συστάσης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. Ὁ μὲν γάρ, ὁ ἀποστολικός δηλαδή, διορίζεται τὰς τοῦ Κλήμεντος δύο ἐπιστολάς, καὶ τὰς διαταγὰς τῶν ὀκτὼ βιβλίων αὐτοῦ ἀναγινώσκεσθαι μὲν, μὴ δημοσιεύεσθαι δὲ, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. Ὁ δὲ θέλει ταύτας μηδὲ ἀναγινώσκεσθαι, διὰ τὸ παρεντεθῆναι αὐταῖς παρὰ ἑτεροδόξων πολλά τινα νόθα, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀλλότρια. Διά τοι τοῦτο

menicæ ſynodi in Trullo magni palatii coactæ: alter enim Apoſtolicus videlicet, definit; duas Clementis epiſtolas, & d) diſpoſitiones octo librorum ejus, legi quidem, verum non evulgari, ob arcana, quæ in iis ſunt recondita: alter autem vult eas neque legi, propterea quod iis ſpuria quædam multa, & a pietate aliena interpoſita ſint ab hereticis. Quamobrem omnes eccleſiæ Dei ſequi debent morem novæ Romæ, nimirum Conſtantinopolis, & ſacra celebrare juxta traditiones magnorum doctorum & luminarium pietatis ſancti Joannis Chryſoſtomi, & ſancti Baſilii. ait. n. XLI. caput, I. *tit.* 2 *lib. Baſilicôn.* De qvibus ſcripta lex non eſt, morem, qvo Roma utitur, ſervari oportet.

B. Jo.

d) Conſtitutiones.

καὶ ὀφείλουσι πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ ἀκολουθεῖν τῷ ἔθει τῆς νέας Ῥώμης, ἤτοι τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ ἱερουργεῖν κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν μεγάλων διδασκάλων καὶ φωστήρων τῆς εὐσεβείας, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Φησὶ γὰρ τὸ μα' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ β' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν. Περὶ ὧν ἔγγραφος οὐ κεῖται νόμος, παραφυλάττειν δεῖ τὸ ἔθος, ᾧ ἡ Ῥώμη κέχρηται.

B. J. Georgius Dorſcheus in Myſaria Miſſæ, diſputationi Liturgicæ J. Georg. Herberi S. I. Argentorat. 1643. 4. *oppoſita pag.* 251. *ſeq.*

JAm *ad* Liturgias *illas, quas Herberus magno apparatu in theatrum adducit, probaturus miſſæ ſuæ ſacrificium, ſatis quidem eſſet, hactenus demonſtratum eſſe, quicquid ex Inſtitutione Christi deductum eſt, pro miſſa fulcienda, nihil efficere: breviſſimè tamen ſuppoſititias illas & ſpurias eſſe, indicabo. Et primum, Liturgiam, quam JACOBO tribuunt Pontifici, ſuppoſititiam eſſe, facilè demonſtrari poteſt. Nam* primo, *fit in ea mentio* confeſſorum, *cum tamen confeſſorum mentio Apoſtolorum temporibus in publica liturgia nulla facta fuerit, teſte* Bellarmino *lib.* 2. *de miſſa c.* 20. *& ante eum* Innocentio Pontifice *libr.* 3. *de myſt. miſſæ c.* 10. Deinde *reperitur verbum* ὁμοούσιον. *At illud non eſt ætatis Apoſtolicæ. Namque in Synodo Conſtantinopolitana prima adverſus*

Ma-

Macedonium Deitatem Spiritus Sancti negantem non debuiſſet omitti Apoſtolicum hoc Beati Jacobi teſtimonium, quo Spiritum Sanctum expreſſè conſubſtantialem Patri nominat. Nec opus fuiſſet acerrimo illo cum Ario *certamine in* Cynodo Nicena *prima, de ὁμοουσίᾳ Filii cum Patre: potuiſſent etiam facile controverſia componi de lectione ὁμοουσίυ & ὁμοιουσίυ in Sardicenſi, Ariminenſi & Syrmienſi Synodis, ſi hoc cum extitiſſet Jacobi opus. Et gloriantur ex Jeſuitis multi de autoritate Eccleſiæ hac etiam cauſa maxime, quod illa vocabulum ὁμουσίυ ſtabiliverit. Hinc* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliotheca Sanctæ ait,* Conſtat ipſum Homouſii & Homouſianorum nomen longe poſt tempora Origenis enatum p. 305. Bellarminus & Gregorius de Valentia *de antiquitate hujus vocabuli differentes ultra Dionyſium Alexandrinum & Theognoſtum non progrediuntur.* In Epheſino & Chalcedonenſi Concilio, *ubi* Patres *vix unum aut alterum locum* Origenis & Euſebii *de veritate duarum naturarum in Chriſto contra* Neſtorium & Eutychen *diſceptantes proferunt, unde* Virginem Θεοτόκον *ab anteceſſoribus vocatam aſſerunt, evidentiſſimum potuiſſent habere teſtimonium ex hac Jacobi liturgia, ſi alicujus ea tum fuiſſet momenti. Canitur in hac λειτεργίᾳ τρισάγιον his verbis; ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis. Aliter* Felix III. Petro Antiocheno Epiſcop. & Imp. Zenoni *ſcribens, ejus in Eccleſia canendi originem narrat Tom. 2. Concil. Nempe;* Cum terræ motu Conſtantinopolis quateretur,

alii ſinceriores Eccleſiæ Patres (*Nullos tamen adfert Poſſevinus*) id ipſum teſtati ſint. *Accedit, quod longiſſime diſputet* Bellarminus *lib.4. de R. P. c. XI. p. 324. IV. Synodum in Trullo eſſe corruptam: & addat:* Qvamvis generale Concilium legitimum non poſſit errare, ut neqve erravit hoc ſextum(*NB. ait hoc ſextum Concilium generale legitimum, contra a Poſſevinum ſupra*) in dogmatibus fidei definiendis, tamen errare poteſt in qvæſtionibus de facto. Itaqve tuto dicere poſſumus, hos Patres deceptos falſis rumoribus & non intellectis Honorii Epiſtolis immerito cum hæreticis connumeraſſe Honorium. *An non igitur & in hac liturgia ipſi Jacobo annumeranda decipi potuerunt? Vide etiam Indic. Expurg. Hiſpan. qui caute legendam hanc liturgiam affirmat, cum tamen cautio aliqua talis Apoſtolico ſcripto non competat. Adde Caſparem Sanctium Jeſuit. qui in Com. Act. Ap. p. 131. ed. Lugd. ex Cano & Bellarmino aliisque argumentis probat, Canones Trullanæ Synodi non eſſe receptos à Romana Eccleſ. quod ad eundem locum etiam facit Salmeron.*

Sed & ex liturgia Jacobi vix probabitur ſacrificatio corporis Chriſti proprie dicta. In introitu f. 14. p. 2. dicitur, *in ſacra & ſpiritali menſa unigenitum Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum myſtice proponi in ſacrificium.* Non dicitur autem, qvod in ſacrificium novo actu ſacrificandum proponatur. Imo qvia *myſtice*, h. e. ſacramentaliter proponitur, & in *menſa*, jam ad participandum proponi intelligere debemus.

Fol.

Fol. 15. p. 1. vocatur in oratione cum thus incenditur, *ſacrificium laudis.* p. 2. etiam thus ad hoc ſacrificium pertinet. *Accipe*, inquit Sacerdos, *quæſo de manibus noſtris, qui ſumus peccatores, thus hoc, quod tibi adolemus in odorem ſuavitatis noſtrorumque peccatorum remiſſionem ac totius populi tui.* At thus non pertinet ad ſacrificium proprie dictum. Ibidem § Dominus: *arcanum & tremendum myſterium ad propagandam recordationem crucifixionis*, non ad novam ſacrificationem refertur. Fol. 16. p. 1. ſacrificia hic vocantur *munera & fructuum oblationes*. Fol. 19. p. 1. *oblatio ſuffitus* rurſus cum oblationibus Abelis, Noæ, Aaronis & Samuelis comparatur. Ille tamen ſacrificium hic proprie non eſt. Ibidem dicitur: *Regem regnantium, Dominum dominantium, Chriſtum Deum noſtrum progredi, ut immoletur ac detur in cibum fidelibus.* Eſt ſacramentalis præparatio hæc immolatio. Ibidem Sacerdos offerens dona ſancta h. e. panem vinumqve ita precatur; *benedic huic oblationi & eam admitte ad ſupercæleſte altare tuum, memento ut bonus & humanus eorum qui obtulerunt & propter quos obtulerunt.* At hic nondum eſt ſacrificium proprie dictum, ſed elementorum uſurpandorum venerabunda in conſpectum Dei productio. p. 2. etiam ante confectionem, ut vocant, corporis & ſanguinis Chriſti, Sacerdos ita orat: *Sanctifica nos in hac oblatione divinorum & ab omni labe mundorum myſteriorum.* Vocantur elementa myſteria, ratione præſentaneæ deſtinationis. Similiter fol. 20. p. 2.

eſt oratio ſacerdotis, ut *benedicat Deus operantibus immaculatis ipſius myſteriis*. Fol. 21. p. 2. ante unionem ſacerdotalem rogat Diaconus *pro propoſitis precioſis, cœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, reverendis, horrendis & divinis donis & pro ſacerdote*. Illa auguſta nomina per anticipationem ab uſu futuro rei terrenæ tribuuntur. Nondum tamen eſt ſacrificium. Fol. 22. p. 1. Sacerdos meminit *oblati verendi & incruenti ſacrificii*. Exponit autem poſtea, quid ſit: *Placeat*, inqvit, *tibi Domine, ut hæc quæ offerimus, dona manibus noſtris accepta tibi ſint*. Intelligit autem dona ulteriori myſterio conſervanda. Fol. eod. p. 2. meminit rurſus *verendi & incruenti ſacrificii, myſterii*: f. 23. p. 1. *oblationis gratæ & acceptabilis*, p. 2. *veremur ac tremimus*, ait orans, *cum tuum ſanctum altare nobis accedendum eſt & offerendum ſacrificium hoc verendum & incruentum &c*. Ibidem vocatur *verendum & horrendum hoc myſterium*. Fol. 25. p. 2. *Offerimus tibi Domine hoc ſacrificium venerandum & incruentum*. Et tamen demum f. 26. p. 1. invocatur Spiritus S. *ut ſuperveniens ſancta & bona & glorioſa ſua præſentia ſanctificet & efficiat hunc panem corpus ſanctum Chriſti ſui & calicem hunc precioſum ſanguinem Chriſti ſui, ut ſit omnibus ſumentibus ex his in remiſſionem peccatorum* &c. Unde plane elucefcit, hactenus per ſacrificium aliud nihil intellectum fuiſſe qvam partem terrenam, operi admirabili deſtinatam, qvam ut tanto myſterio dignetur & ſibi conſecratum habeat Deus, Eccleſia tam

operoſe precari voluit,&inde ſacrificii incruenti nomen ortum. Sic & fol.28.p.2. Diaconus precatur: *Etiam atque etiam ſemper Dominum oremus in pace pro oblatis & ſanctificatis, precioſis, ſupercœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, tremendis, horrendis, divinis donis Dominus DEus oremus ut Dominus Deus noſter acceptis iis in ſanctum & ſupercœleſte, mentale & ſpirituale altare ſuum, in odorem ſpiritalis fragrantiæ rependat* &c Qvæ omnia in corpus & ſanguinem Chriſti non quadrant. Igitur Pontificii Jacobæam liturgiam tanta jactione allegare non debuiſſent.

Jo. Lightfootus in Operibus poſtumis pag. 147.

Liturgia, qvæ ſancto Apoſtolo Jacobo adſcribitur, an genuina ſit, dubitari poteſt vel ex eo capite, ſi conſideretur, *in quem finem hæc Liturgia fuiſſet conſcripta.* Hinc enim liqvebit eam non eſſe genuinum hujus Apoſtoli ſcriptum. Qvam enim ab omni ratione alienum eſt concipere, *Jacobum* formam externi cultus voluiſſe præſcribere *Judæis*, qvi intra duodecim aut viginti annos nullam amplius conſtituerent Eccleſiam. Nos autem impræſentiarum verba & ſenſum, ut & ſcopum ejus breviter examinabimus, unde eam ſuppoſititiam eſſe conſtabit.

I. Tam clara in ea mentio fit *Spiritus Sancti*, (dicitur enim ejusdem eſſe ſubſtantiæ cum Pa-

tre, & venit ſub nomine Spiritus Filii) ut, ſi hæc *Liturgia* in primitiva Eccleſia pro genuino *Jacobi* ſcripto fuiſſet agnita & recepta, nullus fuiſſet locus relictus hæreſi *Macedonianæ*, qvæ Spiritum Sanctum aſſerebat creaturam eſſe, nec *Græcis*, qvi ejus a Filio egreſſum negabant; ſaltem facilior eos confutandi via non fuiſſet, qvam allegando hanc Liturgiam. Qvis autem Patrum ea methodo uſus fuit? Qvin & nemo non videre poteſt, amplas illas de Trinitate & Spiritu Sancto, utut veriſſimas, expreſſiones Apoſtolico ævo non fuiſſe uſitatas, & ſuppoſititium hoc ſcriptum non prius lucem vidiſſe, qvam Eccleſia hac *Antitrinitariorum* hæreſi inqvietata fuerat.

II. Jubet ante Euchariſtiam Deo offerri thus, * ut Deo gratus ſit odor, & peccata hoc medio remittantur. Qvam parum autem hoc cum Apoſtolica conſuetudine & doctrina conciliari poſſit, Lectori judicandum relinqvo.

III. Lectoris itidem cenſuræ tradatur, an qvidem commode, aut Theologice dici poſſit: *Dominus noſter DEus JEſus Chriſtus, qui crucifixus eſt*, &c. *qui hoc myſterium inſtituit*, &c. *ad perpetuam ſui memoriam; benedicas huic adminiſtrationi in Domino Chriſto*, &c. *pag.* 38 ſq.

IV. Eadem pagina Euchariſtia denominatur ſacrificium propitiatorium pro omni Dei popu-

* Suffimenti uſum ſacra Liturgia ab uſu Apoſtolicorum temporum alienum eſſe probat Henr. Dodwellus in libro edit. Lond. 1711. 8. *a diſcourſe concerning the uſe of incenſe in divine offices*,

populo, unde colligere licet, è qva Scho
Liturgia hæc prodierit.

V. Præſertim cum Virgo *Maria* illic a
pelletur Domina noſtra, & ejus, ut & omniu
juſtorum, in precibus fiat mentio.

VI. Loqvitur inſuper Liturgia hæc de *ca
techumenis*, *amuetis*, (ἀμυήτοις) & aliis utitur voc
bus, qvæ ab Apoſtolico ævo plane alienæ ſun

VII. Mentionem facit *Cherubinorum cu
multis oculis*, & canitur illic *Hymnus Cherubicu*
Modi loqvendi, qvos priora ſecula non n
rant. In cantico ipſo dicitur *Chriſtúm in Sacr
mento crucifigi*, qvæ doctrina in ſeculo Ap
ſtolico nullibi occurrit.

VIII. *Preces* inſtituuntur illic pro mo
tuis, & Sancti jam defuncti rogantur, ut p
nobis orent, &c.

Seb. Nanus de Tillemont T. I. Memo Eccleſiaſt. nota XVI. ad vitam Jacobi minoris p. 679.

LEo Allatius a) a fait une longue diſſert
tion pour montrer que la Liturgie, q
porte le nom de S. Jacqve, vient veritabl
ment de luy. (Il traite ce point avec auta
de chaleur, qve d'etendue, moins comm
une perſonne, qvi cherche la verité, qve con
me un homme qvi veut faire valoir l' o
nion, qu'il a embraſſé. Cependant apres av
bien declamé contre ceux qvi rejettent ce

 lit

a) pag. 176. ſymmict.

Concile appellé *in Trullo* h) en 692. eſt trop nouveau pour l'oppoſer à une autorité ſi conſiderable & ſi ancienne. (Tout ce qu'Allatius ramaſſe des nouveaux Grecs, eſt encore plus foible.) L'endroit qu'il cite i) de Leonce de Byzance, parle ſeulement de la Meſſe des Apoſtres en general, (qvi peut eſtre celle des Conſtitutions apoſtoliqves, ſi meſme il parle d'une Liturgie écrite: car on ne le voit pas dans les paroles qu'Allatius en raporte.

Il n'y a qve le paſſage cité de Saint Procle k) (qvi merite d'eſtre conſideré. Car qvoiqve ce Saint ſoit poſterieur à S. Baſile, ce n'eſt que d'environ 70. ans: Et dira-t-on qve dans ce templs-là on a fait la Liturgie qu'on attribue à S. Jacqve? Il n'eſt pas neanmoins impoſſible qve cela ſoit: Juvenal qvi a eſté longtemps Eveſqve de Jeruſalem, & qvi eſtoit aſſez entreprenant, avoit bien pu faire recueillir & mettre par écrit les prieres dont on ſe ſervoit dans ſon Egliſe: aprés qvoy il aura eſté aiſé d'appeller ce recueil la Liturgie de S. Jacqve, parceqv'elle en venoit originairement, quoiqu' avec divers changemens: & on attribue aſſez communement à S. Pierre ceqvi ſe fait dans ſon ſiege & dans ſon Egliſe.

Il faudroit voir ſeulement ſi ce qve remar-

h) Concil. Labbei Tom 6. pag 1157.
i) Allatius ſymmiſt. pag. 183. k) ſupra, p. 3. ſeq.

marque Caſaubon) l) que le grec de cette Liturgie ne paroiſt pas eſtre de la premiere antiquité, (peut ſouffrir qu'on la faſſe remonter jusqu'au temps de Juvenal. Car pour dire la verité, qvoiqve nous ne voyions pas de preuves qve le fragment ſur les Liturgies qu'on attribue à S. Procle, ne ſoit pas de luy; nous ne voyons pas auſſi qu'il y ait lieu d'aſſurer beaucoup qu'il en ſoit.) Au moins m) Vincent Ricard qvi a recuelli les ouvrages de S. Procle, n'en donne point d'autre preuve, ſinon qve Baronius & d'autres nouveaux l'ont cru. (Je ne ſçay ſi ce n'eſt point faire tort à S. Procle) n) de vouloir qu'il ait mis S. Jacqve aprés S. Clement entre ceux qvi ont ſuccedé aux Apoſtres. Le Triſagion o) *Sancte DEus*, &c. qvi ſe lit dans la Liturgie de S. Jacqve (n'a commencé qve ſous l'epiſcopat de Saint Procle meſme ſelon tous les Grecs: & ce qvi eſt certain c'eſt qu'on ne le trouve point avant le Concile de Calcedoine. p) Poſſevin qvi attribue q) la Liturgie à S. Jacque, ne veut pas cependant qu'on l'appuie ſur le paſſage de S. Procle, *etiamſi vera ſint*, dit il, (ce qvi paroiſt marqver qu'il dutoit de la verité

 rité

l) Caſaubon. Exerc. XVI. ad Baron. cap. 58. pag 581.
m) Riccardus ad Proclum CPol. pag 582.
n) ſupra, p. 4. o) Natalis Alex. Tom. 1. Hiſt. Eccleſ. pag 64.
p) Vide Tillemont Tom. XIV. memor. Eccleſ. p 713. ſq.
q) Poſſevin. Tom. 1. Apparat. pag. 779.

mini frater, ut Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus primus ſacram Liturgiam tradidit, quæ à nobis * non agnoſcitur, ab Hieroſolymitanis vero & Palæſtinæ incolis in feſtis majoribus uſurpatur. Alexandrini vero dicunt eſſe etiam Liturgiam qvandam MARCI, qva etiam ut plurimum utuntur. Ipſe vero ſynodice, vel potius coram ſancto Imperatore de hac re ſermonem habui, qvo tempore Patriarcha Alexandrinus in urbium regina agèbat. Enimvero nobiscum & cum Oecumenico ** in magna Eccleſia ſacra celebraturus, Jacobi Liturgiæ volumen obſervare voluit,

ἀδελφόθεος ὡς πρῶτος ἀρχιερατεύσας τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας παρέδωκε τὴν θείαν ἱερατελεστίαν, ἥτις παρ᾽ ἡμῖν ἀγνοεῖται, παρὰ δὲ τοῖς Ἱεροσολυμίταις καὶ τοῖς Παλαιστιναίοις ἐνεργεῖται ἐν ταῖς μεγάλαις ἑορταῖς. Οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν εἶναι καὶ τοῦ ἁγίου ΜΑΡΚΟΥ, ᾗ καὶ χρῶνται ὡς τὰ πολλά. Ἐγὼ δὲ συνοδικῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἐνώπιον βασιλέως † τοῦ ἁγίου ἐλάλησα τοῦτο, ὅτε ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἐνεδήμει εἰς τὴν βασιλεύουσαν. Μέλλων γὰρ λειτουργῆσαι μεθ᾽ ἡμῶν καὶ τοῦ οἰκουμενικοῦ ἐν τῇ μεγά-

* Antiochenis. † ita leg. pro Βασιλέως. Vide Beveregii notas ad Synodum Trullan. pag. 133.
** Epiſcopo C[illegible]politano.

μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὥρμησε κρατεῖν τὸ τῆς τοῦ Ἰακώβου λειτουργίας κοντάκιον, ἀλλ' ἐκωλύθη παρ' ἡμῶν, καὶ ὑπέσχετο λειτουργεῖν καθὼς καὶ ἡμεῖς.

ſed a nobis prohibitus eſt, & ſe non ſecus ac nos †† ſacra celebraturum pollicebatur.

Adde his Iſaaci Armeni locum ſupra p. 8. & qvæ ex ejusdem Balſamonis reſponſionibus ad interrogationes Marci Alexandrini p. 9. ſeq.

Præter rem tribui hanc Liturgiam Marco Evangeliſtæ, fuſius probat Nicolaus le Nourry in apparatu ad Bibliothecam Patrum Tom. 2. pag. 30. ſeq.

Eandem eſſe, qvæ Coptice ſub *Cyrilli* Alex. nomine exſtat, notavit Eruditiſſ. Montfauconus in Palæographia Græca pag. 314. *Dicitur S. Marci*, inqvit Labbeus Tom. 2. de ſcriptor. Eccleſ. *non quod omnia ſcripſerit S. Marcus, ſed quod in Eccleſia Alexandrina ab illo primum accepta fuerit, deinde interpolata & aucta plurimis additis, ut in Miſſæ Romanæ Canone.*

B. Jo. Georgius Dorſcheus in myſaria Miſſæ pag. 255.

QVod de Jacobæa illa ſuppoſititia liturgia diximus, ad illam quam MARCO attribuit Alexandria inſtitutam Herberus, accommodari pene omnia queunt,

†† ſecundum Liturgiam S. Chryſoſtomi.

rité de cette piece. Un Proteſtant r) qui a écrit ſur le Triſagion en 1674. promet p.7. de montrer qu'elle eſt ſuppoſée.) Je ne voy point que M. du Pin s) en parle.

Quoiqu'en puiſſe dire Allatius,* ſi la Liturgie de S. Jacque avoit eſté connue dans l'Egliſe comme un ouvrage de cet Apoſtre, on ſ'en ſeroit ſouvent ſervi pour combattre les heretiques. (Et je ne voy pas meſme comment on ne l'auroit pas receue parmi les Ecritures Canoniques, ce qu'Allatius t) ne veut pas. Car qu'y a-t-il qu'on puiſſe aſſurer davantage venir du S. Eſprit, qu'un écrit fait par un Apoſtre, & par l'un des plus conſiderables d'entre les Apoſtres, pour regler ce qu'il y a de plus auguſte & de plus ſacré dans la religion Chrétienne.) Allatius u) ſ'objecte le mot de conſubſtantiel qui y eſt ſouvent repeté. Il ne dit point que ce ſoit une addition faite depuis le Concile de Nicée, mais ſuppoſe que cela vient de S. Jacque; & comme il eſt naturel aprés cela de demander pourquoi donc le Concile de Nicée, (ou eſtoit Saint Macaire de Jeruſalem,) n'a point employé une autorité ſi conſiderable, x) toute la ſolution qu'il y trouve, c'eſt que ce n'eſt pas à luy à répondre de ce qu'ont fait ou n'ont pas fait les Peres de ce Concile. (Cela eſt aiſé, mais qui ſ'en contenten-

r) Petrus Allix. pag. 171. s) Tom. 1. Bibl. Eccleſiaſtic. *) pag. 189. ſymmict. t) pag. 182. u) pag. 195. x) id. pag. 195. 196.

tentera?) Il auroit peine y) à donner une meilleure réponſe à la maniere dont la Vierge y eſt appellée mere de Dieu.

Il ſemble z) ſelon ce qu'il cite des derniers Grecs qu'ils ne donnent pas plus d'autorité à cette liturgie, qu'on ne luy en donne communément parmi nous.

Le Cardinal Bona a) ſuit le ſentiment d'Allatius: mais je ne voy point qv'il allegue rien de nouveau qve qvelqves auteurs Syriens, (qvi en cela n'ont pas plus d'autorité qve les Grecs.) Auſſi le reſpect de ce ſavant Cardinal n'a pas empeſché M. du Pin de la rejetter avec toutes les autres qu'on a attribuées aux Apoſtres, & dont on croit que celle-ci eſt la plus ancienne.

Hæc Tillemontius, cui addere juvabit Nicolaum le Nourry, Apparatu ad Bibliothecam Patrum Tom. 1. diſſ. 2. pag. 24. ſeq.

DE LITURGIA MARCI.

Theodorus Balſamon ad can. XXXII. Concilii A. 706. in Trullo habiti.

Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι πρῶτος ὁ Ἰάκωβος ὁ	Nota ex præſenti Canone, qvod primus ſanctus Jacobus Domini

y) Natalis Alex. Tom. I. Hiſt. Eccleſ. pag. 62. 63.

z) Allat. pag. 177. ſymmict.

a) Lib. I. Liturgic. cap 8. p. 50. 52.

poſuit. Duas autem ejusdem tituli Anaphoras repræſentat Editio Romana Miſſalis Chaldaici: unam adjuncto hoc epitheto Papæ Romani: in alia Principis Apoſtolorum: tertiam diverſi Codices Mſſ. exhibeant: imo nonnulli ita variant, ut qvatuor diſtingui poſſint. Inter eas nulla primæ antiqvitatis notam præfert, ſed omnes in Jacobitica communione ſcriptas fuiſſe, manifeſto apparet. Non idcirco tamen nullius autoritatis eſſe exiſtimandæ ſunt, cum illas agnoſcant pro ſuis Jacobitæ, atqve ita teſtimonia fidei illorum luculenta ex illis ducantur: neqve enim in cognoſcenda, qvam Orientales ſervant, fidei diſciplinæqve circa Euchariſtiam traditione, minus valent Officia ſacra mediæ aut poſterioris ætatis, qvandoqvidem in celebrandis Sacramentis qvotidie repetita, vivam illarum Eccleſiarum vocem repræſentant. Hinc patet nihil illos agere, * qvicumqve ſimiles Liturgias rejiciendas contendunt, tanqvam ſuppoſitas autoribus, qvorum nominibus inſignitæ ſunt: modo illas Chriſtianis apud qvos reperiuntur probatas & uſurpatas fuiſſe conſtet.

* Negari ſane nequit, quibuscunque nominibus ferantur liturgiæ, de Chriſtianorum illorum a quibus frequentantur ſententia, teſtimonium utcunque perhibere. Plurimum tamen intereſſe nemo ideo negaverit, Apoſtolicæne ſinceritatis monumenta, an recentiorum commenta temporum, variis contaminata ſuperſtitionibus evolvamus.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ.

Ἐν πλήθει ἁμαρτιῶν μεμολυσμένον με μὴ ἐξουδενώσῃς δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ γὰρ προσῆλθον τῷ θείῳ τούτῳ καὶ ἐπουρανίῳ μυστηρίῳ σου, οὐχ ὡς ἄξιος ὑπάρχων, ἀλλ᾽ εἰς τὴν σὴν ἀφορῶν ἀγαθότητα, ἀφίημί σοι τὴν Φονὴν, ὁ Θεός ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀντοφθαλμῆσαι τῇ ἱερᾷ σου ταύτῃ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ, ἐφ᾽ ᾗ ὁ μονογενής σου υἱὸς καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ πάσῃ κηλῖδι κατεστιγμένῳ, μυστικῶς πρόκειται εἰς Θυσίαν· διὸ

DIVINA MISSA SANCTI JACOBI APOSTOLI ET fratris Domini.

PEccatorum multitudine inqvinatum ne me ſpreveris, Domine Deus noſter. Ecce enim accedo ad divinum hoc & ſuper-cœleſte myſterium tuum, indignus qvidem, ſed tua bonitate confiſus, emitto tibi vocem, Deus ſis mihi peccatori propitius: peccavi in cœlum & coram te, neq; dignus ſum, qvi oculos obvertam huic ſacræ & ſpirituali menſæ, in qva unigenitus filius tuus, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, mihi, qvi peccator ſum, & omnibus maculis labefactatus, myſtice proponitur in ſacrificium. Proinde hanc orationem, & gra-

& gratiarum actionem tibi offero, ut mihi ſpiritus tuus paracletus mittatur, fortificans ac inſtaurans me ad hanc Miſſam, dignumqve me habe, qvi vocem illam, qvam ex te, populo annunciavi, citra meam damnationem proferam, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum qvo benedictus es una cum omnibus modis ſancto & bono, & vivificatore, atq; conſubſtantiali tibi ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio cum aſſiſtit Altari.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, trino, & uni, luci divinitatis, qvæ eſt ſingulariter in trinitate, & qvæ ſine diviſione dividitur. Trinitas enim unus Deus omnipotens, cu-

ταύτην σοι τὴν ἱκεσίαν καὶ εὐχαριστίαν προσάγω, τοῦ καταπεμφθῆναί μοι τὸ πνεῦμά σου τὸ παράκλητον ἐνισχύον καὶ καταρτίζον με πρὸς τὴν λειτουργίαν ταύτην, καὶ τὴν παρὰ σοῦ μοι τῷ λαῷ ἐπαγγελθεῖσαν φωνὴν, ἀκατακρίτως ταύτην ἀποφθέγξασθαι καταξίωσον, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμουσίῳ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΕΥΧΗ ΤΗΣ ΠΑΡΑΣΤΑΣΕΩΣ.

ΔΟΞΑ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τῷ τριαδικῷ καὶ ἑνιαίῳ φωτὶ τῆς θεότητος, τῆς ἐν τριάδι μοναδικῶς ὑπαρχούσης, καὶ διαιρουμένης ἀδιαιρέτως· τριὰς γὰρ εἷς

θεὸς

Θεὸς παντοκράτωρ, οὗ τὴν δόξαν οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται· ἡ δὲ γῆ, τὴν δυναστείαν· καὶ ἡ θάλασσα, τὸ αὐτοῦ κράτος· καὶ πᾶσα αἰσθητὴ καὶ νοητὴ κτίσις, τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα κηρύττει πάντοτε· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

jus gloriam cœli enarrant: terra vero ejus dominationem, & mare ejus omnipotentiam, ac omnis creatura ſive ea ſenſu aliqvo ſentiatur, ſive ratione tantum intelligatur, ejus magnificentiam ſemper prædicat: qvia eum omnis gloria, honor, potentia, magnificentia & decus decet, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ΤΟΥ ΘΥΜΙΑΜΑΤΟΣ ΤΗΣ εἰσόδου τῆς ἐνάρξεως.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεοῦ λόγε, ὁ ἑκουσίως ἑαυτὸν θυσίαν ἄμωμον ἐπὶ σταυροῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσαγαγὼν, ὁ διφυὴς ἄνθραξ, ὁ τῇ λαβίδι τῶν τοῦ προφήτου χειλέων ἁψάμενος, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἀφελόμενος, ἅψαι καὶ

Oratio cum incenditur thus, in ingreſſu & principio Miſſæ.

abundavit peccatum, ibi ſuperabundet gratia tua. Memento etiam, Domine, eorum qvi in vinculis jacent aut carceribus detinentur: fratrum etiam noſtrorum qvi in exilio ſunt: infirmorum, aut qvi male affecti ſunt: eorum qvi a ſpiritibus immundis infeſtantur, aut agitantur. Memento etiam, Domine, aëris, imbrium, roris, fructuum terræ & coronæ anni, oculi enim omnium in te ſperant, & tu das illis eſcam eorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam omnibus ſufficientem, & imples omne animal bona tua voluntate. *Elevans vocem.* Eripe me, Domine Deus, ab omni anguſtia, ira & adverſitate, ab omni machinatione & infeſtationibus perverſorum hominum, ab omni impetu & violentia dæmonum, ab omni plaga à te immiſſa Domine, qvæ peccatorum noſtrorum cauſa nobis accidit, & conſerva nos in fide orthodoxa & obſervatione mandatorum tuorum, qvæ ſancta ſunt & vivifica, nos nempe & omnes qvi digni fuerunt coram te conſiſtere, & uberes à te miſericordias expectant: qvia tu Deus es, qvi vis miſericordiam: & tibi gloriam referemus, &c. *Populus.* Amen.

Pro fratribus fidelibus Diaconus. Iterum atqve iterum commemoramus fratres noſtros fideles, Chriſtianos veros, qvi prius monuerunt & inſtruxerunt nobis infirmis & imbellibus, ut memores eorum eſſemus in hoc temporis articulo: Et pro illis qvi omni genere tentationum & afflictionum vexati ſunt.

Sacer-

Sacerdos inclinatus. Rurſus meminiſſe dignare eorum qui nobiſcum in oratione conſiſtunt, Patrum, Fratrum, Magiſtrorumqve noſtrorum, & eorum qvi abſunt. Memento etiam, Domine, eorum qvi præceperunt nobis ut eorum memoriam ageremus in orationibus ad te Deum noſtrum. Unicuiqve illorum concede, Domine, petitiones ſuas, qvæ qvidem ad ſalutem ſpectant. Memento, Domine, & illorum qvi intulerunt oblationes ad altare tuum ſanctum, & eorum pro qvibus ſinguli obtulerunt, & eorum qvi offerre voluerunt, ſed non potuerunt: eorum qvos unusqvisqve habet in mente, & eorum qvi nunc nominantur. *Et elevans vocem.* Memento, Domine, omnium qvorum meminimus, & eorum qvorum non meminimus, & ſecundum multitudinem manſuetudinis tuæ, retribue illis gaudium ſalutis tuæ; ſuſcipiens ſacrificia illorum in immenſo cœlo tuo, dignosqve efficiens viſitatione & auxilio tuo: confirma illos virtute tua, & fortitudine tua, illos inſtrue, qvia tu es miſericors & miſericordiam cupis, teqve decet gloria, honor & potentia, ſimul cum unigenito Filio tuo & Spiritu tuo.

Populus. Amen.

Diaconis. Pro Regibus. Iterum & iterum commemoramus omnes Reges fideles, Chriſtianos veros: qvi Eccleſias & Monaſteria Dei in qvatuor mundi partibus ædificaverunt & funda-

fundaverunt: totamqve rempublicam Chriſtianam, Clerum & populum fidelem, ut in virtutibus proficiant Dominum deprecemur.

Sacerdos inclinatus. Memento etiam, Domine, piorum Regum noſtrorum & Reginarum: apprehende arma & ſcutum, & exſurge in auxilium eorum. Subjice illis hoſtes omnes & adverſarios, ut placidam tranqvillamqve vitam agamus, in omni timore Dei & humilitate: qvia tu ſalutis refugium es, & poteſtas auxiliatrix: victoriæqve diſpenſator, erga eos omnes qvi te invocant, & ſperant in te, Domine. Et tibi gloriam & laudem referemus.

Populus. Amen.

Diaconus. Memoria ſanctorum. Iterum atqve iterum commemoramus vere beatam, laudatamqve ab omnibus generationibus terræ ſanctam, benedictam, ſemper Virginem genitricem Dei Mariam; ſimulqve memoriam agimus Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Prædicatorum, Martyrum, & Confeſſorum; & B. Joannis Baptiſtæ præcurſoris: glorioſi S. Stephani primi martyris, ac primi Diaconi: & unumqvemqve eorum commemorantes, Dominum deprecemur.

Sacerdos inclinatus. Qvoniam igitur eſt tibi poteſtas vitæ & mortis, Domine, Deusqve miſericordiarum & amoris erga hominem tu es, dignos effice ut omnium illorum qvi à ſæculo tibi placuerunt, memoriam agamus: Patrum

Patrum ſanctorum & Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, Joannis præcurſoris & Babtiſtæ, S. Stephani primi Diaconorum, & primi Martyrum, & ſanctæ genitricis Dei ſemperqve Virginis beatæ Mariæ & omnium ſanctorum. *Elevans vocem.* Rogamus te, Domine, multæ miſericordiæ, qvi impoſſibilia veluti poſſibilia creas, conſtitue nos in hac beata congregatione: accenſe nos huic Eccleſiæ, ſtatue nos per gratiam tuam inter electos illos, qvi ſcripti ſunt in cœlis. Idcirco enim memoriam illorum agimus, ut dum ipſi ſtabunt coram throno tuo, noſtræ qvoqve tenuitatis & infirmitatis meminerint, tibiqve nobiſcum offerant ſacrificium hoc tremendum & incruentum, ad cuſtodiam qvidem eorum qvi vivunt, ad conſolationem infirmorum & indignorum, qvales nos ſumus: ad qvietem, memoriamqve bonam eorum, qvi in fide vera dudum obierunt Patrum, Fratrum, & Magiſtrorum noſtrorum, per gratiam & miſericordiam, &c.

Populus. Amen.

Diaconus. Commemoratio Doctorum. Iterum commemorantes coram te, Domine, Doctores divinos, qvi fidei irreprehenſibilis explanatores, qvi moribus præclaris ornati, obierunt & qvieverunt, nobisqve fidem Orthodoxam ordinaverunt & tradiderunt: Dominum deprecemur, &c.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, ſancto-

ſanctorum Epiſcoporum qvi pridem obdormierunt, qvi verbum veritatis nobis diſpenſaverunt: qvi à Jacobo principe Epiſcoporum Apoſtolo et Martyre, usqve ad hanc diem, verbum fidei Orthodoxæ in Eccleſia tua ſancta prædicaverunt. *Elevans vocem.* Luminum & Doctorum Eccleſiæ tuæ ſanctæ, qvi præclarum fidei certamen ediderunt, qvi nomen tuum ſanctum tulerunt coram populis, regibus & filiis Iſrael, eorumqve precibus & ſupplicationibus, pacem tuam Eccleſiæ tuæ tribue: doctrinas eorum & confeſſionem eorum in animis noſtris confirma: hæreſes nobis noxias cito comprime, et conſiſtentiam abſqve confuſione, coram tribunali tuo nobis concede: qvia ſanctus es, Domine, & in ſanctis reqvieſcis: qvi ſanctorum es conſummator atqve perfector: & tibi gloriam, &c.

Populus. Amen.

Diaconus. Commemoratio fidelium defunctorum. Iterum etiam commemoramus omnes defunctos fideles, qvi in fide vera defuncti ſunt, ex altari hoc ſancto, & ex hoc pago, & ex qvacumqve regione, qvi in fide vera pridem obdormientes qvieverunt, & ad te Deum Dominum ſpirituum & omnis carnis pervenerunt. Rogamus, imploramus, & deprecamur Chriſtum Deum noſtrum, qvi ſuſcepit ad ſe animas & ſpiritus eorum, ut per miſerationes ſuas multas, præſtet illos dignos venia delictorum & remiſſione peccatorum: nosqve & illos perveni-

venire faciat ad regnum ſuum in cœlis. Ea propter clamemus & dicamus. Kyrie eleiſon *ter*.

Sacerdos inclinatus. Memento etiam, Domine, Sacerdotum Orthodoxorum, pridem defunctorum, Diaconorum & Subdiaconorum, Pſaltarum, Lectorum, interpretum, Cantorum, Exorciſtarum, Monachorum, Religioſorum, Auditorum, Virginum perpetuarum, & ſæcularium, qvi in fide vera defuncti ſunt, & eorum qvos unuſqviſqve deſignat animo. *Elevans vocem*. Domine Deus ſpirituum & omnis carnis, omnium memento qvorum meminimus, qvi in fide Orthodoxa ex hac vita migrarunt, da animabus, corporibus & ſpiritibus illorum reqviem, liberans eos à damnatione infinita ventura, & dignos efficiens gaudio qvod eſt in ſinu Abraham, Iſaac & Jacob: ubi ſplendet lumen vultus tui, unde procul ſunt dolores, anguſtiæ & gemitus, non reputans illis omnia delicta illorum. Non autem intres in judicium cum ſervis tuis, qvia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens, nec ullus eſt à peccati culpa immunis, aut à ſordibus purus, ex hominibus qvi ſuper terram ſunt, niſi unus Dominus noſter Jeſus Chriſtus unigenitus filius tuus, per qvem nos etiam miſericordiam & remiſſionem peccatorum conſeqvi ſperamus, quæ propter eum eſt, & nobis & illis.

Populus. Qvietem præſta illis, & propitius

tiüs eſto, & dimitte, Deus, inſipientias & defectus omnium noſtrum, ſive ſcienter, ſive ignoranter, &c.

Sacerdos inclinatus. Remitte, dimitte, ignoſce, ô Deus, peccata omnium noſtrum voluntaria & involuntaria, ſcienter & ignoranter commiſſa, verbo, opere, aut cogitatione, occulta & nota, publica, antiqva, per errorem admiſſa & omnia qvæ novit nomen tuum ſanctum. *Elevans vocem.* Finem igitur nobis Chriſtianum conſerva, & ſine peccato; congregans nos ſubter pedes electorum tuorum, qvando, ubi, & ſicut volueris: tantummodo abſconde nos à confuſione iniqvitatum noſtrarum; ut etiam in hoc, velut in omnibus, laudetur & celebretur nomen tuum honoratiſſimum & benedictum & Domini noſtri Jeſu Chriſti & Spiritibus tui ſancti.

Populus. Sicut eſt, & fuit, in generationes generationum, & futurorum ſæculorum in ſæcula. Amen.

Sacerdos. Pax. *Populus.* Et cum.

Sacerdos. Miſericordiæ Dei ſint ſuper nos omnes. *Tum dicit*: Credimus, accedimus, obſignamus, & frangimus Euchariſtiam hanc: panem cœleſtem, corpus Verbi Dei vivi, in calice ſalutis & gratiarum actionis, in crucis modum ſignamus, cum particula propitiatoria, myſteriisqve ſupernis plena, in nomine Patris vivi, ad vitam: & unigeniti Filii, & Spiritus ſancti, principii, perfectionis, & ſigilli omni-

omnium qvæ ſunt & fuerunt in cœlo & in terra: unius virtutis, unius poteſtatis, unius voluntatis, unius Dei veri, benedicti, excelſi & indiviſi, à qvo eſt vita in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Diaconus voce magna dicet Catholicam. Benedic, Domine. Iterum atqve iterum per oblationem hanc ſanctam & ſacrificium propitiatorium, qvod Deo Patri oblatum, ſanctificatum, completum & perfectum eſt per illapſum Spiritus ſancti vivi, pro Patre noſtro Sacerdote præclaro, qvi illud obtulit & conſecravit & pro altari Dei, ſuper qvod illatum eſt, & pro populis benedictis qvi accedunt, & accipiunt illud in fide vera, & his pro qvibus oblatum & conſecratum eſt, iterum impenſius oramus. Ecce tempus timoris, ecce hora terrore plena: ſuperi in timore conſiſtunt, & illi cum tremore miniſtrant; terror filiis lucis immittitur, & terreni illum non ſentiunt, hora qva venia affertur, peccata ab illa fugiunt. Miniſtri Eccleſiæ tremite, qvia ignem vivum adminiſtratis. Poteſtas qvæ vobis data eſt, excellentior eſt illa quam habent Seraphim. Beata anima qvæ nunc in Eccleſia adeſt cum puritate, qvia Spiritus ſanctus ſcribit nomen ejus, illudqve elevat in cœlum. Diaconi eſtote cum tremore, hac tempore ſancto, qvo deſcendit Spiritus ſanctus, ad ſanctificanda corpora eorum, qvi illud ſuſcipiunt. Aſpice, Domine, oculo miſericordi ſervum tuum, qvi ſtat & ſacrum celebrat.

brat. Suſcipe, Domine, oblationem iſtam, ut illam Prophetarum & Apoſtolorum. Memento, Domine, Patrum & Fratrum noſtrorum, ut etiam Magiſtrorum noſtrorum, nosqve & illos dignos præſta per miſericordiam tuam regno cœleſti. Memento, Domine, per gratiam & miſerationes tuas divinas, Domini N. Patriarchæ noſtri & D. N. qvorum orationes nobis ad ſint. Memento, Domine, abſentium, & miſerere præſentium. Qvietem qvoqve præſta ſpiritibus defunctorum, & parce peccatoribus in die judicii. Defunctorum, qvi à nobis ſeparati ab hoc ſæculo migraverunt, ſpiritibus, Chriſte qvietem præſta, cum piis & juſtis. Crux tua pons ſit illis, & baptiſmus tuus tegumentum. Corpus tuum & ſanguis tuus ſanctus, via ſint qvæ deducat ad regnum tuum. Gloriam perpetuam, cum adoratione acceptabili decet nos referre ex medio ſanctuarii, Patri, Filio, & Spiritui ſancto vivo, ut ipſe Deus verus adimpleat nobiſcum gratiam, benedictionem, miſerationem & clementiam ſuam, ex hoc nunc usqve ad finem: nosqve omnes cum oratione Dominum deprecemur.

Sacerdos ante orationem Dominicam, dicit.

PAter Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qvi ſedes ſuper Cherubim, & à Seraphim laudaris: coram qvo conſiſtunt mille Angelorum myriades, excelſa & cœleſtia agmina; qvi obla-

oblationes ex donis & proventibus fructuum tibi oblatis in odorem ſuavitatis, dignatus es ſanctificare & perficere per gratiam unigeniti Filii tui, & per illapſum Spiritus tui ſancti. Sanctifica etiam Domine animas noſtras, corpora noſtra, ſpirituſque noſtros, ut corde puro, animâ lucidâ, & facie inconfuſâ, audeamus invocare te Deum cæleſtem, Patrem omnipotentem, oremuſque & dicamus: Pater noſter qui es in cœlis.

Populus. Sanctificetur, &c.

Sacerdos. Domine Deus noſter, ne inducas nos in tentationem, qvam virtute deſtituti ſuſtinere non poſſimus, ſed fac etiam cum tentatione proventum, ut poſſimus ſuſtinere, & libera nos à malo. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, per qvem, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax. *Populus.* Et cum.

Diaconus Inclinate capita veſtra coram Deo miſericordi, coram altari propitiatorio, & coram corpore & ſanguine Salvatoris noſtri, in qvo vita poſita eſt ſuſcipientibus illa; & ſuſcipite bendictionem à Domino.

Sacerdos. Tibi inclinant ſervi tui capita ſua, expectantes miſericordias uberes à te. Benedictiones copioſas qvæ à te ſunt, mitte, Domine, & ſanctifica animas, corpora, ſpirituſqve noſtros, ut digni ſimus communicandi corpori & ſanguini Chriſti Salvatoris noſtri: per gratiam & miſericordiam & amorem ejuſdem

dem Jeſu Chriſti Domini noſtri, cum qvo laudatus & benedictus es, in cœlis & in terra cum Spiritu tuo, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax. *Populus*. Et cum.

Sacerdos. Miſericordia Dei.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Unusqvisqve cum timore & tremore ad Deum aſpiciat, & miſericordiam & gratiam à Domino poſtulet.

Sacerdos. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus potens Sabaoth, pleni ſunt cœli & terra laudibus tuis. Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua: ad te levavi oculos meos qvi habitas in cœlis, &c.

Et poſt pauca Eucharistiam accipiens in manibus dicit elata voce.

Sancta ſanctis in perfectione, puritate & ſanctitate traduntur.

Tum dicunt omnes ſimul. Unus Pater ſanctus, unus Filius ſanctus, unus Spiritus ſanctus. Sit nomen Domini benedictum, qvi unus eſt in cœlo & in terra: ipſi gloria in ſæcula. Gloria Patri & Filio, & ſpiritui ſancto, omnia ſanctificanti, & omnia expianti.

Sacerdos. Domine vere & certo credimus, & in te credimus, qvemadmodum credit in te Eccleſia ſancta & Catholica: qvod ſis unus Pater ſanctus, cui ſit gloria, Amen. Unus Filius ſanctus, ipſi laus, Amen. Unus Spiritus ſan-

ſanctus, ipſi gloria & gratiarum actio in ſæcula, Amen.

Diaconus. In reſurrectione Chriſti Regis accipiamus veniam animabus noſtris in fide, & dicamus omnes æqvaliter, Filio qvi ſalvavit nos per crucem ſuam. Benedictus Salvator noſter Sanctus, Sanctus, Sanctus es omnibus modis, magnificans memoriam genitricis ſuæ, ſanctorum & defunctorum fidelium, Alleluja. Virtutes cœlorum ſtant nobiſcum in medio ſanctuarii, & miniſterium exhibent corpori Filii Dei, qvi immolatus eſt coram nobis. Accedite, accipite ex eo remiſſionem peccatorum & delictorum, Alleluja. Super altare tuum ſanctum Domine, memoria fiat Patrum, Fratrum, Doctorumqve noſtrorum, reſurgantqve ad dexteram tuam in die ortus majeſtatis tuæ, Rex Chriſte. Alleluja. Benedictus Dominus qvi dedit nobis corpus & ſanguinem ſuum vivum, ut per illa veniam conſeqvamur, &c. Cum ſtatis in ſanctuario Sacerdotes aperite oſtia cordium veſtrorum, dicite pſalmum & benedicite ſuper Euchariſtiam hanc in ſanctuario poſitam. *Pſalmus* 150.

Sacerdos interjectis aliquot orationibus quæ pro Eccleſiarum conſuetudine variæ ſunt, frangit ex majoris Euchariſtici panis parte minorem aliam, qua in calice intincta, reliquas in modum crucis ſignat, dicens.

Inſpergitur ſanguis Domini noſtri, corpori ejus, in nomine Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ſancti. ✠ *Eam-*

Eandem particulam immittit in calicem dicendo:

Miſcuiſti Domine divinitatem tuam cum humanitate noſtra, & humanitatem noſtram cum divinitate tua; vitam tuam cum mortalitate noſtra, & mortalitatem noſtram cum vita tua; accepiſti qvæ noſtra erant, & dediſti nobis tua, ad vitam, & ſalutem animarum noſtrarum, tibi gloria in ſæcula.

Sacerdos accipit corpus Chriſti, dicens:

Præſta Domine ut ſanctificentur corpora noſtra per corpus tuum ſanctum, purificentur animæ noſtræ per ſanguinem tuum propitiatorium, ſintqve ad veniam delictorum & remiſſionem peccatorum noſtrorum; Domine Deus tibi gloria in ſæcula.

Mox Euchariſtiam diſtribuit Sacerdotibus, Diaconis, deinde Laicis, dicens: Corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti datur tibi in veniam delictorum, & remiſſionem peccatorum in utroqve ſæculo.

Interea dum communio adminiſtratur cum cochleari, Diaconus reliquis ſuccinentibus clamat:

Fratres mei, accipite corpus Filii, clamat Eccleſia: bibite ſanguinem ejus cum fide, & canite gloriam: hic eſt calix qvem miſcuit Dominus noſter ſuper lignum crucis: accedite mortales, bibite ex eo, in remiſſionem delictorum. Alleluja, & ipſi laus, de qvo bibit grex ejus, & puritatem conſequitur.

Qui

Qui verſus ut & multi alii, juxta communicantum numerum minuuntur vel producuntur: mox Sacerdos abſtergit vaſa, Diaconorum miniſterio, & deinde dicitur Oratio gratiarum actionis.

GRatias agimus tibi Deus & præcipuè laudamus te ob immenſum & ineffabilem erga homines amorem tuum. O Domine, qvos admittere dignatus es ad participationem menſæ tuæ cœleſtis, ne damnes ob ſuſceptionem myſteriorum tuorum ſanctorum & immaculatorum. Verum ô bone, cuſtodi nos in juſtitia & ſanctitate, ut digni effecti communicatione Spiritus tui ſancti, partem, ſortem & hæreditatem conſeqvamur cum ſanctis illis omnibus, qvi ex hoc mundo tibi placuerunt: per gratiam, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Iterum atque iterum pro conſummatione myſteriorum horum ſanctorum, Deum precemur.

Sacerdos. Deus magne & mirabilis, qvi inclinaſti cœlos & deſcendiſti pro noſtra hominum ſalute, aſpice nos per miſericordiam & gratiam tuam: benedic populo tuo, & hæreditatem tuam conſerva: ut ſemper & omni tempore laudemus te, quia ſolus es Deus noſter verus: & Deum Patrem genitorem tuum & Spiritum tuum ſanctum nunc & ſemper, &c.

Populus. Amen.

Diaconus. Benedic Domine.

Sacerdos. Benedic omnibus, conſerva omnes, etc.

Vel aliam Benedictionem pro Eccleſiarum conſuetudine & feſtorum varietate diverſam: quâ recitatâ Diaconus incipit pſalmum * Benedicam Dominum in omni tempore. *Quo dicto abeunt & finitur Liturgia.* *Pſalm. 34.

ALIÆ ORATIONES AD

Communionem & poſtea dicendae, quae in quibusdam Codicibus Liturgiæ Jacobi: in aliis Xyſti: in aliis Petri, ſubjunguntur.

CUm diſtribuitur communio, Sacerdos dicit.

Sanctus, Sanctus, Sanctus es Domine, clamat Eccleſia. Benedictus qvi dedit mihi corpus et ſanguinem ſuum, ut per eum expiationem conſeqvarer. Sanctum tuum deprecetur pro nobis in judicio, coram throno illo pleno timoris et terroris. Ego ſum panis vitæ, dicit Dominus: et qvi manducat me cum fide, vitam hæreditabit. Qvi vident corpus ipſum Filii cum fide: qvi inter eos purus eſt, accedat, illudqve ſuſcipiat, et per illud veniam conſeqvetur. Benedicta Maria, et benedictus fructus qvi ex illa ortus eſt: qvoniam corpus ejus accipimus et ſanguinem ejus bibimus, ad expiationem delictorum. Suſcipe Domine ab adoratoribus tuis oblationes eorum, et propiti-

pitius eſto per miſerationes tuas animabus defunctorum illorum.

Oratio pro mortuis.

ECce oblatio illata eſt: & ecce animæ purificatæ ſunt: præſtetur per eam reqvies mortuis, pro qvibus oblata eſt. Oblatio iſta qvæ à viventibus, pro defunctis infertur, expiat iniqvitatem animæ, & per eam remittuntur illis delicta. Ipſe qvi vocavit Lazarum, & filium viduæ, ſpargat rorem miſerationum ſuarum, ſuper oſſa defunctorum. Cum Abraham, Iſaac & Iſrael vero, præſta, Domine, memoriam illi, pro qvo oblata eſt.

REx cœleſtis ſuſcipe oblationem ſervorum tuorum, & fac memoriam eorum in Jeruſalem ſuperna, & qvæ ſupra terram: & ſuper altare qvod eſt in excelſo, ſit memoria eorum bona. Agne Dei, & paſtor qvi mortuus es pro ovibus tuis, præſta Domine per gratiam tuam reqviem defunctis fidelibus.

COrpus tuum ſitit anima mea, accedere ad illud vereor; peccata mea tremorem mihi incutiunt: expientur Domine, per clementiam tuam. Corpus tuum & ſanguis tuus qvæ accepimus, ſint nobis via, & tranſitus, ut absqve timore à tenebris tranſeamus ad lucem. Gaudium in ſuperioribus, & ſpes bona in inferioribus, per oblationes qvas faciunt viventes pro defunctis ſuis.

Diaconus. Monitum. Oremus poſtqvam

digni facti ſumus ſuſcipere corpus & ſanguinem Salvatoris noſtri: qvod eſt myſterium pignusq; qvod deſcendit de cœlo, qvodqve non præterit, neqve deſtruitur. Oremus, ut apud nos permaneat, & ut nos illud cum puritate ſervemus. Gloria Domino illi bono, qvi nos dignos fecit dono illo ſpirituali.

Iterum atqve iterum in conſummatione myſteriorum iſtorum ſanctorum confitemur te, Domine Jeſu Chriſte, propter corpus tuum qvo cibaſti nos, & ſanguinem tuum qvo potaſti nos. Miſerere noſtri & exaudi nos.

Alia Oratio gratiarum actionis.

ORa aſſueta alimento ex frugibus, confitentur gratiam tuam, per qvam meruerunt donum hoc cœleſte, qvod eſt corpus & ſanguis unigeniti filii tui, per qvem & cum qvo te decet, gloria & honor cum Spiritu tuo ſancto.

PAnis cœleſtis Chriſte, qvi humilitatus adeo es, ut eſſes nobis cibus qvi non perit: ne facias ut in adventu tuo ſecundo devoremur ab igne inextinguibili: & referemus tibi laudem, &c. Benedic omnibus nobis, conſerva omnes nos: ſuccurre nobis omnibus: viam vitæ & ſalutis demonſtra nobis: miſerationesqve tuæ & clementia tua ſint ſuper nos omnes. Fratres qvoqve noſtros, qvi longe ſunt, cuſtodi: eos qvi in proximo ſunt, inſtrue doctrina ſufficienti, omnesqve fideles utriusqve ſexus,

qvi

qvi participes fuerunt hujus Euchariſtiæ, qvæ illata, oblata, & propoſita eſt, ſuper altare hoc ſanctum. Deus qvi ſuſcepit oblationes piorum antiqvorum Abraham, Iſaac, & Jacob, ipſe ſuſcipiat oblationes veſtras, vota veſtra, primitias & decimas veſtras: præſtet qvoqvè reqviem & memoriam bonam defunctis veſtris ſpemqve benedictam & cuſtodiam viventibus vobis: per precationes matris vitæ genitricis Dei Mariæ, & omnium ſanctorum in ſæcula. Amen.

LITURGIA MINOR SANCTI JACOBI Fratris Domini ordinata per Gregorium Catholicum Orientis, inter montes Armeniæ magnæ anno Græcorum MDCCCCIII *J. C.* MDXCI.

Oratio ante Pacem.

DEus omnium Domine, præſta nobis indignis ſalutem hanc, ut absqve dolo conjuncti per vinculum caritatis, ſalutemus invicem in oſculo ſancto & divino, offeramusqve tibi gloriam & laudem, unigenitoqve Filio tuo & Spiritui ſancto, nunc, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum Spiritu tuo. Demus Pacem.

Sacerdos. Ipſe qvi es ſolus Dominus miſericors, qui in excelſis habitas, & humilia re-

ſpicis, mitte benedictiones ad eos qvi inclinant colla ſua coram te, et benedic illis per gratiam unigeniti Filii tui, et Spiritus tui ſancti, nunc, &c. Amen.

Deus Pater qvi per amorem tuum erga homines magnum, miſiſti filium tuum in mundum, ut ovem errantem reduceret, ne Domine rejicias cultum hunc noſtrum, ſacrificii hujus incruenti; qvandoqvidem in miſerationibus tuis et non in juſtitia noſtra confidimus. Ne ad judicium nobis veniat myſterium hoc, qvod ad ſalutem noſtram inſtitutum eſt: ſed ad abolitionem peccatorum noſtrorum, et ad gratiarum actionem referendam tibi, et unigenito Filio tuo, et Spiritui ſancto, nunc, &c.

Diaconus. Stemus decenter.
Populus. Miſericordiæ.
Sacerdos. Gratia.
Populus. Et cum ſpiritu tuo.
Sacerdos. Surſum corda.
Populus. Habemus ad Dominum.
Sacerdos. Gratias agamus.
Populus. Dignum et juſtum eſt.
Sacerdos inclinatus. Vere dignum et juſtum eſt, nos opifici omnis creaturæ gratias agere, eumqve adorare et glorificare.

Elevans vocem: Qvem laudant Virtutes cœleſtes; corporeæ et incorporeæ (creaturæ) ſol & luna & omnes ſtellæ, terra et maria, primogeniti deſcripti in Jeruſalem cœleſti, Angeli,

lis lætitiam ſalutis, et præſta illis auxilium a te: robora illos virtute tua, et arma illos fortitudine tua, qvia tu es miſericors, et tibi gloriam referimus, et unigenito, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento Domine Regum et Reginarum, qvi veram religionem profitentur: auxilium illis da per armaturam ſpiritus: omnes qvi illos oderunt ſubjice illis, ut nos tranqvillam vitam agamus.

Elevans vocem. Qvia tu es ſalvator et auxiliator, dasqve victoriam omnibus qvi ſperant in te, Domine. tibiqve gloriam referimus et unigenito, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Qvandoqvidem tu vivorum et mortuorum dominaris, memento Patrum ſanctorum, Prophetarum, Apoſtolorum, Virginum, Genitricis Dei, Joannis Baptiſtæ, Stephani, Martyrum, ſimul cum omnibus juſtis.

Elevans vocem. Rogamus te, Domine, ut robur des impotentiæ noſtræ: adjunge nos cœtui primogenitorum deſcriptorum in cœlis. Eorum autem commemorationem facimus, ut etiam ipſi memores noſtri ſint coram te, et communicent nobiſcum huic ſacrificio ſpirituali, ad conſervationem vivorum, ad confortationem eorum qvi inter nos ægrotant, et ad reqviem fidelium qvi decubuerunt Patrum, fratrum et magiſtrorum noſtrorum, per

xit. Accipite, bibite ex eo vos omnes, Hic eſt ſangvis meus, qvi pro vobis & pro multis effunditur & datur, ad remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Hoc facite in meam commemorationem: qvando communicabitis huic myſterio, mortem meam & reſurrectionem meam commemorate, donec veniam.

Populus. Mortis tuæ Domine, &c.

Sacerdos. Mortem tuam commemoramus Domine, & reſurrectionem tuam poſt dies tres, aſcenſionem qvoqve tuam in cœlum, ſeſſionemqve ad dexteram Dei Patris: nec non adventum tuum ſecundum, in qvo judicaturus es orbem in juſtitia, & reddes unicuiqve ſecundum opera ſua. Idcirco ſacrificium hoc incruentum offerimus tibi, ut non ſecundum delicta noſtra facias nobis, neqve ſecundum peccata noſtra retribuas nobis: ſed ſecundum miſerationes tuas multas, dele peccata noſtra, ſervorum tuorum. Populus enim tuus & hæreditas tua deprecatur te & per te Patrem tuum dicens:

Populus. Miſerere.

Sacerdos. Nos qvoqve.

Sacerdos. Invocatio Spiritus ſancti.

Diaconus. Qvam timenda eſt hæc hora, &c.

Sacerdos. Exaudi me. Miſerere noſtri, Deus Pater, & mitte ſuper nos, & ſuper oblationes

tiones iſtas, Spiritum tuum ſanctum, qvi eſt Dominus, æqvalis tibi & Filio, throno, regno, & ſubſtantia æterna: qui locutus eſt in Teſtamento veteri & novo tuo: qvi deſcendit ſpecie columbæ ſuper Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Jordane flumine, & tanqvam linguæ ignis ſuper Apoſtolos, in cœnaculo.

Exaudi me.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos, Ut illabens efficiat panem iſtum, ✠ corpus vivificum, ✠ corpus ſalutare, ✠ corpus Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et calicem iſtum perficiat, ✠ ſanguinem Novi Teſtamenti, ✠ ſanguinem ſalutarem. ✠ ſanguinem ipſius Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Ut ſanctificent animas & corpora, communicantium illis, ad ferendos fructus operum bonorum, & ad confirmationem Eccleſiæ ſanctæ, quæ ſuper petram fidei ſtabilita eſt, & à portis infernalibus ſuperari non poteſt. Et libera eam à ſcandalis hæreticorum uſqve in finem, ut referat tibi gloriam & laudem, & unigenito, &c. Amen.

Diaconus. Oremus.

Sacerdos inclinatus. Offerimus tibi ſacrificium hoc incruentum, pro Sion ſancta, matre omnium Eccleſiarum, & pro Eccleſia tua ſancta, toto orbe diffuſa, ut largiaris illi donum Spiritus tui ſancti.

ficas & perficis: ſanctifica etiam animas, corpora & ſpiritus noſtros, ut corde puro & facie non confuſa, invocemus te, Pater cœleſtis, oremusqve & dicamus: Pater noſter qvi es in cœlis.

Populus. Sanctificetur, &c.

Sacerdos. Domine, ne inducas nos in tentationem, &c. referemus tibi gloriam & gratiarum actionem & unigenito.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Inclinate capita veſtra Domino.

Populus. Coram te.

Sacerdos. Inclinaverunt tibi capita ſua ſervi tui pauperes, qvia divites ſunt miſericordiæ tuæ: mitte Domine benedictiones, & ſanctifica animas, corpora & ſpiritus omnium noſtrum, & fac nos dignos communicandi myſteriis vivificantibus Chriſti Salvatoris noſtri: referemusqve tibi gloriam & laudem & unigenito. *Populus*. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Sint.

Diaconus. Cum timore. Kyrie eleiſon.

Populus. Unus Pater.

Oratio gratiarum actionis.

Sacerdos. GRatias agimus tibi, Domine, propter multitudinem miſeratio-

judicium cum illis; neqve enim qviſqvam purus eſt à peccato coram te, niſi ſolus unigenitus filius tuus, per quem etiam, & propter qvem ſperamus miſericordiam conſeqvi, & nobis & illis. *Populus.* Amen.

Sacerdos inclinatus. Remitte & parce Deus peccatis qvæ commiſimus, cogitatione, verbo & opere, manifeſtis & occultis, qvæ tibi manifeſta ſunt.

Elevata voce Finem noſtrum autem absqve peccato cuſtodi, Domine, & congrega nos ſub pedibus electorum tuorum, qvando, ubi, & qvomodo volueris, ſolummodo abſqve confuſione propter peccata qvæ commiſimus, ut in omnibus glorificetur, & celebretur nomen tuum honorandum & benedictum, ſimulqve Domini noſtri Jeſu Chriſti & Spiritus ſancti, nunc, &c.

Populus. Sicut.

Sacerdos. Miſericordiæ Dei ſint.

Sacerdos frangit & ſignat: Diaconus dicit Catholicam.

Sacerdos dicit Orationem ante Pater noſter.

DEus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvi a Cherubim benediceris, & à Seraphim ſanctificaris, qviqve à millies millenis, & decies millies decies millenis, exercituum ſpiritualium extolleris, qvi oblationes, & fructus, qvi in odorem ſuavem tibi oblati ſunt, ſancti-

ficas

tondente ipſum, vocem non edit; ſic non aperuit os ſuum. In humilitate ejus judicium ejus ſublatum eſt. Generationem ejus qvis enarrabit? Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Quando commiſcet vinum & aquam, dicit:

Καὶ εἰς τὸ ἑνῶσαι τὸν οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ λέγει.

Unus militum lancea latus ejus pupugit, & ſtatim exivit ſanguis & aqva, Mundi ſalutis ſcaturigo.

Εἷς δὲ τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, τὸ πηγάσαν τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν.

Poſt hæc orationem facit propoſitionis ſive oblationis Sacerdotalis.

Εἶτα ποιεῖ τὴν εὐχὴν τῆς προθέσεως.

Domine Deus noſter, qvi te ipſe obtuliſti pro hujus Mundi vita, inſpice in nos & ſuper panem iſtum, & calicem ſuper hunc, & fac eum immaculatum corpus tuum, &

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ προθεὶς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τί-
μιον

μιον αἷμα εἰς μετάληψιν ψυχῶν τε, καὶ σωμάτων. ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρός.

pretioſum ſanguinem, in perceptionem animarum & corporum: qvia ſanctificatum atqve glorificatum eſt ter venerandum & magnificè decorum nomen tuum, Patris.

Εὐχὴ τοῦ θυμιάματος.

Ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, αὐτὸς δέσποτα οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ πάριδε ἡμῶν τὰς πολλὰς ἁμαρτίας, καὶ ὡς προσεδέξω τὸ θυμίαμα Ζαχαρίου, οὕτω καὶ ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν πρόσδεξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ποίησον ἔλεος μεθ' ἡμῶν. ὅτι ἡγίασται καὶ

Oratio Thymiamatis, quando thurificatio peragitur.

Deus ſancte & in ſanctis reqvieſcens, lumen habitans inacceſſibile, ipſe Domine tua benigna humanitate connive ad plurima noſtra delicta & ſicuti Zachariæ ſuffitum Thymiamatis ſuſcepiſti; ſic de manibus noſtris, peccatorum, hanc ſuſcipe thurificationem in odorem ſuavitatis, atqve nobiſcum fac miſericordiam tuam. Qvoniam ſanctificatum & glorificatum eſt ter vene-

randum & magnificum nomen tuum, Patris, &c.	δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρὸς κ.τ.λ.
Poſt Thymiama obvelat dona, dicens.	καὶ θυμιῶν καλύπτει τὰ δῶρα, λέγων.
Obtexit Domine cœlos virtus tua, & gloriæ tuæ plena eſt terra.	Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετή σου κύριε, καὶ τῆς αἰνέσεώς σου πλήρης ἡ γῆ.
Poſt hæc dicit.	καὶ ἐπάγει λέγων,
Dominus regnavit, iraſcantur populi. Qvi ſedes.	Ο κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί. ὁ καθήμενος.
Tum populo aſpergit Thymiama: deinde clara voce Diaconus:	κ θυμιᾷ τὸν λαόν. εἶτα ἐκφώνως ὁ διάκονος.
Benedic Domine. *Sacerdos dicit,*	Εὐλόγησον δέσποτα, ὁ ἱερεὺς λέγει,
Benedictum Regnum Patris & F.	Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ. ὁ διάκονος.
Diaconus. In Pace rogemus Dominum pro ſuperna Pace, pro Pace N. Pro hac ſacra Domo. pro Patre & Patriarcha noſtro venerando. N. Pro religioſis, Auguſtis, ut una	Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης· ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ· ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου· ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καὶ πατριάρχου ἡμῶν τοῦδε τοῦ τιμίου. ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων· ὑπὲρ

ὑπὲρ τῦ συμπολεμῆσαι. ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης· ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων· ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων. ὑπὲρ τῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

propugnent. Pro civitate hac: pro aëris temperie. Pro navigantibus, viatoribus, &c. Ut nos liberemur.

Ὁ ἱερεὺς ποιεῖ εὐχὴν τῆς εἰσόδου.

Sacerdos dicit precem Ingreſſus.

Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ καταστήσας ἐν οὐρανοῖς τάγματα καὶ στρατιὰς ἀγγέλων. καὶ τὰ ἑξῆς ζήτει εἰς τὴν λειτουργίαν τῦ ἁγίου Βασιλείου.

Here Domine Deus noſter, qvi in Cœlis Angelorum ordines & agmina conſtituiſti: *& quæ ſequuntur quære in Liturgia D. Baſilii.*

Ἀντιλαβῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ.

Opitulare, ſalva, miſerere Sanctiſſimæ. Qvoniam te decet omnis gloria, honor, &c. *Et ſtatim.*

καὶ εὐθέως· σοφία ὀρθοί. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ.

Sapientia recta, &c. Venite adoremus & procidamus ante ipſum.

Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τῦ Θεῦ ἀθάνατ.

Unigenitus filius & Verbum Dei, &c.

Εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει λαμπρᾷ τῇ φωνῇ.

Deinde Sacerdos voce clara dicit:

Dominus vobiſcum. *Populus.* Et cum ſpiritu tuo. *Sacerdos.* Oremus.	Ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν. ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ὁ ἱερεύς. Εὐξώμεθα.
Populus. Domine miſerere, *ter.*	ὁ λαός· Κύριε ἐλέησον. γʹ.
Tum Sacerdos alta voce.	Ὁ ἱερεὺς μεγάλῃ τῇ φωνῇ.
Præbe nobis, Domine, ſervis tuis dexteram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perqvirant, & qvæ digne poſtulant conſeqvantur, Per Dominum noſtrum *JEſum CHriſtum*, cum qvovivis & regnas *DEUS* noſter in unitate SPIRITUS ſancti, in ſecula. *Popul.* Amen. Sanctus Deus, Sanctus fortis.	Παράσχου ἡμῖν κύριε τοῖς δούλοις σου δεξιὰν οὐρανίου βοηθείας, ἵνα σε ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσωσι, καὶ ἅπερ ἀξίως αἰτοῦνται κατευοδωθῶσι, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. ὁ λαός. Ἀμήν. Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός.
Et interea dum populus dicit hymnum ter ſanctum, precatur Sacerdos:	Καὶ τοῦ λαοῦ λέγοντος τὸν τρισάγιον, ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.
Domine *DEUS* omnipotens, qvi ſolus ſanctus, & in ſanctis reqvieſcis, & a cœleſtibus poteſtatibus ter ſanctum hymnum	Δέσποτα ὁ Θεὸς παντοκράτωρ, ὁ μόνος ἅγιος καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανίων δυνάμεων τὸν τρισάγιον ὕμνον προσδεχόμενος.

μενος, πρόσδεξαι καὶ ἐκ στόματος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸν τρισάγιον ὕμνον, χαριζόμενος ἡμῖν τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου.

Ὁ ἱερεύς. πρόσχωμεν. εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαός. καὶ τῷ πνεύματί σου. ἱερεύς. σοφία.

Εἶτα λέγει προκείμενον Ἀποστολικὸν ἀλληλ. καὶ εὐαγγέλιον, καὶ εὐθέως ἐκτενῆ, ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεός. καὶ λέγει εὐχὴν τῆς ἐκτενῆς. *

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν τὴν ἐκτενῆ ταύτην ἱκεσίαν. Ζήτει προγεγράφθαι εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ἐκφώνησιν εὐθέως

ſuſcipis, ſuſcipe & de ore noſtro, peccatorum, hunc terſanctum hymnum, nobis miſericordias tuas & miſerationes largiens, intercesſionibus ſanctæ Genitricis DEI, & omnium ſanctorum tuorum. *Sacerdos.*

Attendamus. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Sacerdos. Sapientia, &c.

Deinde legit textum Apoſtolicum, Alleluja, *& Evangelium, & ſtatim contentam * orationem.* Miſerere noſtri Deus. *Subditque precem contentæ.*

Domine Deus noſter hanc contentam ſupplicationem, &c. *Quære, ut ſcripta eſt in D. Baſilii Liturgia.* Ac *poſt precem & exclamationem ſtatim dicit:* Qvi

* ἐκτενὴ ſive ἐκτενὴς εὐχὴ formula extenſior ſive prolixior precum pro populo præſente. Vide Cangii gloſſar.

Cherubim, &c. *ſecreto Deinde Sacerdos precatur pro ſeipſo, decantato Cherubico hymno, in hunc modum*: Nullus dignus eſt eorum qvi carnalibus cupiditatibus illigati ſunt & voluptatibus, &c. *Quare ut ſcriptum eſt in Liturgia D. Baſilii. Deinde repoſitis ſacris (donis) in ſacra menſa, Sacerdos lavat manus ſuas, dicens*: Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, ut audiam vocem laudis tuæ. *Tum tres faciat pœnitentias, dicens*: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. *Mox Sacerdos clara voce*: Dominus vobiscum. *Populus*. Et cum ſpiritu tuo. *Sacerdos*. Oſtia. Oſtia. *Populus*, Credo in unum Deum. *Sacerdos*. Stemus honeſte: ſtemus cum

λέγει· Οἱ τὰ χερουβὶμ μυστικῶς. καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς εὐχὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τοῦ χερουβὶμ ᾄδοντος. Οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς προσιέρ. ἐν τῷ προσγράφη εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. καὶ μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὰ ἅγια ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ὁ ἱερεὺς νίπτει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, λέγων. Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου· καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου κύριε, τοῦ ἀκοῦσαί με φωνὴν αἰνέσεώς σου. καὶ ποιεῖ τρεῖς μετανοίας λέγων.

Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοί. καὶ εὐθέως ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως. Ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν. ὁ λαὸς, καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ὁ ἱερεύς. τὰς θύρας, τὰς θύρας. ὁ λαὸς

ὁ λαός. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. ὁ ἱερεύς. Στῶμεν καλῶς. στῶμεν μετὰ φόβου. ὁ λαός. ἔλεον, εἰρήνην. ὁ ἱερεὺς λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Θυσίαν κύριε σοι προορισθεῖσαν προσφορὰν ἁγίασον, καὶ δι᾽ αὐτῆς ἡμᾶς ἀσμένως πρόσδεξαι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ σου, μεθ᾽ οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς ἐν ἑνότητι πνεύματος ἁγίου, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ λαός: Ἀμήν. ὁ ἱερεύς. Ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας ἡμῶν. ὁ λαός. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. ὁ ἱερεύς. Εὐχαριστίας ἀναπέμψωμεν κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. ὁ λαός. Ἄξιον καὶ δίκαιον. ὁ ἱερεὺς εὔχεται. ὄντως ἄξιον καὶ δίκαιον, πρέπον ἐστὶ καὶ σωτηριῶδες, σοὶ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ εὐχαριστίας ἀναπέμπειν, κύριε ἅγιε, πάτερ παντοκρά-

reverentia, &c. *Populus*: Miſericordiam: pacem. *Sacerdos alta voce*: Hoſtiam tibi Domine deſtinatam in oblationem ſanctifica, & per eam nos clementer ſuſcipe, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qvocum vivis & regnas Deus in unitate Spiritus S. per omnia ſecula ſeculorum. *Populus*. Amen. *Sacerdos*. Surſum corda. *Populus*. Habemus ad Dominum. *Sacerdos*. Gratiarum actiones ſubmittamus Domino Deo noſtro. *Populus* Dignum & juſtum eſt. *Sacerdos*. Vere dignum & juſtum eſt, decorum & ſalutare, tibi ſemper & ubiqve gratiarum actiones ſubmittere. Domine ſancte Pater omnia gubernans, omnipotens & æterne Deus, per Dominum no-

noſtrum *JEſum CHriſtum*, per qvem gloriam tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, Cœli cœlorumqve virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione deſerviunt & colunt: cum qvibus & noſtras voces ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: *Clara voce.* Victorialem hymnum canentes, clamantes. *Populus.* Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. *Sacerdos deinde orat.* Te igitur benigniſſime Pater per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſupplices rogamus & deprecamur ut accepta habeas & benedicas hæc dona, hanc oblationem, hanc ſanctam hoſtiam, irreprehenſam. Inprimis qvæ tibi of-

ςοῦ, παντοδύναμε καὶ αἰώνιε Θεέ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. δι᾽ οὗ τὴν δόξαν σοῦ αἰνοῦσιν ἄγγελοι, προσκυνοῦσι κυριότητες, τρέμουσιν ἐξουσίαι, οὐρανοὶ οὐρανῶν τε δυνάμεις, τά τε μακάρια Σεραφὶμ κοινῇ ἀγαλλιάσει λατρεύουσι. μεθ᾽ ὧν καὶ τὰς ἡμετέρας φωνὰς ἵνα προσδεχθῆναι κελεύσῃς, δεόμεθα, ἱκετευτικῇ ὁμολογίᾳ λέγοντες, ἐκφώνως, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδοντας, βοῶντας. ὁ λαός. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Σὲ τοίνυν ἐπιεικέστατε πάτερ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἱκετεύοντες παρακαλοῦμέν σε καὶ δεόμεθα, ἵνα προσδεκτὰ ἔχῃς καὶ εὐλογήσῃς ταῦτα τὰ δῶρα, ταύτην τὴν προσφοράν, ταύτην τὴν ἁγίαν θυσίαν, τὴν ἀμώμητον. ἐν πρώτοις ἅπερ σοι προσ-

προσφέρομεν ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας εἰρηνεῦσαι, διαφυλάξαι, ἑνῶσαι, κυβερνῆσαι καταξιώσῃς πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἅμα τῷ δούλῳ σου τῷ Πάπᾳ καὶ Πατριάρχῃ ἡμῶν ὧδε, καὶ τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος τε καὶ ἀναξιότητος. μνήσθητι Κύριε τῶν δούλων σου καὶ τῶν δουλίδων σου, καὶ πάντων παριςαμένων, ὧν σοι ἡ πίστις δήλη ἐςὶ, καὶ φανερὰ ἡ πρόθεσις, οἵτινες προσφέρουσι ταύτην τὴν θυσίαν τῆς αἰνέσεως ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἰδίων γε πάντων, ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως ψυχῶν καὶ σωμάτων· ὑπὲρ ἐλπίδος, σωτηρίας καὶ ῥώσεως αὐτῶν, σοὶ ἀποδιδοῦσι τὰς εὐχὰς αὐτῶν τῷ αἰωνίῳ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ Θεῷ· κοινωνοῦντες καὶ τὴν μνήμην σεβόμενοι. χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία, ὁ

ferimus pro ſancta tua Catholica & Apoſtolica Eccleſia, pacificare cuſtodire, adunare, gubernare dignare omnes terrarum fines, una cum ſervo tuo Papa, & Patriarcha noſtro N. meqve miſero & indigno. Memento Domine ſervorum tuorum & ancillarum tuarum, & omnium adſtantium, qvorum tibi fides nota eſt, & manifeſta in te affectio, qvi qvidem offerunt hanc hoſtiam laudis pro ſeipſis, & ſuis omnibus, pro redemptione animarum & corporum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ. Tibi reddunt vota ſua æterno & vivo Deo. Communicantes & memoriam venerantes. Ave gratia plena *Maria*, Dominus tecum, &c. *Clare voce.* Inprimis ſan-

ſanctæ, glorioſæ, ſemperqve Virginis Mariæ, genitricis Domini & DEI & Servatoris noſtri *JESU CHriſti*: Sed & beatorum tuorum Apoſtolorum & Martyrum, Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium ſanctorum tuorum: Qvorum interceſſione ac precibus concede, ut in omnibus tua protectione muniamur, adjuti, Per Dominum noſtrum *JESUM CHriſtum*. *Hic commemorat dormientes.* Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed &

κύριος μετά σου (ἐκφώνως) ἐν πρώτοις τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας γεννητρίας τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν μακαρίων σου ἀποστόλων καὶ μαρτύρων, Πέτρου, Παύλου, Ἀνδρέου, Ἰακώβου, Ἰωάννου, Θωμᾶ, Φιλίππου, Βαρθολομαίου, Ματθαίου, Σίμωνος, Θαδδαίου, Λίνου, Κλήτου, Κλήμεντος, Ξύστου, Κορνηλίου, Κυπριανοῦ, Λαυρεντίου, Χρυσογόνου, Ἰωάννου καὶ Παύλου, Κόσμα, καὶ Δαμιανοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου· ὧν ταῖς πρεσβείαις καὶ ταῖς ἱκεσίαις παράσχου, ἵνα ἐν πᾶσι τῇ σκέπῃ σου φρουρώμεθα, βοηθούμενοι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐνταῦθα ἀναφέρει τοὺς κοιμηθέντας. Ταύτην τοίνυν τὴν προσφορὰν τῆς δουλείας ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ

καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, ἣν σοι προσφέρομεν, δεόμεθα κύριε ἀσμένως πρόσδεξαι. τὰς ἡμέρας ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ διοίκησον, ἀπὸ τῆς μελλούσης αἰωνίου καταχρίσεως λύτρωσαι, καὶ εἰς τὴν τῶν ἐκλεκτῶν σου κέλευσον ἀγέλην συναριθμηθῆναι διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἐν πᾶσι τῇ σκέπῃ σου, δεόμεθα, εὐλογημένην, ἀπερίγραπτον, ἐράσμιον, εὐαπολόγητον, προσδεκτήν τε ποιῆσαι καταξιώσῃς, ἵνα ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα γένηται τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ πάθους αὐτοῦ λαβὼν ἄρτον εἰς τὰς ἁγίας καὶ ἀχράντους χεῖρας αὐτοῦ, ἄρας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν πρός σε τὸν θεὸν καὶ πατέρα αὐτοῦ τὸν παντοδύναμον, σοὶ εὐχαριστῶν εὐλόγησεν, ἔκλασεν, ἔδωκε τοῖς μα-

cuncti populi tui, qvam tibi offerimus, qvæſumus Domine benigne ſuſcipe, dies noſtros in pace diſpone, à futura æterna damnatione libera, & in electorum gregem jube connumerari, per Dominum noſtrum *JESUM CHriſtum:* ut in omnibus tua protectione, qvæſumus, benedictam, incircumſcriptam, gratam, rationabilem, acceptabilemqve facere digneris, ut nobis Corpus & Sanguis fiat dilecti Filii tui, Domini vero noſtri *JESU CHRISTI:* Qvi pridie ejus diei qva paſſus eſt, accipiens panem in ſanctas & immaculatas manus ſuas, oculosqve in Cœlum levans ad te Deum & Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit,

dixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: *Clara voce.* Accipite, comedite. Hoc eſt Corpus meum, qvod pro vobis frangitur. *Deinde continuat ſecreto.* Similiter rurſum, poſtqvam cœnatum erat, accipiens Calicem & gratias agens, benedixit, dedit ſanctis ſuis diſcipulis dicens, *Clara voce.* Bibite ex eo omnes. Hic eſt ſanguis meus. *Populus.* Amen. *Sacerdos addit.* Hæc qvotieſcunque feceritis, in mei memoriam facite. Unde recordantes Domine, nos ſervi tui, ſed & populus tuus ſanctus, CHriſti tui, Domini autem noſtri, & Dei, beatæqve paſſionis, atqve ab inferis Reſurrectionis, ſed & glorioſæ in Cœlos Aſcenſionis. *Clara voce.* Tua ex tuis tibi offerimus,

θηταῖς αὐτοῦ, λέγων. (ἐκφώνως) λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Καὶ ἐπάγει λέγων μυστικῶς. Ὁμοίως πάλιν μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας εὐλόγησεν, ἔδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, λέγων (ἐκφώνως) Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. ὁ λαός. Αμήν. ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Ταῦτα ὁσάκις ἂν ποιῆτε, ἐν τῇ ἐμῇ μνήμῃ ποιεῖτε. Ὅθεν μνημονεύοντες, κύριε, ἡμεῖς οἱ σοὶ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ κυρίου δὲ ἡμῶν καὶ Θεοῦ, τοῦ τε μακαρίου πάθους, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκ τοῦ ᾅδου ἐγέρσεως, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐνδόξου ἀναβάσεως (ἐκφώνως) τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέροντες κατὰ. ὁ λαὸς. σὲ ὑμνοῦμεν. σὲ εὐλογοῦμεν. ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. τὰ σὰ ἐκ τῶν

σῶν

σῶν προσφέρομεν τῇ τι-
μίᾳ μεγαλωσύνῃ σου, ἐκ
τῶν σῶν δωρεῶν καὶ χα-
ρισμάτων, θυσίαν κα-
θαρὰν, θυσίαν ἁγίαν,
θυσίαν ἄμωμον, ἄρτον
ἅγιον ζωῆς αἰωνίου, καὶ
ποτήριον σωτηρίας αἰω-
νίου. ὑπὲρ ὧν ἵλεῳ καὶ
εὐιλάτῳ προσώπῳ ἐπι-
σκέψαι καταξιώσῃς, καὶ
προσδεκτὰ σχεῖν, καθὰ
κατηξίωσας τὰ δῶρα τοῦ
παιδός σου τοῦ δικαίου
Ἀβέλ, καὶ τὴν θυσίαν
τοῦ πατριάρχου ἡμῶν
Ἀβραάμ· καὶ ὥσπερ
σοι προσήγαγεν ὁ πρῶ-
τος ἱερεύς σου Μελχι-
σέδεκ ἁγίαν θυσίαν,
ἄμωμον προσφορὰν, ἱ-
κετεύοντές σε δεόμεθα
παντοδύναμε Θεὲ, κέ-
λευσον τοῦτο διακομι-
σθῆναι διὰ χειρὸς ἁγίου
ἀγγέλου σου εἰς τὸ ὑψη-

per &c. *Populus*: Te laudamus: Te benedicimus, &c. *Sacerdos adprecatur*. Tua ex tuis offerimus venerandæ Majeſtati tuæ de donis tuis & chariſmatis hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & Calicem ſalutis perpetuæ. Super qvæ propitio & ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicuti dignatus es, dona pueri tui juſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ: & qvemadmodum tibi obtulit primus Sacerdos tuus Melchiſedech ſanctum Sacrificium & immaculatam hoſtiam, ſupplices te rogamus omnipotens *DEUS*, jube hæc adminiſtrari per manum ſancti Angeli tui in illud ſublime altare tu-

um coram Divina Majeſtate tua, ut qvi ex hoc altari portionem ſacram corporis Filii tui, ſive ſanguinis ſumpſerimus, omni cœleſti benedictione & gratia repleamur. Per Dominum noſtrum *JESUM CHriſtum. Clara voce.* In primis memento Domine Archiepiſcopi. *Hic commemorat vivos.* Nobis igitur peccatoribus & indignis famulis tuis, in multitudine tuæ miſerationis ſperantibus, portionem aliqvam & ſocietatem largiri digneris cum ſanctis Apoſtolis tuis, & martyribus; cum Johanne, Stephano, Matthæo, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia, Barbara, Juliana,

λόν σου θυσιαστήριον, ἐνώπιον τῆς θείας μεγαλειότητός σου, ἵνα οἱ ἂν δήποτε ἐκ τούτου τοῦ θυσιαστηρίου μερίδα ἁγίαν τοῦ σώματος τοῦ υἱοῦ σου ἢ καὶ τοῦ αἵματος ληψώμεθα, πάσης ἐπουρανίου εὐλογίας καὶ χάριτος ἐμπλησθῶμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐκφώνως. ἐν πρώτοις μνήσθητι κυρίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου. ἐνταῦθα ἀναφέρει τοὺς ζῶντας. Ἡμῖν οὖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου, τοῖς εἰς τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου ἐλπίζουσι μέρος τι καὶ κοινότητα χαρίσασθαι καταξίωσον μετὰ τῶν ἁγίων σου Ἀποστόλων καὶ μαρτύρων μετὰ Ἰωάννου, Στεφάνου, Ματθαίου, Βαρναβᾶ, Ἰγνατίου, Ἀλεξάνδρου, Μαρκελλίνου, Πέτρου, Φηλικιτάτης, Περπετούας, Ἀγάθης, Λουκίας, Ἀγνῆς, Κηκιλίας,

Ανα-

Ἀναστασίας, Βαρβάρας, Ἰουλιανῆς, τῶν πανενδόξων τεσσαράκοντα μαρτύρων καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, μεθ' ὧν ἡμᾶς σύνταξον, μὴ ἐπισκέπτων τὰς πράξεις, ἀλλὰ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν δεόμεθα αὐτῶν παράσχου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ταῦτα πάντα, κύριε, ἀεὶ τὰ ἀγαθὰ χορηγεῖς, ἁγιάζεις, ζωοποιεῖς, εὐλογεῖς, καὶ παρέχεις ἡμῖν. καὶ κρατῶν τὸν ἄρτον ὁ ἱερεὺς κατασφραγίζει τὸ ποτήριον λέγων. δι' αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστὶ σοὶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῷ παντοδυνάμῳ εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, πᾶσα τιμὴ καὶ δόξα (ἐκφώνως) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ λαός. Ἀμήν. ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως. εὐξώμεθα. ὁ λαὸς τὸ κύριε ἐλέησον, γ'. ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως. ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας διδαχθέντες, καὶ ἐκ τῶν

glorioſiſſimorum martyrum qvadraginta, & omnium tuorum ſanctorum. Qvibuscum nos ſocia, non actiones conſiderans; ſed remiſſionis peccatorum, qvæſumus, veniam dona per *JEſum CHriſtum* Dominum noſtrum, per qvem hæc omnia, Domine, bona ſemper præbes, ſanctificas, vivificas, benedicis, & præſtas nobis *Tenensque panem ſacerdos ſignat Calicem dicens*: Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo eſt Tibi Deo & Patri omnipotenti in unitate Spiritus ſancti, omnis honor & gloria. *Clara voce.* In ſecula ſeculorum. *Populus.* Amen. *Sacerdos clara voce.* Oremus. *Populus.* Kyrie eleiſon. *ter.* *Sacerdos clara voce.* Divina doctrina eruditi, & ſalutaribus admonitionibus

bus docti, audemus
dicere. *Populus.* Pater
noſter. *Sacerdos clara
voce.* Qvoniam tuum
eſt regnum, & pote-
ſtas, & gloria. Pax
omnibus. Capita.
Sacerdos adprecatur. Li-
bera nos, qvæſumus
Domine, ab omni ma-
lo, præſente, ac futuro,
interceſſionibus im-
maculatæ & glorioſæ
Dominæ noſtræ Dei-
paræ, ſemperqve vir-
ginis Mariæ, beato-
rum tuorum glorio-
ſorum Apoſtolorum
Petri & Pauli, & om-
nium ſanctorum tuo-
rum, concede pacem
in cordibus noſtris; ut
protectione miſera-
tionis tuæ adiuti, ex
noſtris eruamur pec-
catis, & ab omni per-
turbatione invenia-
mur ſecuri, Per Domi-
num noſtrum Jeſum
Chriſtum, cum qvo
vivis & regnas Deus

σωτηριωδῶν ὑπομνημά-
των παιδευθέντες τολ-
μῶμεν λέγειν. ὁ λαός. Τὸ
Πάτερ ἡμῶν. ὁ ἱερεὺς
ἐκφώνως. Ὅτι σοῦ ἐστιν
ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύνα-
μις καὶ ἡ δόξα. Εἰρήνη
πᾶσι. Τὰς κεφαλάς.
ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Ῥῦ-
σαι ἡμᾶς. δεόμεθά κύ-
ριε, ἀπὸ παντὸς κακοῦ
ἐνεστῶτος καὶ μέλλοντος
πρεσβείαις τῆς ἀχράντου
καὶ δεδοξασμένης δεσποί-
νης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ
ἀειπαρθένου Μαρίας
τῶν μακαρίων σου ἐνδό-
ξων Ἀποστόλων Πέτρου
καὶ Παύλου, καὶ πάν-
των σοῦ τῶν ἁγίων. πα-
ράσχου εἰρήνην ἐν ταῖς καρ-
δίαις ἡμῶν, ἵνα τῇ σκέ-
πῃ τοῦ ἐλέους σου βοηθού-
μενοι, ἐκ τῶν ἡμετέρων
ῥυσθῶμεν ἁμαρτιῶν, καὶ
ἐκ πάντων θορύβων εὑ-
ρεθῶμεν ἀμέριμνοι, διὰ
τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, μεθ᾽ οὗ ζῇς καὶ βα-
σιλεύεις ὁ Θεὸς ἡμῶν
εἰς ἑνότητα πνεύματος
ἁγίου.

ἁγίου (ἐκφώνως) εἰς πάν-
τας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ-
ώνων. (ὁ λαός) Ἀμήν. ὁ
ἱερεὺς ποιεῖ εὐχήν. Πρό-
σχες Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ,
ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξ ἁγίου
κατοικητηρίου σου. Ζήτει,
προσγεγράφη εἰς τὴν λει-
τουργίαν τοῦ ἁγίου Βασι-
λείου. ὁ διάκονος. πρόσ-
χωμεν. ὁ ἱερεὺς ὑψῶν τὸν
ἄρτον, λέγει. τὰ ἅγια
τοῖς ἁγίοις. (ὁ λαός)
εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς
υἱὸς ἅγιος, ἓν πνεῦμα
ἅγιον, εἰς ἑνότητα πνεύ-
ματος ἁγίου. Ἀμήν.
Εἶτα λέγει κοινωνικόν.
ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴ-
ρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ
κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς.
καὶ μετὰ τὸ πάντας
μεταλαβεῖν, ὁ ἱερεὺς θυ-
μιῶν λέγει. ὑψώθητι
ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός.
καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ
δόξα σου. καὶ μετὰ τὸ
θυμιάσαι (ἐκφώνως)
εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν
πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ
εἰς τοὺς αἰῶνας. (ὁ λαός)

noſter in unitate Spi-
ritus ſancti. *Clara voce.*
In omnia ſecula ſe-
culorum. *Populus.* A-
men. *Sacerdos orat.*
Intende Domine Jeſu
Chriſte, Deus noſter,
de ſancto habitaculo
tuo. *Quaere ut ſcriptum eſt
in D. Baſil. Liturgia. Diac.*
Attendamus. *Sacerdos
ſuſtollit panem, dicens:*
Sancta ſanctis. *Populus*
Unus Pater ſanctus,
unus Filius ſanctus,
unus Spiritus ſanctus,
in unitate Spiritus ſan-
cti, Amen. *Deinde le-
gis Communionem, oratio-
nem quae ad ſacram Eu-
chariſtiae participationem
Populum praeparet.)* Ag-
nus Dei qui tollis pec-
catum Mundi, miſerere
nobis. *Poſtquam omnes
Communionem acceperint
Thymiama ſpargit, di-
cens:* Exaltare ſuper cae-
los Deus, & ſuper om-
nem terram gloria tua.
Et poſt Thymiama ſpar-

ſum,

-ſum, *clara voce*. Benedictus jugiter Deus noſter, nunc, & ſemper, & in omnia ſecula. &c. *Populus*. *Impleatur os noſtrum*. *Diac*. Erecti qvi diviniorum, immaculatorum, cœleſtium, vivificorum, tremendorum myſteriorum fuimus participes, digne in omnibus gratias agamus Domino. *Tum illud*, Suſcipe, ſalva. *Tum orat Sacerdos*: Hæc nos, Domine, quæſumus, communio purget ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & cœleſtium bonorum faciat eſſe conſortes: per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Qvi cum vivis & regnas Deus in unitate Spiritus ſancti in ſecula ſeculorum. *Clara voce*. Qvoniam tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam. *Populus*.

Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν. ὁ διάκονος. Ὀρθοὶ οἱ μεταλαβόντες τῶν θείων, ἀχράντων, ἐπουρανίων, ζωοποιῶν, φρικτῶν μυστηρίων. ἀξίως ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ. ἀντιλαβοῦ, σῶσον. καὶ τὰ λοιπά. ὁ ἱερεὺς εὔχεται. Αὕτη ἡμᾶς δεόμεθα, ἡ κοινωνία κύριε, καθαρίσαι ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος καὶ οὐρανίων ἀγαθῶν ποιήσει εἶναι μετόχους διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. (ἐκφώνως) Ὅτι σὺ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν. (ὁ λαὸς) ἀμήν. (ὁ διάκονος) ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν. (ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν ὄπισθεν.) Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, δι᾽ οὗ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα,

καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα μεταλαβεῖν κατηξιώθημεν, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ διαφύλαξον πάντας ἡμᾶς, καὶ ἀξίους ποίησον τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Εἶτα τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου καὶ τῶν Prophetarum, &c.

Amen. *Diac.* In pace procedamus. *Sac. retro precatur.* Benedictus Deus, per qvem im̃aculatum corpus & ſenguinem ipſius participare dignati ſumus, ipſe benedicat & cuſtodiat nos omnes, & dignos faciat cœleſti ſuo regno, nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Deinde*, Plenitudo legis &

LITURGIA SANCTI PETRI, PRINCIPIS APOSTOLORUM.

Ex Syriaco verſa à V. C. EUSEBIO RENAUDOTO.

Primum oratio ante Pacem.

Sacerdos. EXcelſe qvi es in ſæcula, & ſolus potens, caritas perfecta & amor naturalis: Deus pacis & Dominus tranqvillitatis: da nobis omnibus, noſqve dignos effice, ut in inſpiratione vitæ, a miſericordia tua, amplectamur invicem in oſculo, qvod ſit ſine dolo, & digni efficiamur tranqvillitate qvæ a te eſt, & qvæ pacificis datur: per adventum miſerationum Dei magni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, per qvem & cum qvo Te decet gloria & honor.

 Popu-

Populus. Amen.

Sacerdos. Nunc qvoqve Domine, illumina vultum tuum ſuper nos, ſalva nos ab omnibus inimicis qvi oderunt nos: dele etiam & dimitte iniqvitates noſtras: & referemus tibi gloriam, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax vobis omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Det pacem unuſqviſqve

Populus. Omnes.

Diaconus. Poſt.

Sacerdos Inclinationem collorum noſtrorum tibi & coram te offerimus, ut percipiamus à te benedictionem, qvæ præparata eſt humilibus corde, qvia tu es judex cogitationum, & ſcrutator mentium Domine, & tibi gloriam referimus, & unigenito Filio tuo, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Qvia per abundantiam divitis miſericordiæ tuæ, Deus Pater, ad ſalutem noſtram miſiſti Filium tuum, ut eum qui errore peccati ſeductus fuerat voluntate ſua, deduceret: & liberaret à fovea mortis & *Satanæ*: & ipſe per ſe ipſum purgationem fecit lepræ illius: tu etiamnum Domine illumina vultum tuum, & ſalvi efficiamur hoc tempore, qvo ſimul cum myſteriis iſtis ſanctis, quæ tibi offeruntur, deprecationes noſtras tibi offerimus, ut nobis non ſint in condemnationem;

ne-

neqve in reatum, ſed in cordis conformationem, & aſperſionem conſcientiæ mundæ, & ad remiſſionem omnium iniqvitatum noſtrarum: per amorem erga homines tuum, & unigeniti tui qvi ab æterno à te genitus eſt, Spiritusqve paracleti, vivificantis, tibiqve connaturalis & conſubſtantialis, nunc, &c.

Populus. Amen.

Diaconus. Stemus.

Sacerdos. Caritas Dei Patris, &c.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Surſum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum & juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus. Vere dignum & juſtum eſt ut te glorificemus, te adoremus, te laudemus, te exaltemus opificem omnium creaturarum viſibilium & inviſibilium, ab illis enim voces laudis tibi offeruntur.

Elevans vocem. Glorificant te Domine ordines Angelorum, legiones Archangelorum, catervæ virtutum immaterialium, qvæ indeſinenter extollunt voces jubilorum absqve reverſione, cum effuſione ſcientiæ, & timore, & cum ſapientia, variis ſanctificationibus diſtincta, extollunt voces, clamant, vociferantur & dicunt:

Populus. Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Qvis enim infinite ſanctus eſt, aut à qvo qværemus fontem ſan-

ſtitatis, aut in qvo eſt origo perennis ſanctorum niſi in te, Pater ingenite, & in Filio tuo, nato, adorando, qvi è ſinu tuo prodiit, & in Spiritu tuo, qvi non temporaliter à te procedit? per ſanctitatem incomprehenſibilem conſcientiæ habita in nobis, ſanctifica nos, & dirige nos. Non tenuiter, ſed bene: & ſecundùm amorem tuum erga homines purgati ſimus à paſſionibus, & mundati à vinculis peccati, ut doctrinam myſticam unigeniti Filii tui ſuſcipiamus, & tecum ſit delectatio noſtra.

Elevans vocem. Et cum epulum illud de corpore & ſangvine ſancto præpararet, nobis impertiendo, & propinqva eſſet ſalutaris ejus paſſio, panem accepit ſuper manus ſuas ab omni macula immunes, & elevavit eum, & aſpectu viſibili, tum etiam inſenſibili benedictione dignatus eſt, & benedixit eum, ✠ ſanctificavit eum ✠ & fregit ✠ deditqve diſcipulis Apoſtolis ſuis dicens: myſteria hæc viatica vobis ſint, & qvandocumqve comedetis iſtud ad modum alimenti, credite & certum habete, qvod hoc eſt corpus meum qvod pro vobis & pro multis frangitur, & datur ad expiationem delictorum, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter & calicem poſtqvam cœnaverunt, miſcuit vino & aqva, ✠ & benedixit eum, ✠ & ſanctificavit, ✠ & dedit

diſci-

diſcipulis ſuis Apoſtolis dicens. Accipite, bibite ex eo vos omnes: hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti, qvi pro vobis & pro multis effunditur & datur, in veniam delictorum, remiſſionem peccatorum & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Ut autem fructum ſvaviſſimum divinæ illius operationis perciperent, præcepit illis in hunc modum: qvotiescumqve ſimul congregati eritis, memoriam mei facite, & panem hunc propoſitum edentes, & miſtum qvod in hoc calice præparatum eſt bibentes, mortis meæ commemorationem agetis, & reſurrectionem meam confitebimini donec veniam.

Populus. Mortis tuæ Domine.

Sacerdos. Adventum miſerationum tuarum expectamus Domine, Dominus noſter, refugium peccatorum, qvo examen fiet juſtorum & peccatorum, per retributionem bonorum & malorum; qvando ad judicium vocabis omnes homines, & eos qvi te in veritate coluerunt, vera voluptate perfundes: eos autem qvi declinaverunt a ſemita vitæ, in gehennam ignis comburendos mittes. Ne ſuffundas nos pudore peccatorum noſtrorum, neqve rei ſimus communionis myſteriorum ſanctorum iſtorum, qvia imaginis tuæ nomine ornati ſumus: neqve de nobis gaudeat rex aëris, cum malignis catervis ſuis, qvia ſangvine tuo redemti ſumus: ſed oriri fac ſuper

nos lumen illud tuum; qvod die ſecundi adventus tui emittes ſuper timentes te, & ſalus cito nobis ſit. Eccleſia namqve tua, & grex ſuus deprecatur te, & per te, ac tecum Patrem tuum dicens. *Populus*. Miſerere.

Sacerdos. Nos qvoqve.

Populus. Te laudamus.

Diaconus. Qvam timenda eſt hæc hora.

Sacerdos inclinatus dicit Orationem Invocationis Spiritus ſancti.

Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri, & mitte ad nos è ſolio tuo regio, & ex throno tuo infinito, Spiritum tuum ſanctum, & Paracletum, ejusdem cum tua majeſtate naturæ; conſubſtantialem, vitæ largitorem, throno & æternitate æqvalem: qvi operatur in Prophetis, & Apoſtolis, martyribus & confeſſoribus, regibus, rectoribus, ſacerdotibus & omnibus ordinibus Eccleſiæ fidelis. Qvi apparuit in columbæ ſpecie ſuper Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Jordane fluvio: qvi deſcendit ſuper Apoſtolos tuos ſanctos in ſpecie linguarum ignis. Et nunc reqvieſcat, & maneat ſuper oblationes noſtras, & ſuper nos infirmos, ut poſſimus percipere afflatum & radium adventus ejus, & illabatur ſuper nos & ſuper has oblationes propoſitas, easqve ſanctificet.

Sacerdos. Exaudi me Domine.

Populus. Kyrie eleiſon. *ter*.

Sacer-

Sacerdos. Ut illabens, efficiat panem qvidem hunc ✠ corpus ſalutare, ✠ corpus vivificum, ✠ corpus Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ad expiationem delictorum, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam illis qvi ſuſcepturi ſunt.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter etiam calicem hunc, inſtituat ✠ potum cœleſtem, ✠ ſangvinem ſalutarem, ✠ ſangvinem vivificum, ſangvinem Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ad remiſſionem eorum qvæ inſipienter commiſſa ſunt, & relaxationem peccatorum ſuſcipientibus.

Populus. Amen.

Sacerdos. Nobis autem qvi illorum participes futuri ſumus, ſit ad purgationem animarum & corporum, ad mores Evangelicos, & ad confirmationem Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ, qvæ fundata eſt ſuper petram fidei, de qva dixiſti, qvod portæ inferi non prævaleбunt adverſus eam, liberans illam ab hæreſibus & à ſcandalis operantium iniqvitatem, in ſæcula ſæculorum.

Sacerdos inclinatus. Suſcipe confeſſionem noſtram ô Rex noſter, & per eam conciliatus, tranqvillitatem dona populo tuo, & pacem gregi tuo, & conſervationem Paſtorum Orthodoxorum: præcipuè vero Patriarchæ noſtri Domini N. & D. N. Epiſcopi noſtri, cum reliqvis omnibus Epiſcopis Ortho-

 doxis,

doxis. Verbum præclarum concede illis, ut pie gregi tuo ornamento ſint, & a doctrina errorum eum prohibent.

Elevans vocem. Fac eos ſtantes cum vultu potenti, & verbum veritatis recte adminiſtrantes exhibe illos, ut ſumma diligentia illorum, pace qvæ a te eſt, vita illorum abundet, & greges tibi acqviſitos paſcant alimentis alienis ab omni fraude, per gratiam, miſericordiam & amorem erga homines unigeniti Filii tui, per qvem & cum qvo te decet, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Iterum dignare Domine meminiſſe eorum qvi præceperunt nobis, ut in hac hora memoriam eorum habeamus in noſtris apud te orationibus: & eorum qvi has oblationes obtulerunt, eorumqve pro qvibus oblatæ ſunt: necnon illorum qvi offerre qvidem voluerunt, ſed non potuerunt.

Elevans vocem. Memento Domine, & illorum qvi in animo ſtatuerunt, ut Eccleſiam tuam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam juvarent verbo doctrinæ vitæ, & operibus qvæ ad veritatis tuæ agnitionem conferrent, eisq; refugium & adjutor eſto, liberans eos ab omni dæmonum, malorumqve hominum & inexorabilium malignitate: per gratiam, miſericordiam & amorem erga homines unigeniti Filii tui, per qvem & cum qvo te decet gloria. &c.

Sacer-

Sacerdos inclinatus. Memento etiam, Domine, illorum & illarum, qvi regnum temporale obtinent fidelium, ut tam nos qvam illi tranqvillam & qvietam vitam agamus, in omni timore Dei & caſtitate.

Elevans vocem. Et mentes eorum, qvi regnum ſuper populum tuum ambiunt, ad te inclina, Domine, & ad bona propenſos perfice illos: ut nos pariter Sacerdotium cum illis, in ea tranqvillitate, qvæ cum eorum conſervatione conſtet, adminiſtremus, & cum illis tibi gloriam referemus, & unigenito Filio tuo.

Sacerdos inclinatus. Dignare etiam Domine, meminiſſe, ſanctæ & præclaræ ſemper Virginis Beatæ Mariæ, & cum ea, Prophetarum & Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Piorum, Sacerdotum & Juſtorum, qvi in fide vera perfecti extiterunt, & B. Joannis præcurſoris & Baptiſtæ, & S. præclari Stephani primi Diaconorum, & protomartyris, atqve omnium ſanctorum.

Elevans vocem. Deprecationem tibi offerimus, ô princeps Deus, ut illis qvi in anguſtia conſtituti exitum non habent, latitudinem præſtes: & illis qvi absqve rectore ſunt, gubernationis tuæ beneficium conferas. Fac nos dignos parte eorum qvi tibi in veritate ſervierunt, placueruntqve tibi, qvorum memoria in æternum ſubſiſtet, ut cum eis digni efficiamur referendi gloriam & laudem ſine fine, tibi & unigenito Filio tuo,

Sacer-

Sacerdos inclinatus. Memento Domine illorum qvi in domo ſanctorum nos præceſſerunt, occubuerunt & qvietem acceperunt, Patrum ſanctorum, Doctorum Orthodoxorum, maxime vero Ignatii, Dionyſii & reliqvorum ſanctorum, ut per orationes & deprecationes eorum liberemur à dolis ejus qvi ex adverſo eſt, & ab hominibus neqvam.

Elevans vocem. Et illorum qvi luculenter detulerunt annunciationem tuam vivificam, in omnem terram qvæ ſub cœlo eſt, & Eccleſiam tuam ſanctam confirmaverunt per fidem Orthodoxam memento, & per orationes eorum puras, nos qvoqve per miſericordiam tuam, & ſpem qvæ à te eſt, inter cœtus eorum aggrega.

Sacerdos inclinatus. Per hoc ſacrificium qvod manibus noſtris peccatricibus tibi offertur, Domine, memoriam fac patrum, fratrum, magiſtrorumqve noſtrorum, qvi pridem defuncti & ex hoc mundo profecti ad te pervenerunt: omniumqve fidelium defunctorum hujus, & cujuſcumqve loci, præcipue vero illorum pro qvibus offertur hæc oblatio.

Elevans vocem. Domine, Domine amator hominum, in ſinu Abrahæ colloca, & qvieſcere jube eos, qvi in fide orthodoxa humanæ vitæ periodum compleverunt, & vita hac temporali exſoluti ſunt: auferens & dimittens omnes iniqvitates illorum & noſtras, per tuum erga homines amorem, qvia impoſ-

impoſſibile eſt illis qui vel unico momento, aliqvam temporalem voluptatem perceperunt, ut non rei inveniantur, niſi ei, qvi ex ſinu tuo prodiit ab æterno, Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, per qvem etiam nos miſericordiam conſeqvi ſperamus, & remiſſionem peccatorum, qvæ propter eum eſt, & nobis & ipſis.

Populus. Quietem præſta.

Sacerdos. Libera, ſolve & dimitte Domine, errores & inſipientias ſervorum & ancillarum tuarum ſecretas & occultas, abſtruſas & publicas, præteritas & futuras, qvando tibi placebit nos & illos liberare à confuſione in conſpectu tuo: & ad delicias tuas beatas perveniant, ut in nobis, pro nobis, & propter nos, glorificetur, & laudetur nomen tuum benedictum, & Domini noſtri Jeſu Chriſti & Spiritus tui ſancti, nunc & ſemper, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Benedictiones Dei ſint, &c.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Iterum atque iterum.

Sacerdos frangit Euchariſtiam, mox dicit Orationem ante Pater noſter.

DEprecamur te Deus Pater, curator noſter, conſolator mœſtitudinis noſtræ, & confortator infirmitatis noſtræ: qvi ultra omne tem-

Sacerdos. Emitte Domine manum tuam potentem, & inviſibilem, & benedic ſervis tuis iſtis in templo tuo congregatis: conſerva illos per crucem tuam, & perfice illos per abundantiam benedictionum tuarum: ut nos & illi, nunc & in ſæculis futuris & infinitis referamus tibi gratiarum actionem, & Patri tuo, &c.

Populus. Amen.

Diaconus. Benedic Domine.

Sacerdos. Benedic omnibus nobis.

LITURGIA S. PETRI ALTERA.

Oratio ante Pacem.

Sacerdos. Tibi & coram te. Domine inclinamus colla animarum, corporumque noſtrorum, ut à te accipiamus benedictionem, & auxilium infirmitati noſtræ; qvia tu adjutor & refugium omnium es, & tibi gloriam & laudem referimus & unigenito Filio tuo, & Spiritui ſancto.

Sacerdos elevans vocem. Tu etiamnum, Domine, illumina faciem tuam ſuper nos, & ab omnibus inimicis, qvi odio nos habent, libera nos: dele, & dimitte univerſas iniqvitates noſtras, & referemus, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Deus pacis, & Dominus tranqvillitatis Domine, da nobis omnibus, dignosqve nos effice, ut ſpiritu à miſericordia tua non divi-

diviſo, ampleĉtamur invicem, in oſculo doli experte et referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Diaconus. Stemus decenter. Date pacem.

Sacerdos. Caritas, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Surſum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus. Verè æqvum, et juſtum eſt, ut te laudemus, et extollamus, opificem omnium creaturarum, tam ſuperiorum qvàm inferiorum.

Elevans vocem. Laudamus te, Domine, cum Angelis, et Archangelorum legionibus, qvi vocibus laudis inclamant, vociferantur, et dicunt.

Populus. Sanctus, Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus es, et magnæ miſericordiæ Domine, qvi per amorem tuum erga homines Filium tuum miſiſti in mundum: et ipſe in Virgine Mariæ incarnatus eſt ad ſalutem noſtram.

Elevans vocem. Qvi cum vellet guſtare mortem, et Paſcha veſpere perficeret, accepit panem in manus ſuas, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ et fregit, deditqve turbæ Apoſtolorum ſanctorum, et dixit: Accipite et manducate. Hoc eſt corpus meum, qvod pro vobis et pro multis frangitur et di-

viditur in expiationem deliſtorum, remiſſionem peccatorum & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter & calicem miſcens vino, & aqvâ, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ dixit eis: Accipite, bibite ex eo vos omnes. Hic eſt calix ſanguinis mei Novi Teſtamenti, qvi pro vobis & pro multis effunditur, in expiationem delictorum, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Hoc præcepit, & monuit illos, pvod qvotiescumqve myſteria hæc perficietis, mortem, & reſurrectionem meam commemorabitis, donec veniam.

Populus. Mortem tuam.

Sacerdos. Adventum tuum ſalutarem & ſecundum illum, commemorantes, Domine, laudem cum deprecatione majeſtati tuæ offerimus, ut in timendo illo, & terribili judicii die, in qvo juſtorum, & peccatorum examen inſtitues, non ſecundum peccata noſtra, tradas nos ardori fletuum & pœnarum, neqve propter neqvitias, & inſipientias noſtras cruciemur, & pœnis afficiamur, imò propitius eſto, Domine, miſerere noſtri, & averte faciem tuam à peccatis noſtris & adjuva nos: propter hoc Eccleſia tua & grex tuus deprecantur te, & per te & tecum Patrem tuum, dicens.

Populus. Miſerere noſtri.

Sacerdos. Nos qvoqve. *Popu-*

Populus. Te laudamus.

Sacerdos. Præcipuè.

Diaconus. Quàm timenda eſt hæc hora.

Sacerdos inclinatus dicit invocationem Spiritus ſancti.

Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri: mitte ſuper nos & ſuper has oblationes, Spiritum tuum ſanctum, myſteriaque hæc ſanctifica, nobiſque auxilium tribue & veniam.

Elevans vocem. Exaudi me, Domine.

Populus. Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Ut adveniens efficiat panem hunc corpus Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et calicem hunc, ſangvinem Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Ut ſint communicantibus ad corporum & animarum emundationem ab omnibus maculis, ad remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Populus. Amen.

Diaconus. Oremus.

Sacerdos inclinatus. Suſcipe deprecationem, & ſupplicationem noſtram, Domine, & concede tranquillitatem populo tuo, & pacem gregi tuo, & cuſtodi veros paſtores, cum Sacerdotibus, & Diaconis, omnemque Clerum Eccleſiæ tuæ adjuva.

Elevans vocem. Statue eos, Domine, firmos,

et potentes: et auxilio, & tranqvillitate qvæ ex te eſt, confirma illos, ita ut deprecatores, et interceſſores pro nobis ſint apud te, et referemus tibi, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Rurſus Domine dignare meminiſſe illorum, qvi præceperunt nobis ut memores eorum eſſemus, et eorum qvi, cum offerre vellent, non potuerunt.

Elevans vocem. Memento etiam Domine eorum, qvi Eccleſiam tuam ſanctam adjuvant: eſto eis latibulum et domus refugii, liberans eos ab omni dæmonum hominumqve neqvam machinatione, qvia tu Salvator es omnium, et tibi gloriam, et laudem referimus, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento Domine Regum fidelium, et immitte cordibus eorum conſilia pacifica circa populum tuum.

Elevans vocem. Mentem eorum qvi regnare ſuper nos volunt, fac Domine pacificam, et ab invidorum hoſtiumqve manibus nos libera, ut referamus tibi, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Iterum Domine dignare meminiſſe Virginis ſanctæ Mariæ, et cum ea omnium Prophetarum, et Apoſtolorum: cum Martyribus, et Confeſſoribus, reliqvisqve omnibus ſanctis.

Ele-

Elevans vocem. Orationibus, & deprecationibus eorum adjuva nos Domine, & parce nobis: ſorteqve eorum dignos nos effice, ut cum illis, & inter illos referamus tibi, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento Domine & illorum, qvi in ſanctorum domo jam obdormierunt, & qvieverunt, ſanctorum Patrum, et Doctorum, ut orationibus, et interceſſionibus eorum, ab adverſarii dolis eripiamur, necnon ab hominibus perverſis.

Elevans vocem. Et eorum qvi ſedulo Evangelium tuum in omni terra circumtulerunt, et Eccleſiam tuam ſanctam in orthodoxa fide confirmaverunt: per Orationes eorum puras, omnes adjuva, et in miſericordia tua confirma, ut cum illis, et inter illos referamus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Præſta, Domine per ſacrificium hoc qvod peccatricibus meis manibus tibi offertur, memoriam bonam patribus, fratribus, et magiſtris noſtris, et omnibus fidelibus defunctis iſtius; et cujuscumqve loci.

Elevans vocem. Domine, Domine hominum amator, in ſinu Abrahamæo colloca eos qvi in vera fide vitam ſuam conſummarunt, auferens dimittensqve omnes iniqvitates, et prævaricationes illorum, et noſtras: qvia nullus eſt à peccatis immunis, niſi Dominus

 Deus,

Deus, & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, per qvem, & miſericordiam conſeqvi, & remiſſionem peccatorum nobis, & ipſis ſperamus, propter eum.

Populus. Dimitte.

Sacerdos. Ignoſce, Domine, & dimitte errores, & inſipientias ſervorum ancillarumqve tuarum, tam occultas qvam manifeſtas, & nos eripe à confuſione coram te, ut in nobis propter nos, & noſtri cauſâ glorificetur, & laudetur nomen tuum benedictum, & Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſpiritus tui vivi, & ſancti, nunc, &c.

Populus. Sicut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpirito tuo.

Sacerdos. Miſericordiæ.

Diaconus. Credimus.

Sacerdos frangit oblatam. Oratio ad Pater noſter.

DEprecamur te Deus pater, conſolator, & confortator infirmitatis noſtræ, purifica nos ab omni immunditia iniqvitatis, & peccati, & ſuſcipe has oblationes, qvas pro peccatis noſtris, tibi offerimus, ut uno eodemqve ſpiritu, clamemus ad te, oremus, & dicamus, Pater noſter qvi es in cœlis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. Deus benigne, ne inducas nos in tentationum experimenta, qvia virtutem

non

non habemus ad ſuſtinendum: ſed pro miſericordia tua magna, eripe, et ſalva nos ab omnibus plagis furoris; qvia tua eſt potentia, et regnum, et tibi gloriam, laudem referimus.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax. *Populus*, Et cum.

Diaconus. Inclinate.

Sacerdos. Benedic Domine Deus ſervos, et adoratores tuos, qvi animarum, et corporum colla coram te demiſerunt et te deprecantur. Dignos effice illos Domine, miſericordiâ tuâ, et venia ſuorum, noſtrorumqve peccatorum, qvia multæ miſericordiæ et omnipotens tu es, et tibi gloriam referimus, etc. *Populus*. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum.

Sacerdos. Sit.

Diaconus. Cum timore.

Sacerdos. Sancta ſanctis.

Populus. Unus Pater ſanctus.

Diaconus. Stemus decenter.

Sacerdos. *Oratio poſt Communionem.*

Confitemur tibi, Domine, & gratias agimus tibi hujus muneris cauſâ qvo nos beaſti, licet indignos. Ne imponas nobis peccatorum noſtrorum pudorem, ſed eripe nos à ſpiritibus adverſariis, qui nobiſcum colluctantur, et una voce referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax. *Populus.* Et cum

Diaconus. Iterum atqve iterum.

Sacerdos. Demitte, Domine, manum tuam, & benedic ſervis tuis illis, qvi hic congregati ſunt, cuſtodi eos ſigno crucis tuæ, & eſto eis latibulum, & refugium ab univerſis hoſtibus publicis, & occultis, & perfice eos effuſis benedictionibus tuis, ut nos, & ipſi referamus tibi gloriam. *Populus.* Amen.

Diaconus. Benedic Domine.

Sacerdos. Benedic omnibus.

Diaconus. Benedicam.

LITURGIA
S. JOHANNIS EVANGELISTÆ,
E Syriaco verſa à V. C. EUSEBIO RENAUDOT.

Oratio ante oſculum pacis.

Sacerdos. DOmine Deus fortis, qvi es caritas vera, tranqvillitas imperturbabilis, & ſpes qvæ non confundit; tu Domine Deus pater: concede ſervis tuis iſtis, qvi coram majeſtate tua ſtant, caritatem, benignitatem, tranqvillitatem & pacem perpetuam, & præſta nobis omnibus, ut cum puritate cordis & ſanctitate animæ, demus pacem nobis invicem in oſculo ſancto, & ſpirituali, qvod placeat nomini tuo ſancto: & referemus tibi gloriam, &c.

Popu-

Populus. Amen.

Diaconus dicit Mediam.

Sacerdos elevans vocem. Et nunc coram majeſtate tua, Domine inclinamus colla animarum noſtrarum, & corporum noſtrorum: jube & mitte nobis, de excelſis glorioſis ſanctuarii tui, gratiam præclaram, benedictionemqve imperturbabilem & inamiſſibilem, ut te glorificemus & exaltemus, unigenitumqve Filium tuum, & Spiritum tuum ſanctiſſimum & bonum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Qvi Filium tuum, in fine temporum miſiſti ad ſalutem noſtram: ipſe autem myſteria hæc ſancta & vivifica tradidit nobis. Ne, Domine, facias nos alienos ab hoc miniſterio, nec avertas faciem tuam à nobis, propter multitudinem peccatorum noſtrorum. Tu enim ſolus, ſanctus es, cum unigenito Filio tuo, & Spiritu tuo ſanctiſſimo & bono.

Populus. Amen.

Diaconus. Date Pacem.

Populus. Miſericordiæ Dei.

Sacerdos. Caritas Patris, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Surſum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Populus. Dignum & juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus. Digne te decet laus, Domine cœleſtium et terreſtrium.

Elevans vocem. Te enim glorificant et laudant virtutes ſupernæ, et cœlum in qvo conſiſtunt: ignei te cum timore celebrant, Cherubim cum commotione te benedicunt: Seraphimqvè ſancti, majeſtatem tuam ſanctificant, qvi veloci motu alarum et pennarum ſuarum, volantes alter at alterum, clamant, vociferantur, et dicunt.

Populus. Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus es Domine, Deus potens, cum unigenito Filio tuo, et Spiritu tuo ſancto, una natura indiviſa: qvi eſt ſanctus et ſanctificans omnia virtute divinitatis ſuæ. Pater qvi miſit Filium ſuum ad ſalutem noſtram: et Filius qvi deſcendit et incarnatus eſt, paſſus et crucifixus propter imaginem ſuam qvæ corrupta fuerat: ſpiritusqve vivus et ſanctificans ſacrificia divina.

Elevans vocem. Cum autem ad paſſionem ſalutarem voluntate ſua veniſſet, propter ſalutem noſtram, panem ſuper manus ſuas ſanctas, in oculis turmæ diſcipulorum ſuorum accepit: aſpexit in cœlum, gratias egit, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ fregit deditqve Apoſtolis ſuis ſanctis et dixit: Accipite manducate ex eo. Hoc eſt corpus meum, qvod pro vobis, et pro omnibus in me credentibus frangitur et dividitur, ad expiationem delictorum,

rum,

rum, remiſſionem peccatorum et vitam futuram in ſæcula.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et poſt cœnam ſuam illam myſticam, etiam ex vino et aqva accepit calicem gratiasqve egit ſuper illum, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ et dedit turmæ Apoſtolorum ſuorum et dixit illis: Hic eſt calix ſanguinis mei, Novi Teſtamenti, accipite, bibite ex eo omnes: iſte effunditur pro vita mundi, ad expiationem delictorum, remiſſionem peccatorum, omnibus in me credentibus in ſæcula ſæculorum.

Populus, Amen.

Sacerdos. Ita facietis in meam commemorationem: qvotiescumqve enim manducabitis Sacramentum hoc, et hunc ſanguinem bibetis, mortem meam annunciabitis donec veniam.

Populus. Mortis tuæ, Domine, memoriam agimus, &c.

Sacerdos. Commemorationem diſpenſationis tuæ ſalutaris facientes, Chriſte Deus noſter, imploramus & deprecamur bonitatem tuam, ut cum venies in gloria cum Angelis tuis ſanctis, conſtitutes thronum gloriæ tuæ, præcipiesqve terræ, ut pariat omnes defunctos ad ſtandum coram te in timore & tremore: cum collocabis agnos ad dexteram tuam & hœdos ad ſiniſtram tuam, & unusqvisqve exſpectabit competentem ſibi retributionem, & habi-

habitacula ſibi deſtinata: ne Domine audiamus à te vocem illam acterbam, & mortiferam: ne dicas nobis, Domine, recedite à me maledicti, abite in ignem, qvia ego non novi vos. Ne, Domine, ſimus alieni à familiaritate tua: ne avertas, Domine, faciem tuam à nobis: ne aſpicias, Domine, nos indignanter in ira: ne, Domine, aſcendant peccata & crimina noſtra in cor tuum ſanctum: ne, Domine, intres in judicium nobiſcum: neqve agas erga nos, tanqvam erga eos qvorum ſpes præciſa eſt: neqve ultionem facias de nobis, qvaſi inimicis. Non tanqvam alienos repellas nos: ne projicias nos, Domine, à facie tua, qvi nomen tuum ſanctum cognovimus, & divinitatem tuam confeſſi ſumus. Sed fac nobiſcum ſecundum promiſſiones tuas veras, & non fallaces: dimitte delicta noſtra, propitius eſto peccatis noſtris: & fac miſericordiam ſuper hæreditatem tuam, & ſuper oves paſcuæ tuæ, qvemadmodum pœnitens Eccleſia tua ſupplicat tibi, & tecum Patri tuo, dicens.

Populus. Miſerere noſtri.

Sacerdos. Nos qvoqve.

Populus. Te laudamus.

Sacerdos. Præcipuè.

Diaconus. Qvam timenda eſt hæc hora, &c.

Sacerdos inclinatus. Domine clemens, & multæ miſericordiæ, miſerere mei, & mitte ſuper me & ſuper oblationes iſtas, Spiritum vivum

vivum et ſanctum, vivificantem, et omnia ſanctificantem, largitoremqve ſanctitatis: ipſum qvi in Prophetis ſanctis locutus eſt, et Apoſtolos ſanctos, martyresqve coronavit: ipſeqve illabatur ſuper hæc myſteria et ſanctificet illa.

Populus. Exaudi, Domine.

Sacerdos elevans vocem. Ut illabens, efficiat panem qvidem iſtum, corpus Chriſti Dei noſtri. *Populus.* Amen.

Sacerdos. Et calicem iſtum, ſanguinem Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Ut ſanctificent corpora et animas eorum, qvi illis communicabunt, ad mundationem cordium eorum, purificationem cogitationum eorum, et ad ſanctificationem animarum eorum, qvæ eſt in regno cœlorum et vita æterna.

Diaconus. Oremus.

Sacerdos inclinatus. Commemoramus coram te, Domine Deus, hoc tempore hujus ſacrificii, omnes Eccleſias tuas ſanctas: et Paſtores Orthodoxos qvi in illis vivunt: præcipue vero DD. N. & N. cum reliqvis Epiſcopis Orthodoxis. Iterum etiam commemoramus Sacerdotes et Diaconos veros, reliqvosqve domeſticos tuos, qvi obſervant mandata tua. Iterum etiam obſecramus te, Domine pro tranqvillitate et confirmatione totius mundi: pro benedictione anni, et fructuum ubertate.

Ite-

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, per Gratiam tuam, eorum qvi à nobis ſeparati ſunt, et ad te migraverunt: qvi acceperunt corpus et ſanguinem tuum precioſum, et obſignati fuerunt ſignaculo tuo, à tempore primæ inſtitutionis Chriſtianæ, ad hanc usqve diem.

Elevans vocem. Tu es enim creator animarum et corporum, et te exſpectant qvi decubuerunt, et ſpem tuam vivificantem reſpiciunt. Suſcita illos, Domine, in die illo noviſſimo: tranqvillusqve ſit erga illos vultus tuus: et dimitte per miſericordiam tuam delicta et defectus eorum: qvia eorum qvi ſuper terram fuerunt nullus reperitur mundus à ſordibus peccati, niſi Dominus Deus et Salvator noſter Jeſus Chriſtus unigenitus Filius tuus; per qvem nos etiam miſericordiam conſeqvi ſperamus, et remiſſionem peccatorum qvæ propter eum eſt, et nobis et ipſis.

Populus. Qvietem præſta.

Sacerdos. Parce, et dele, Domine Deus, peccata et maculas noſtras, et illorum, qvæcumqve male et iniqve à nobis et ab illis commiſſa ſunt: concede nobis puritatem et ſanctitatem, ſtatumqve vitæ inculpatum, et fiduciam perfectam coram te, absqve lapſu in peccatum: ut ſemper glorificetur, laudetur, et honoretur nomen tuum præclarum et benedictum: ſimulqve Domini noſtri Jeſu Chriſti et Spiritus tui ſancti. *Popu-*

Populus. Sicut.
Sacerdos. Pax.
Populus. Et cum ſpiritu tuo.
Sacerdos. Miſericordiæ.
Sacerdos frangit hoſtiam & ſignat.
Diaconus. Iterum atqve iterum.

Sacerdos dicit Orationem ante Pater noſter.

TU qvi orationes ſuſcipis, & reſpondes petitionibus, Deus Pater: qvi per Filium tuum dilectum docuiſti nos, ut coram te ſtaremus, & cum puritate & ſanctitate te oraremus. Tu, Domine Deus, concede nobis, ut cum puritate animæ, mentis abſterſione, & caſtimonia, clamemus ad te, oremus & dicamus: Pater noſter qvi es in cœlis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. Salva, Domine Deus, animas ſervorum tuorum à tentationibus aſperis, & ab omni machinatione Dæmonum, hominumqve improborum, & implacabilium, qvia tu potens omnium es: & tibi gloriam referimus, &c. *Populus.* Amen.

Sacerdos. Pax.
Sacerdos. Et cum ſpiritu tuo.
Diaconus. Inclinate capita veſtra.

Sacerdos. Et illis qvi coram te inclinati ſunt, Domine, benedic per gratiam tuam, & miſerationes tuas multas: & fac illos dignos myſteriis tuis vivificantibus, & participatione

ſocietatis cum congregatione ſanctorum tuorum, ut referant tibi laudem, &c.

Sacerdos. Pax vobis omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Sit.

Diaconus. Stemus decenter.

Sacerdos elevans myſteria, dicit: Sancta ſanctis.

Populus. Unus Pater ſanctus, &c.

Sacerdos dicit Orationem poſt Communionem.

QVid retribuemus bonitati tuæ, Deus noſter benigne, pro ſalute iſta qvam dediſti nobis? Gloriam debitam offerre qvis poſſit etiam imperfectè? Qvantum igitur poſſibile eſt, adoramus, glorificamus, & laudamus te, unigenitumqve Filium tuum, & Spiritum tuum vivum & ſanctum.

Populus. Amen. *Sacerdos*. Pax

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Te Chriſte Deus noſter, adoramus laudamus & glorificamus, deprecantés bonitatem & miſericordiam tuam, pro liberatione & ſalute totius mundi: pro cuſtodia viventium, & qviete defunctorum fidelium: pro ſaturitate eſurientium, & alimento neceſſitatem patientium: pro viſitatione infirmorum, & conſolatione omnium afflictorum. Tu igitur per gratiam tuam viſita, & vivifica per miſerationes tuas multas, & benedic populum tuum: cuſtodiqve hæreditatem tuam, per crucem tuam victricem: qvia tibi debetur adoratio, & Patri tuo, & Spiritui vivo, nunc & ſemper.

LITUR-

LITURGIA
S. MATTHÆI APOSTOLI
qva Æthiopes utuntur.

In nomine Patris, † *& Filii*, † *& Spiritus ſancti*, † *Amen*.

Chorus incipit: Alleluja.

EGo autem, in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam.

Adorado ad templum ſanctum tuum, in timore tuo.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, qvoniam exaudiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum.

Sacerdotes tui induantur juſtitiam, & ſancti tui exultatione exultent.

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; & lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Amplius lava me ad iniqvitate mea, & à peccato meo munda me.

Et ab alienis parce ſervo tuo.

Panem cœli dedit eis.

Panem Angelorum manducavit homo.

Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis.

Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qvi tribulant me.

Impinguaſti oleo caput meum, & calix meus inebrians qvam præclarus eſt?

Calicem ſalutaris accipiam; & nomen Domini invocabo.

Benedictus, qvi venit in nomine Domini; benediximus vobis de domo Domini.

Salve mater noſtra Eccleſia ſancta, munita pariete; ornata topazio. Mater noſtra Eccleſia, ſalve.

Tu es vas illud puri auri, in qvo erat Manna abſconditum; & tu es Tabernaculum panis, deſcendens de cœlo, præbens omnibus vitam in ſeculum.

IN NOMINE PATRIS, † ET FILII, † & Spiritus ſancti, † Amen.

Ante omnia, Sacerdos dicit orationes ſequentes, pro Eccleſia, & altari & indumentis eorum.

Domine Deus noſter, Tu es ſolus Sanctus, qvi omnibus tuâ occultâ virtute ſanctificationem dediſti. Sic te Domine ſupplices exoramus, aut hanc Eccleſiam, & ſuper hoc altare, & ſuper omnia ad ſacra myſteria præparata, Spiritum ſanctum mittere digneris; & iterum benedic, † ſanctifica, & ab omni macula & pollutione, munda ea; & nihil incredulitatis & immundi in eis remaneat. Fac huic Eccleſiæ & altari, res mundas & electas, ſicut argentum igne examinatum, probatum, & purgatum ſeptuplum. Perfice ut ſuper ea ſit myſterium Patris,

Patris, Filii, & Spiritus ſancti nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Finita oratione veſtitur altare, & præparantur omnia ad Sacrificium, & ſequitur.

Domine, Domine Deus, ſcrutator cordis omnium, qvi manifeſtas abſcondita; ad omnia, & ſingula cognoſcis: tu es Sanctus, qvieſcens ſuper ſanctos. Tu ſolus ſine peccato: potens delere peccata. Tu ſcis Domine, qvod huic myſterio ſancto qvod ex te procedit, immundus ſum: non eſt mihi facies appropinqvandi; neqve os, laudem tuam ſanctam aperiendi, & gratias agendi. Sed ſolum propter multitudinem miſerationum tuarum parce mihi Domine, qvia peccator ſum: præſta, & concede mihi Domine (ſi in hanc horam miſericordiam inveniam) & mitte de ſurſum Domine fortitudinem tuam, ut tua ſancta Myſteria dignus efficiar conſummare, propter voluntatem & lætitiam cordis tui. Fiat incenſum & oblatio iſta, bonus odor in conſpectu tuo, & tu, Domine noſter & Salvator noſter Jeſu Chriſte, ſis nobiſcum; & benedic nos. Tu es ille qvi delet peccata noſtra, & illuminator animæ noſtræ, vita, potentia noſtra, & introitus noſter; tibi agimus gratias usqve ad ſedem tuam, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio ſuper Patenam.

Domine Deus noſter Jeſu Chriſte, qvi ſu-

per lignum ſanctæ Crucis manus tuas extendiſti, ſic ſuper iſtam patinam extende, qva tuum ſacrum corpus miniſtratur: benedic † nunc; ſanctifica & munda eam, ut corpus tuum ſanctum in ea perficiatur, in hac Eccleſia ſancta & Apoſtolica: qvoniam tibi gloria, & Patri tuo cœleſti, cum Spiritu S. vitali; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio ſuper Calicem.

Domine Deus noſter Jeſu Chriſte ἀληθῶς, qvi vere Deus, & homo factus es, & nunqvam à tua Divinitate ſeparatus fuiſti, & ſanguinem tuum pretioſum propter fragilem creaturam tuam voluntarie effudiſti: fac nunc, ut manus tuæ ſint ſuper hunc Calicem. † Benedic † ſanctifica, † & purifica eum, ut in eo ſanguis tuus ſanctus conſecretur, in hac Eccleſia tua Apoſtolica; tibi gloria, cum optimo Patre tuo, & Spiritu S. nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Benedictio puritas † & dulcedo omnibus ſanguinem tuum precioſum ſumentibus; ἀληθῶς, vere: Amen.

Oratio ſuper Cochlear per quod Lancea Crucis ſignificatur.

Domine Deus noſter; qvi Eſaiæ Prophetæ famulo tuo ut cerneret Seraphim, carbonem ignitum, de ſacrificio, forcipe ſuſcipientem, & labia ejus mundantem, concedere dignatus

gnatus es: ſic Pater omnipotens Dominus noſter, & Deus noſter, continens omnia; concede ut manus tuæ ſint ſuper hanc lanceam, ut Corpus & Sanguinem precioſum Filii tui unici Domini noſtri & Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, digne miniſtrare poſſit. Benedic nunc † ſanctifica, † & purifica † eam; da ei virtutem & gloriam, ſicut forcipi illi: tibi gloria cum Filio tuo unico, cum Spiritu ſancto; nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Virtus † benedictio, † ſanctificatio ſanctæ Trinitatis, in hanc Eccleſiam ſancti. N. de Sceva *: tibi gloria cum Filio tuo & Spiritu S. nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio ſuper Arculam in qua ponitur Hoſtia pro Sacrificio.

Domine Deus noſter, qvi in monte Sinai, Moyſi ſervo & Prophetæ tuo præcepiſti ut electa congregaret qvorum uſus erat in miniſterio Altaris, Arcæ, & ſanctuarii in Tabernaculo tuo: nunc Domine Deus noſter omnipotens, præſta ut manus tuæ ſint ſuper hanc Arculam; & imple eam virtute, fortitudine & puritate & gratia Spiritus S. ad gloriam tuam, ut in ea perficiatur Corpus unici Domini noſtri Dei noſtri & ſalvatoris Jeſu Chriſti, in hac ſancta Eccleſia Apoſtolica: tibi gloria & Filio tuo unico, & Spiritui S. nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen.

* Saba.

† Sanctificationem acceptabilem, remiſſionem peccatorum concedat nobis Deus Pater, cui laus, & honor, nunc; & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Quando Sacerdos Offert hoſtiam, ſuper altare, dicit Orationem ſeqventem.

Domine Deus noſter, qvi ſuſcepiſti ſacrificium Abel in deſerto, & Noë in ara, & Abrahæ in ſummitate montis, & Heliæ in monte Carmeli, & David in area Orna Jabiſei, & oblationem pauperculæ viduæ in templo ſancto; ſic oblationem meam & omnium famulorum famularumqve tuarum offerentium in nomine ſancto tuo, ſuſcipe; ut pro meis & eorum peccatis ſit redemptio: & ſicut nos offerimus, ita mercedem nobis retribue in præſenti ſæculo, & in futuro & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio, quando ponitur vinum & aqua in Calice, à Diacono.

Vere Chriſte, Deus noſter, & Domine noſter qvia ad nuptias in Cana Galileæ vocatus fuiſti, & eas benedixiſti, & de aqva vinum feciſti; ſimiliter fac, & † benedic, † ſanctifica, & † purifica hoc vinum in conſpectu tuo; & fiat exultatio & vita, animæ & corpori noſtro, & in omni tempore nobiſcum permaneant Pater, Filius & Spiritus ſanctus: qvia non habemus alios Deos præter te Domine. Imple igitur nos vino exultationis, ſalutis, & lætitiæ,

vitæ,

vitæ, intellectus, & conſilii Spiritus ſancti, in ſæcula ſæculorum, Amen. † Benedictus Dominus Deus Pater omnipotens. † Benedictus filius unigenitus Jeſus Chriſtus, qvi natus eſt de Maria virgine: † Benedictus Spiritus paracletus, Deus noſter, qvibus Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, vera fortitudo in ſæcula ſæculorum, Amen.

Poſtea replicat ſuper Calicem, Orationem.

Domine Deus noſter qvi ſuſcepit, &c. *ut ſupra, in offerendo Hoſtiam. Dicit Sacerdos cantando, & extendendo palmas ſurſum; ita tamen quod caput non excedant*: Unus Pater Sanctus, unus Filius Sanctus, & unus Spiritus ſanctus.

Populus reſpondet: Amen.

Sacerdos, cantando dicit: Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi, qvoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Dicit Diaconus: Surgite ad orationem.
Populus: Domine miſerere noſtri.
Sacerdos: Pax vobis.
Populus: Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos, in gratiarum actionem, dicit Orationem ſequentem.

Gratias agamus Benefactori noſtro Domino miſericordi, Patri Domini Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, qvia protexit

nos, auxiliatus eſt nobis, cuſtodivit, & commendatos nos ſibi reddidit, attraxit, amplexus eſt, confirmavit, & pervenire nos fecit ad hanc horam: rogemusqve ipſum, ut etiam cuſtodiat nos in hac die ſancta, in omni tempore vitæ noſtræ, & in omni pace, omnipotens Deus noſter.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem ſequitur: Domine, ô Domine Pater bone, & omnipotens: Pater Domini Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti: laudamus te, ſuper omne opus, pro omni opere, & in omni opere: qvia protexiſti nos, auxiliatus es nobis, cuſtodiſti nos, & commendatos tibi nos reddidiſti: attraxiſti & amplexus es, confirmaſti & pervenire feciſti usqve ad hanc horam: petimus qvoqve & qvæſumus à bonitate tua: ô amator generis humani!

Diaconus dicit: Petite & rogate ut parcat nobis Dominus & miſereatur noſtri, & ſuſcipiat orationem qvæ pro nobis fit à ſanctis ſuis: & faciat nos dignos, ut qvam præſtat accipiamus: & ſumamus de participatione & Sacramento ſuo benedicto, ut dimittantur nobis peccata noſtra.

Sacerdos ſubſequitur: Ut perducamus hunc diem Sanctum in omni tempore vitæ noſtræ, in omni pace, cum timore tuo, Omnem invidiam, & omnem tentationem, & omne opus ſatanæ: conſilium hominum malorum, inſultationes inimici abſconditas & manifeſtas, elon-

elonga & expelle à me & ab univerſo populo tuo, & ab hoc loco ſancto tuo. Omnia bona, qvicqvid utiqve præſtat & juvat, impetra eis per nos, qvia tu es qvi dediſti nobis poteſtatem ut calcaremus ſerpentem & ſcorpionem & omnem vim inimici: ne inducas nos Domine in tentationem, ſed redime & libera nos ab omni malo: per gratiam & miſericordiam & amorem erga humanum genus, Filii tui unici Domine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, cum qvo, tibi una cum ſancto Spiritu, & gloria, & poteſtas, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pro offerentibus munera. Sacerdos

Iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini, Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti: pro iis qvi obtulerunt munera ſanctæ, unicæ, qvæ eſt ſuper omnes, Eccleſiæ, ſacrificium ſcilicet primarum decimarum gratiarum actionis ſignum & monimentum: ſeu autem qvis multum obtulerit, ſeu parum, ſeu ſecreto, ſeu palam, ſeu volens & non habens, omnium amplectatur voluntatem qvi cœleſtem Spiritum donat, & in qvo omnium bonorum operum eſt poteſtas, Dominus Deus noſter.

Diaconus dicit: Orate pro iis qui tulerunt munera.

Sacerdos: Domine Deus omnipotens, rogamus te & qvæſumus pro iis qvi obtulerunt dona

dona ſanctæ, unicæ, quæ ſuper omnes eſt, Ecclesiæ; ſeu multum obtulerint ſeu parum, ſive ſecreto ſive palam, ſive volentes & non habentes; omnium voluntatem acceptans, da unicuiqve eorum, pro præmio, benedictionem, per unicum Filium tuum, cum qvo tibi & ſancto Spiritui eſt gloria & poteſtas; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio oblationis ſacra. O Princeps noſter Jeſu Chriſte, cujus ſubſtantia creata non eſt, ſed es purum Verbum; tu es Filius Patris & Spiritus ſancti. Tu es panis vitæ deſcendens de cælo; qvi anteqvam venires, eras in figura agni immaculati pro redemptione mundi: nunc bonitatem tuam ſuper hunc panem et calicem, in hoc altare portatile oſtendas. † Benedic † ſanctifica † munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam; & vinum hoc, in ſanguinem tuum precioſum: Fiat ſacrificium ardens & acceptabile, medela & ſalus animæ & corpori noſtro; qvia tu es Rex noſter & Chriſtus Deus noſter, omni laude, reverentiâ, & gloriâ tibi gratias agimus; cum Patre tuo cæleſti, Spiritu S. vitali, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Diaconus: Flectite genua.

Populus: Ante te Domine flectimus, & te laudamus.

Coadiutor Sacerdotis dicit, quod ſequitur.

Domine, Domine, Fili unice Jeſu Chriſte, Verbum Dei Patris; qvi nobis per tuam

ſalutiferam & vitalem paſſionem, peccatorum noſtrorum vincula omnia disrupiſti; qvi in diſcipulorum ſanctorum, immaculatorum miniſtrorum tuorum faciem inſufflaſti, dicendo: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Præſta Domine, ſicut eis hoc officium Sacerdotale, Eccleſia ſancta tua, cum poteſtate ligandi & abſolvendi in omni tempore peccata & vincula iniqvitatum noſtrarum, tribuiſti: ita bonitatem & clementiam tuam imploramus, o amator hominum; ut abſolvas nos ſervos tuos, & parentes, fratres, ſorores, & amicos noſtros, & me peccatorem, & omnes capita ſua inclinantes ante conſpectum tuum in hoc ſacrificio ſancto tuo: dirige nos Domine in viam miſericordiæ tuæ; diſrumpe & frange omnia vincula peccatorum noſtrorum.

O Domine, ſi ſcienter, aut ignoranter, aut malitia cordis, levitate ſpiritus, aut inclinatione & macula carnis; factis, verbis, & temporibus peccavimus tibi: parce Domine, qvia ſcis fragilitatem noſtram. O optime Domine & univerſi amator hominum; concede nobis remiſſionem peccatorum noſtrorum. † Benedic, & † ſanctifica † mundifica & odorifica, & fac nos liberos & abſolutos. Abſolve Pontifices, Principes, & Reges noſtros: Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, & miniſtros noſtros, & populum tuum, parentes-

rentes, et fratres noſtros. Memento Domine, dormientium Principum, Pontificum, Regum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, et Miniſtrorum tuorum, parentum noſtrorum, et omnium in recta fide quieſcentium; et imple nos timore nominis tui, et dirige nos facere voluntatem tuam. Sit tibi gloria, et honor, qvia tu ſolus eis dignus es, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Servi tui hodie miniſtrantes, Sacerdos, Diaconus, et omnes miniſtri; populus, et ego pauper ſervus tuus et peccator, abſolvamur per os Trinitatis ſanctæ, Patris, Filii et Spiritus S. et B. Mariæ cœli ſecundi, matris Dei: per os Michaelis, Gabrielis, et omnium Archangelorum, et nonaginta novem ordinum Angelorum, et mille millium miniſtrantium, et qvorum nomina numerare neſcimus; et qvatuor animalium, et viginti qvatuor Seniorum, et primorum ſanctorum Patrum; et qvindecim Prophetarum, et duodecim eorum filiorum; et per os duodecim Apoſtolorum, et S. Jacobi Epiſcopi Hieroſolymitani, et S. Pauli, Timothei, Syllæ, Barnabæ, Titi, Philemonis, Clementis, et omnium Septuaginta duorum diſcipulorum, et qvingentorum ſuorum ſociorum: et per os ſancti Marci Divinitatem clamantis, et aliorum Evangeliſtarum; et per os trecentorum et decem et octo Epiſcoporum, qvi pro recta fide in ſynodo Nicena congregati

ti fuerunt, & centum qvinqvaginta in Conſtantinopolitana, & ducentorum in Synodo Epheſina; & per ós Pontificis noſtri Saviros, Joannis Chryſoſtomi oris aurei, Cyrilli, Baſilii, Theophili, Athanaſii, Gregorii, & Pontificum noſtrorum Matthæi, Gabrielis, Joannis, Salamæ, Bartholomæi, Iſaac, Marci; & per os Eccleſiæ unicæ qvæ congregata fuit per Apoſtolos ſanctos; & per me peccatorem abſolvamini, & impleamini gratia ad gloriam & honorem, Patris, Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

Hic, Sacerdos declarat Epacta, Aureum numerum, mobilia & immobilia Feſta, indulgentias, & omnes ritus & ceremonias à principio usqve ad finem, & in vivorum & defunctorum memoriam effundit incenſum, & proſequitur hanc orationem ponendo ter incenſum in thuribulo dicens : † Benedictus Pater omnipotens: † Benedictus Filius unicus Jeſus Chriſtus: † Benedictus Spiritus paracletus, qvibus nunc, & ſemper honor, & gloria, Amen.

Deinde circumcirca altare incenſando, dicit:

Alleluja Patris; Alleluja Filio; Alleluja Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

† O Deus in æternum; tu es ante & poſt, qui cares principio & fine, magnus in providentiâ, potens in opere, & prudens in conſilio, qvæ omnia in omnibus demonſtrantur: oramus, & ſupplices te rogamus Domine; ut in hac die nobiſcum maneas, & faciem tuam ſuper nos oſten-

oſtendas: nobiſcum habita, dele peccata & iniqvitates noſtras qvæ voluntarie & involuntarie, ſcienter & ignoranter fecimus; munda cor noſtrum, & ſanctifica animam noſtram. Permitte nos tibi appropinqvare: Oblatio, & gratiarum ſacrificium, incenſum ſpirituale, intret & aſcendat in conſpectu ſanctitatis tuæ.

Cum incenſat altare, dicit Orationem.

Memento Domine, unicæ Eccleſiæ tuæ Sanctæ Apoſtolicæ, & congregationis tuæ, qvam poſſediſti ab initio. Memento Domine Principis noſtri. N. & Antiſtitum patrum noſtrorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & omnium Apoſtolicæ fidei cultorum. Memento Domine, Regis noſtri. N. & omnium Regum Chriſtianorum, parentum, famulorum famularumqve tuarum, fratrum & ſororum omnium fidelium dormientium, & in ſigno rectæ fidei qvieſcentium. Memento Domine, congregationum noſtrarum & benedic eis.

Diaconus dicit: Surgite in orationem.

Sacerdos. Pax vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos, magna voce ſequitur ter: Adoramus Patrem, Filium, & Spiritum S. trinum & unum.

Populi replicant idem, ter.

Sacer-

Sacerdos ſequitur : Pax tibi ſancta Eccleſia, habitatio pacis. Salve virgo Maria Dei genitrix, tu es thuribulum aureum, qvæ carbonem ignitum portaſti. Benedictus qvi eum de Sanctuario recipit, qvia vere Verbum Dei ipſe eſt, qvi peccata remittit et culpam delet, et ex te homo factus eſt, et Patri ſe ipſum verum incenſum et precioſum ſacrificium obtulit. Adoramus te Chriſte cum Patre tuo optimo et miſericorde, et Spiritu tuo vitali; qvia tu veniſti, et liberaſti nos.

Populus repetit idem.

Poſtea Coadjutor Sacerdotis, ſequitur Orationem.

Domine intelligentiæ, et annunciator ſapientiæ, qvæ prius nobis abſcondita erat, eam manifeſtaſti, Domine largitor verbi exultationis et lætitiæ, prædicantibus magnificentiam virtutis tuæ. Tu es, qvi Paulum multitudine bonitatis tuæ vocaſti, qvi prius erat perſecutor Eccleſiæ, et conſtituiſti eum vas electionis regni tui, et Evangelii Apoſtolum et prædicatorem elegiſti, et concionatorem Regni tui.

O Chriſte Deus noſter, tu es optimus amator hominum: concede nobis (qvæſumus) ſapientiam, intelligentiam, ſcientiam, et intellectum; qvæ ſemper nobiſcum permaneant: ut ſapiamus, intelligamus, ſciamus, et perſpiciamus Scripturam ſanctitatis tuæ, qvæ in conſpectu tuo legitur. Sicut dona dediſti

Paule,

Paulo, et dignum tanta gratia eum feciſti: ita nos (qvæſumus) qvoqve dignos fac, caput vitæ, ut eum imitemur, et in viam ejus ambulemus, et ejus veſtigia ſeqvamur, et nomen tuum ſanctum laudemus; et in cruce tua in omni tempore gloriemur; ſicut et ipſe ſemper gloriatus fuit. Tibi virtus, regnum, triumphus, magnificentia, honor, et gloria, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Diaconus antequam legatur Epiſtola, dicit

Omnes qvi non amant Dominum noſtrum, et in nativitatem ſuam [illegible] credunt, et in S. Mariam Virginem, Anathema ſint usqve ad Adventum ejus.

Deinde legitur Epiſtola Pauli, quæ occurrit; & quæ libet ſecundum diem occurrentem; Lecta Epiſtola, dicit Diaconus.

Gloria Patris, amor Filii, et donum Spiritus S. qvæ deſcenderunt ſuper Apoſtolos benedictos, et mundos, in Sion loco ſancto, duplicentur ſuper nos Chriſtianos in ſæcula ſæculorum, Amen.

Populus.

O bone miniſter, S. Paule ſanator infirmorum, qvi coronam recepiſti; ora et intercede pro nobis, ut liberetur anima noſtra propter multitudinem miſerationum Jeſu Chriſti, et ſancti nominis ſui.

Dicit Diaconus: Surgite ad orationem.

Populus: Domine miſerere noſtri.

Sacer-

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos ſequitur Orationem ſignatam ſub ſigno ‡ ut ſupra incipientem, O Deus in æternum tu es, &c. *Miniſter ſive Subdiaconus ante Epiſtolam dicit;* *De Epiſtola Petri ſive alterius Apoſtoli:* Diſcipulus & Apoſtolus Domini & Salvatoris noſtri Jeſu, Chriſti: cujus oratio & benedictio ſit ſuper nos ſemper, Amen.

Poſtea magna voce dicit Epiſtolam.

Finita & lecta Epiſtolâ Diaconus ſequitur.

Fratres mei nolite diligere mundum, neqve ea qvæ ſunt in mundo, qvoniam omne qvod eſt in mundo, concupiſcentia eſt carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, qvæ non ex Patre ſed ex mundo eſt; & mundus tranſit, & concupiſcentia ejus: qvi autem facit voluntatem Ejus manet in æternum.

Dicunt Populi: Sanctus Trinus & Unus in ſubſtantia tua; cuſtodi congregationem noſtram, propter ſanctos Electos tuos & Diſcipulos tuos: conſolare nos per miſericordiam tuam, & propter nomen ſanctum tuum.

Dicit Diaconus: Surgite in orationem.

Populus: Domine miſerere nobis.

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos: Domine Dominus noſter, & Deus noſter, tu es qvi Apoſtolis tuis ſanctis myſterium gloriæ Chriſti tui manifeſtaſtis, & ma-

gna et innumerabilia dona eis tribuiſti; divitias et ſecreta miſericordiæ tuæ, eos ad prædicandum miſiſti. Propitius eſto (Domine) et concedere dignare, facere nos participes et conſortes hæreditatis eorum, et ambulare et ſeqvi veſtigia eorum. Præſta (qvæſumus) ut in omni tempore eis ſimiles ſimus, et in eorum amore fortificemur, et eorum labores participemus. Cuſtodi Domine Eccleſiam Chriſtianam ſanctam; in bona adoratione qvæ ædificata et fundata fuit per Apoſtolos ſanctos.

Sacerdos ſequitur erga populum:

† Benedic Gregi, et Agnis tuis: multiplica Domine hanc uvarum vitem, qvam per manus tuas ſanctas, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, plantaſti; cui, et tibi, et Spiritui S. gloria et potentia; et nunc, et ſemper, et in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic Sacerdos ponit incenſum in thuribulo, dicens:

Domine Deus noſter, qvi ſacrificium Abrahæ patris noſtri ſuſcepiſti, et pro vice et ſalvatione Iſaac Filii ejus, agnum deſcendere feciſti: ſic Domine, odorem iſtius incenſi ſuſcipe; et ſicut Sacrificium illius agni recepiſti, ita Domine mitte divitias gratiæ et miſericordiæ tuæ. Fac nos puros et mundos ab omnibus malis odoribus peccatorum, et tuæ virtutis et majeſtatis dignos in laude mundiſſiæ tuæ. O amator hominum, fac nos juſtos

fine

ſine macula, cum lætitia omnibus diebus vitæ noſtræ.

Sequitur. Memento Domine unicæ Eccleſiæ tuæ ſanctæ, qvæ de ſine usqve ad ſinem, in toto urbe terrarum, in Apoſtolis tuis congregata fuit. Lætare Domina, qvia ſalutem ſanctam deprecamur! ô Virgo Mater Dei et Chriſti, in omni tempore effer ſurſum et in altum orationem noſtram, apud electos Filii tui, ut remittantur peccata noſtra. Lætare Domina, qvia peperiſti nobis Lumen verum, Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Ora pro nobis apud eum, ut miſereatur animæ noſtræ, ora pro nobis in conſpectu throni Filii Jeſu Chriſti! lætare immaculata, vere Regina! Lætare gloria noſtrorum Parentum, qvia peperiſti nobis Emánuëlem! ô vere mediatrix ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, te ſupplices exoramus, ut memor ſis noſtri! ora pro nobis ut deleantur iniqvitates noſtræ.

Coadjutor Sacerdos, antequam legantur Acta Apoſtolorum; Hoc eſt opus et dicta noſtrorum Patrum, Apoſtolorum ſanctorum, et immaculatorum. Gratia Spiritus ſancti, et miſericordia duplicetur ſuper nos, et omnes Chriſtianos, Amen.

Poſtea legitur ex Actis Apoſtolorum, ſecundum diem occurrentem. Finita lectione ſequitur.

Verba Domini magna, multiplicata in Eccleſia ſancta, populus credentes in Dominum

num Jeſum Chriſtum multiplicaverunt, cui gloria in ſæcula ſæculorum.

Populus reſpondet: Amen.

Poſtea ſequitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Pater omnipotens: Sanctus, Sanctus, Sanctus unicus Jeſus Chriſtus Filius, Verbum Patris! Sanctus, Sanctus, Sanctus, Spiritus S. ſciens omnia.

Dicit Diaconus: Surgite in orationem.

Populus. Domine miſerere nobis.

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos: Domine Deus noſter Jeſu Chriſte, qvi dixiſti diſcipulis tuis Sanctis & electis; multi Prophetæ & juſti deſideraverunt videre qvæ vos videtis, & audire qvæ auditis, & non viderunt neqve audierunt; ſed beati oculi veſtri & aures veſtræ, videntes & audientes: ſic nos fac dignos audire & facere verba Evangelii tui ſancti, per orationes & preces Sanctorum tuorum.

Diaconus dicit: Orate.

Sequitur Sacerdos: Memento iterum Domine verborum tuorum, pro illis qvi ſe orationibus noſtris commendaverunt; qvando oramus ad te, Domine Deus noſter memento dormientium, & in recta fide qvieſcentium; & concede infirmis ſanitatem, qvia tu es vita, ſpes, liberator, & reſurrectio omnium; tibi gratias referimus in æternum, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Diaco-

Diaconus accipiens Crucem, dicit:

Orate ut digni efficiamini audire Evangelium.

Poſtea cantus: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo; in Domino laudabitur anima mea, etc.

Sacerdos, idem dicit. Populus, ter idem dicit; Et in ultimo verſu ſemper dicitur, Alleluja.

Diaconus circuit Eccleſiam exclamando: Surgite; audite Evangelium ſanctum et bonam annunciationem Domini noſtri et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Poſtea: Coadjutor accipit thuribulum & porrigit Sacerdoti, qui ter incenſat, accipiendo Evangelium erga populum, & dicit:

Magnus Deus benedic † nos, & populum Chriſtianum; et fac introitum noſtrum in Eccleſia tua ſancta, una cum Angelis ſanctis, qui ſerviunt Deo, et laudant eum omni tempore, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Sacerdos annunciat Evangelium, ſic cantando.

Sanctum Evangelium, quod annunciavit Matthæus: vel Marcus, vel Lucas, vel Joannes.

Miniſtri accendunt lumina; & præparant alia neceſſaria, & dicunt:

Gloria Chriſto, et Domino noſtro, et Deo noſtro ſemper! Exultate in Domino, qui auxiliatur nobis; et pſallite Deo Jacob; accipite pſalterium in cithara, etc.

Sacerdos alta voce legit Evangelium diei. Diaconus, finito Evangelio, dicit.

Exite foras, qvi non vultis accipere Sacramentum, ſive Euchariſtiam: Ite Catechumeni,

Miniſtri dicunt: Et illi, Cherubim & Seraphim reddant gloriam, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & Sanctus omnipotens, pleni ſunt cœli & terra, gloriæ & ſanctitatis tuæ. Adoramus te Chriſte, cum Patre tuo optimo, & miſericorde, & Spiritu S. vitali: tu veniſti & liberaſti nos,

Diaconus dicit: Surgite in orationem.

Populus. Domine miſerere noſtri.

Sacerdos. Pax vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus dicit: Surgite ad orationem.

Sacerdos dicit: Pax omnibus vobis. Et iterum: rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, rogamus & petimus à bonitate tua, ô amator hominum: recordare Domine, pacis Eccleſiæ ſanctæ in unum per Apoſtolos congregatæ,

Diaconus dicit: Orate pro hac Eccleſia ſancta, in unum per Apoſtolos congregata, recta in Domino.

Populus dicit: Domine Deus noſter, da nobis pacem: Domine Deus noſter da nobis pacem: Chriſte rex noſter, miſerere nobis.

Sacer-

Sacerdos dicit,

Eam qvæ fuit à principio, & erit usqve in finem ſæculi; omnes populos, & omnes greges benedic. Pacem de cœlo mitte ſuper omnes animas noſtras; Pacem vitæ noſtræ da nobis per ipſam Eccleſiam. Da Domine pacem Regni noſtro Claudio, & Principibus ejus, ac judicibus ejus & ſubditis ejus, & circa nos congregatis, tam extra quam intra Eccleſiam. Orna eos omni genere pacis. Rex pacis: pacem da nobis, qvoniam omnia dediſti nobis. Conſerva nos, Domine; qvoniam præter te neminem cognoſcimus: nomen ſanctum tuum nominamus & invocamus, ut vivat anima noſtra in Spiritu S. nec invaleſcat mors peccati, ſuper nos ſervos tuos & ſuper omnem populum tuum.

Pro Pontificibus.

Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Rogamus & petimus à bonitate tua; ô amator hominum: Recordare Domine Patris noſtri venerandi Principis Archiepiſcoporum noſtrorum. N. ac ſancti & beati Antiſtitis noſtri. N.

Diaconus dicit,

Orate pro Principe noſtro, Principe noſtrorum Archiepiſcoporum Domino Gabriele, & capite Epiſcoporum magnæ provinciæ Alexandrinæ; pro capite patriæ noſtræ, vene-

rando Archiepiſcopo noſtro Marco; ac omnibus Epiſcopis, Sacerdotibus, et Diaconis rectæ fidei.

Sacerdos dicit.

Cuſtodiendo cuſtodi eos nobis, multis annis et longo tempore in juſtitia et pace; ut perficiant conſecrationem, qvam tu commiſiſti dignitati Sacerdotali, ſecundum ſanctam ac beatam voluntatem tuam; ut judicent in juſtitia et rectitudine, et paſcant populos tuos in æqvitate. Cuſtodiendo cuſtodi etiam omnes Epiſcopos, Sacerdotes, et Diaconos rectæ fidei, et omnes conformes ſanctæ et unicæ Eccleſiæ qvæ eſt congregatio Apoſtolica: orationes vero qvas pro nobis et pro univerſis populis tuis faciunt, accepta in ſacrificium tuum altiſſimum in odore bono ſvavitatis: et omnes hoſtes et adverſarios eorum diſſipa, et confringe ſub pedibus eorum velociter. Ipſos vero cuſtodi nobis in juſtitia et pace, in Eccleſia ſancta tua.

Pro Congregatis, Sacerdos dicit.

Et iterum rogemus omnipotentem Deum, Patrem, Domini et Dei ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Qværimus et rogamus à bonitate tuo; ô amator hominum. Recordare Domine congregationis noſtræ, et benedic ei.

Diaconus dicit:

Orate pro hac Eccleſia ſancta, et noſtra congregatione qvæ in ea eſt.

Popu-

Populus dicit:

Benedic congregationi noſtræ, & cuſtodi eam in pace.

Diaconus dicit:

In ſapientia Domini, dicite & canite orationem fidei.

Populus dicit:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per qvem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundum Scripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum & vivificantem, qvi ex Patre Filioqve procedit: qvi cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur. Qvi locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſ-

remiſſionem peccatorum: & expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi Amen.

Sacerdos dicit.

Fac eos ut ſint tibi ſine diviſione, & ſine pigritia faciant voluntatem tuam ſanctam & beatam. Fac eos domum orationis, domum puritatis, domum abundantiæ & gratiæ, gratificare Domine nobis ſervis tuis, et poſt nos venturis in ſæculum. Exurge Domine Deus noſter, et diſſipentur inimici tui, et fugiant ante faciem tuam omnes qvi oderunt ſanctum et benedictum nomen tuum: populi autem tui ſint benedicti millies millibus; et iterum millies millibus benedictionum; faciantqve omnem voluntatem tuam, per gratiam, benignitatem, ac amorem homines Filii tui unigeniti Domini Dei et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; cui, et tibi, ac Spiritui S. ſit gloria et potentia, nunc et ſemper, et in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio pro pace perfecta. Sacerdos.

Magnus et æternus Dominus plaſmavit hominem immaculatum, incorruptibilem. Mors autem ingreſſa eſt a principio in mundum ob invidiam diaboli. Tu Domine eripuiſti vim ejus per adventum unigeniti Filii tui Domini Dei et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: et impleviſti totam terram pace tua; propterea cœleſtes legiones laudant te, dicentes;

gloria

gloria Domino in cœlis; et pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

Diaconus dicit.

Orate pro pace perfecta et amabili ac ſalutifera et Apoſtolica: ſalutate vos invicem. Qvi communicare non vultis, diſcedite: qvi autem vultis communicare, amplectimini invicem in plenitudine cordis. Qvi communicat; cuſtodiat ſe à malo.

Sacerdos dicit.

O Domine; ex beneplacito tuo imple corda noſtra pace tua, et munda nos ab omni mala cogitatione, et immunditia et ab omni memoria injuriarum, et ab omni invidia, et recordatione malorum, qvæ mortem inferunt. O Domine fac nos omnes dignos ut ſalutemus ad invicem ſalutatione ſancta & immaculata, et recipiamus ſine judicio et ſine morte donum tuum cœleſte; hoc eſt, gratiam tuam cum Spiritu S.

71. *Populus dicit.*

Chriſte Deus noſter, fac nos dignos ſalutandi te ſalutatione cœleſti, ac laudandi te una cum Cherubim et Seraphim, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus omnipotens; pleni ſunt cœli et terra, ſanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos dicit.

Dominus vobiſcum; Sanctus inter Sanctos, Sanctus inter Sanctos, Sanctus inter Sanctos. Gratias agimus tibi Domine, per dilectum

ctum unigenitum Filium tuum Dominum Deum & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qvem in poſteriori tempore miſiſti nobis Filium tuum, Servatorem & redemptorem, Nuncium conſilii tui, qvi Verbum tuum eſt, & per qvem omnia feciſti ſecundum voluntatem tuam. *Diaconus dicit.*

Per beatum & ſanctum Patriarcham noſtrum. N. & per venerandum Antiſtitem noſtrum. N. qvi ſuis orationibus & precibus laudant te; per Stephanum Protomartyrem, Zachariam ſacerdotem; Joannem Baptiſtam, per omnes Sanctos martyres qvi in fide Jeſu Chriſti qvieverunt, per Matthæum, Marcum, Lucam & Joannem, Evangeliſtas, per Mariam Dei genitricem, per Simonem Petrum, Andream, Jacobum, Joannem, Philippum, Bartholomæum, Thomam, Matthæum, Thadæum, Nathanael, Jacobum Alfei, & Matthiam Apoſtolos, per Jacobum Apoſtolum fratrem Domini noſtri Epiſcopum Jeruſalem ſanctæ, per Paulum, Timotheum, Silam, Barnabam, Titum, Philemonam, Clementem & per Septuaginta duos diſcipulos, & qvingentos ſocios eorum; ac per trecentos decem & octo rectæ fidei Patres, viſita nos & fac nos participes orationum eorum omnium: & ſuper omnia recordare Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ in pace, precioſo ſanguine per Chriſtum ædificatæ: recordare etiam omnium Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum,

Sacer-

Sacerdotum, & Diaconorum; qvi dirigunt viam verbi qvod eſt in veritate.

Dicit Populus: Miſerere Domine, animarum ſervorum tuorum & ancillarum tuarum, qvi manducarunt carnem tuam & biberunt tuum ſanguinem, & in fide tua qvieverunt.

Oratio benedictionis. Sacerdos dicit.

O ſancta Trinitas, Pater, Fili & Spiritus S. benedic ſuper populum tuum Chriſtianum electum benedictione cœleſti; & mitte ſuper nos gratiam Spiritus S. Aperi nobis fores Eccleſiæ tuæ ſanctæ, propter miſericordiam tuam & fidem noſtram: perfice in nobis fidem Trinitatis uſqve ad extremum ſpiritum; ô Princeps noſter Jeſu Chriſte, viſita infirmum populum tuum, & ſana eum. Dirige patres noſtros & fratres noſtros peregrinantes; reduc eos ad lares ſuos, cum ſalute & pace; benedic ventos cœli, & pluvias, ac fructus terræ præſentis anni pro gratia tua: præbe ſemper gaudium & delicias ſuper faciem terræ & corrobora ſuper nos pacem tuam. Indue corda Regum proborum ad benefaciendum nobis: da gratioſe honorem principibus Eccleſiæ ſanctæ, ſingulis eorum juxta eorum nomen; in conſpectu Regum potentium, fac eos gratos: ô Domine, præbe reqviem animabus patrum & fratrum noſtrorum qvi in recta fide dormiunt & qvieſcunt: & benedic his qvi laborant circa thura, circa ſacrificia, circa vinum, circa oleum,

oleum, ac butyrum, & circa cortinas, & circa etiam libros, & cathedras, circa res omnes ſanctæ Eccleſiæ, ut Jeſus Chriſtus Deus noſter remuneretur eos in cœleſti Jeruſalem. Miſerere omnium qvi nobiſcum congregati ſunt ad qværendum miſericordiam Dei noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus illis qvi nobis eleemoſynam tribuerunt, in ſede judicii tui mitis ſis & placidus. Libera Domine, ob multitudinem miſericordiæ tuæ, omnes animas inopes & afflictas; carceratos qvoqve ac captivos & exiles ac in ſervitutem adactos, & in amaris laboribus detentos. Recordare Domine noſter Jeſu Chriſte in regno cœlorum, omnium illorum qvi a nobis petierunt ut recordaremur eorum. O Domine libera populum tuum & benedic hæreditati tuæ, ac nutri eum & exalta usqve in ſæculum. Cuſtodi eos in recta fide & in gloria, omni tempore; & fac ut ferveant ineffabili & inexcogitabili charitate, per preces ac interceſſionem qvam pro nobis facit Domina noſtra ſancta & immaculata virgo Maria; & per preces majorum Angelorum ſplendentium, Michaëlis, & Gabrielis, ac Raphaëlis, & Urielis: & qvatuor animalium ſine carne, & viginti qvatuor Seniorum cœli; & Patrum noſtrorum ſanctorum Patriarcharum, Abraham, Iſaac, & Jacob, & omnium proborum Patrum priorum ac qvindecim Patrum noſtrorum Prophetarum ac ſancti Joannis Baptiſtæ, & qvatuordecim millium puerorum Beth-

Bethleem, & Patrum noſtrorum duodecim principum Apoſtolorum, & Septuaginta duorum diſcipulorum, & quingentorum ſociorum eorum; ac trium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Miſaël; ac ſancti Marci Evangeliſtæ & Martyris, & S. Stephani Archidiaconi Protomartyris, & S. Georgii ſtellæ honoris, Theodori, Banadlii, Claudii, Minas electi, Coſmæ & Damiani, & patrum noſtrorum principum Epiſcoporum trecentorum decem & octo qui fuerunt Niceæ, & centum quinquaginta qui fuerunt Conſtantinopoli, & ducentorum qui fuerunt Epheſi; & Tecla Aïmanot, quorum orationes & benedictiones & auxilium ac gratia ſit nobiſcum in ſæcula ſæculorum: Amen. Iſtorum & illorum omnium animabus reqviem tribue, & miſerere eorum; ob id enim miſiſti ex cœlo Filium tuum in uterum Virginis.

Diaconus dicit: Qvi ſedetis; ſurgite.

Sacerdos dicit. In qvo portatus, caro factus eſt, & notus per Spiritum S. in ejus nativitate.

Diaconus dicit, Aſpicite ad ortum.

Sacerdos dicit: Coram te aſſiſtant millia millium ſanctorum Angelorum, & principum eorum.

Diaconus dicit: Aſpiciamus.

Sacerdos dicit: Honorata quoqve animalia, ſex alas habentia, Seraphim & Cherubim qvi cum duabus alis ſuis faciem ſuam, & cum duabus

Q

bus pedes ſuos tegunt; cum duabus vero volant à fine mundi ad finem; ſicut ſemper te ſanctificant et laudant, ſic à nobis ſanctificationem noſtram recipias, qvi dicimus aſſidue: Sanctus.

Diaconus dicit: Dicite.

Populus dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabbaoth, perfecte pleni ſunt cœli et terra, ſanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos dicit: Vere pleni ſunt cœli et terra, ſanctitate gloriæ tuæ, per Dominum et Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, cum Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum; Amen. Sanctus Filius tuus venit ex Virgine ut voluntatem tuam adimpleret, et populum ſanctum tibi ordinaret.

Populus dicit: Secundum miſericordiam tuam Domine, nec ſecundum peccata noſtra.

Sacerdos dicit: Extendit manus ſuas ad infirmitatem; Infirmatus eſt infirmos ut ſanaret in ſe ſperantes. Qui etiam datus eſt per voluntatem ſuam infirmitati, ut mortem deſtrueret, et vincula diaboli diſſolveret, et calcaret infernum; probos dirigeret, ordinem plantaret, et reſurrectionem ſuam manifeſtaret. In ea nocte in qva traditus eſt, accepit panem in ſanctas ac beatas et ſine macula manus ſuas, Inſpexit in cœlum ad Te Patrem ſuum, gratias egit, † benedixit, † et ſanctificavit, † & dedit diſcipulis ſuis dicens, accipite et comedite ex eo omnes: Hoc eſt corpus meum qvod pro vobis

bis tradetur in remiſſionem peccatorum. Amen.

Populus dicit: Amen, amen, amen, credimus et confidimus, et laudamus, te; ô Domine Deus noſter. Hoc vere corpus tuum eſt.

Sacerdos dicit: Similiter calicem, gratias agens † benedixit † et ſanctificavit, † et dixit eis: Accipite et bibite ex eo omnes, hic eſt calix ſanguinis mei qvi pro vobis effundetur et pro redemptione multorum. Amen.

Populus dicit: Amen, amen, amen, Credimus et confidimus, et laudamus te, ô Domine Deus noſter, hic vere ſanguis tuus eſt

Sacerdos dicit; Qvoties hoc feceritis, in mei memoriam facietis.

Populus dicit: Annunciamus mortem tuam, Domine, et ſanctam reſurrectionem tuam; credimus aſcenſionem tuam, et ſecundum adventum tuum; rogamus te Domine Deus noſter: hæc vera eſſe credimus.

Sacerdos dicit: Nunc autem recordamur mortis tuæ et reſurrectionis tuæ; offerimusqve tibi hunc panem et hunc calicem, tibiqve gratias agimus qvod per hoc ſacrificium dignos non feciſti ſtandi in conſpectu tuo, et ſacerdotale officium coram te exeqvendi: Oramus te Domine et à te inſtanter petimus, ut mittas Spiritum S. ſuper hunc panem et hunc calicem, videlicet corpus et ſanguinem Domini et Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, in ſæcula ſæculorum, Amen. Tribue ſimul omnibus ex

eo ſumentibus, ut fiat eis ad ſanctificationem et plenitudinem Spiritus S. et ad corroboratio-nem fidei, ut ſanctificent & laudent te, per Dominum & Servatorem noſtrum Jeſum Chri-ſtum cum Sancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Diaconus dicit: Qvæſumus te Domine Deus noſter, toto corde, ut des nobis bonam Spiritus Sancti unionem.

Sacerdos ſequitur. Da nobis ut conjungamur in Spiritu ſancto tuo, & ſana nos per hoc ſacrificium, ut in Te ſalvi ſimus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Benedictum ſit nomen Domini, & benedictus qvi venit in nomine Domini, & benedictum nomen gloriæ ejus: fiat, fiat, fiat.

Populus dicit: Benedictum ſit nomen Domini, & benedictus qvi venit in nomine Domini & benedictum nomen gloriæ ejus: fiat, fiat, fiat.

Sacerdos dicit: Mitte gratiam Spiritus S. ſuper nos Domine.

Diaconus dicit: Surgite ad orationem.

Sacerdos dicit ad Orationem Fragmenti.

Confiteor tibi Domine Deus meus omnipotens, qui ſedes ſuper thronum Cherubim, & habitas ſuper excelſa, & laudaris ab humilibus; qui in ſplendore exiſtens, mundum cognoviſti & abſconditum myſterium in cruce nobis oſtendiſti: qvis Deus miſericors & Sanctus

ſicut

ſicut tu? Poteſtas tua non eſt elongata à nobis, quam tuis dediſti diſcipulis, qui mundo & ſincero corde tibi ſerviunt & offerunt tibi ſacrificium ſuaveolentis odoris, per Dominum & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, cui, & Tibi, & Spiritui S. ſit gratia, honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum.

Diaconus dicit: Qui ſtatis, humiliate capita veſtra.

Sacerdos dicit: Domine qui habitas ſuper Cherubim, & reſpicis ſuper populum tuum & hæreditatem tuam, benedic ſervos tuos & ancillas tuas, & filios eorum, portionem tribue eis qvi de miraculoſa menſa tua ſumere veniunt pro mentis purgatione, & peccatorum remiſſione, unioneqve Spiritus S. ac ſalute animæ & corporis, & hæreditate regni cœlorum, cum honore & voluntate, per unicum Filium tuum; cui, & Tibi cum eo, & cum Spiritu S laus & gloria, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Dicit ſubdiaconus cum populo: Exercitus Angelorum Salvatoris mundi ſtant coram eo, & legunt corpus & ſanguinem Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: accedamus ante faciem ejus, et in fide eum revereamur.

Diaconus dicit: Adorate Deum cum timore.

Sacerdos dicit: Domine Deus omnipotens, ſalus animæ et corporis noſtri; qvi per os Filii tui unigeniti Domini Dei et Servatoris noſtri

Jeſu Chriſti, dixiſti Patri noſtro Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam concutiendam, & tibi dabo claves regni cœlorum, qvemcunqve ligaveris ſuper terram, erit ligatus in cœlis, & qvemcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutus in cœlis; ſint ſoluti ſervi tui & ancillæ tuæ; ab ore ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & etiam ab ore meo; ſervo tuo peccatore & culpis pleno: Domine Deus noſter tu tollis peccata mundi, ſuſcipe pœnitentiam ſervorum tuorum, & ancillarum tuarum. Oriri fac ſuper eos lumen vitæ; evelle ab eis peccata eorum, qvoniam tu es miſericors & miſerator, Domine Deus noſter: alienus ab ira, abundans miſericordiæ & vere juſtus. Quando in te peccamus Domine aut cogitatione, aut verbo, aut opere, parce, evelle, & compatere qvoniam tu es miſericors & hominum amator. Domine Deus noſter ſolve nos omnes, & omnes populos tuos: ſolve Domine ſummum Pontificem noſtrum. N. & ſanctum ac beatum Antiſtitem noſtrum. N. & omnes alios Pontifices, Epiſcopos, Sacerdotes, & Diaconos, juxta eorum nomina cuſtodiendo cuſtodi eos propter nos, ad multos annos & ad longos dies, in juſtitia & pace. Solve Domine Regem noſtrum Claudium, ab omni vinculo delictorum. Memento Domine omnium dormientium & quieſcentium in fide Chriſti, colloca animas eorum

in

in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Jacob, & libera nos ab omnibus culpis & maledictionibus, & ab omnibus abnegationibus veritatis, & ab omnibus periuriis, ac communione infidelium & gentilium ac hæreticorum. Da nobis cor & intelligentiam aufugiendi ab omnibus operibus diaboli: da nobis ut faciamus voluntatem tuam in omni tempore, et deſcribe nomina noſtra in regnis cœlorum, et conjunge cum omnibus Sanctis et Martyribus per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui, ac Tibi, et Spiritui S. ſit gloria, et potentia, nunc et ſemper et in ſæcula ſæculorum, Amen.

Diaconus dicit: Inſpiciamus.

Sacerdos: Sancta date Sanctis.

Populus dicit:

Unus Pater Sanctus; unus Filius Sanctus, unus Spiritus ſanctus.

Sacerdos dicit: Dominum vobiſcum ſit.

Populus dicit:

Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos elevans Sacramentum, dicit alta voce.

Domine Jeſu Chriſte miſerere noſtri; Domine Jeſu Chriſte miſerere noſtri; Domine Jeſu Chriſte miſerere noſtri.

Populi reiterant eadem verba.

Sacerdos dicit: Oremus, qui eſtis pœnitentes, humiliate capita veſtra: ſurgite ad adorandum. Pax omnibus vobis.

Populus dicit: Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos dicit: Hoc eſt corpus ſanctum, honoratum & vitale Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, qvod datum eſt in remiſſionem peccatorum & ad vitam æternam conſeqvendam, vere ſumentibus ipſum, Amen. Hic eſt ſanguis Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſanctus, honoratus, ac vivificans; qui datus eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam, vere ſumentibus ipſum. Amen. Vere hoc eſt corpus; & hic eſt ſanguis Emanuël Dei noſtri, Amen. Credo, Credo, Credo ex nunc & usque in ſæculum; Amen. Hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, qvod & quem aſſumpſit ex Domina noſtra ſancta, & immaculata virgine Maria, & univit cum Divinitate ſine mixtione aut copula naturali, ſine ſeparatione aut permutatione Divinitatis, qvam rem teſtatus eſt optimo teſtimonio, tempori Pontii Pilati, quo ſe ſponte præbuit pro nobis in ligno ſancto crucis, Amen. Credo, Credo, Credo quod Divinitas non ſit ſeparata ab Humanitate, ne hora qvidem neque per ictum oculi: dedit autem ſe pro nobis ad ſalutem & in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam, ſumentibus eum in veritate, Amen. Credo, Credo, Credo ex nunc & usque in ſæculum, Amen. Hæc ejus ſunt qui dignus eſt honore, gloria, & reverentia.

Hic, Sacerdos ſumit corpus & Sanguinem, & poſtea

poſtea communicat ex eadem hoſtia, miniſtris Sacrificii; dicens; Hoc eſt corpus, &c.

Diaconus dicit: Orate pro nobis, & pro omnibus populis Chriſtianis, & illorum memoriam facite qui nobis dixerunt ut ſui recordaremur, laudate & ſpallite cum pace & amore Jeſu Chriſti.

Hoc loco dum miniſtratur Sacramentum populo, ſpallunt docti aliqua carmina in honorem Sacramenti, & Sanctorum, quorum feſta celebrantur, compoſita; quæ populus reiterat canendo.

Sacerdos dicit: Quos vocaſti Domine, & quos ſanctificaſti, portionem da eis in vocatione tua, & fortifica eos in amore tuo, & cuſtodi in ſanctificatione tua per Chriſtum unicum Filium tuum, cui & Tibi cum eo, & cum ſancto Spiritu, gloria & honor, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Domine qui æternum lumen vitæ & fortitudinem ſervis tuis tribuiſti, & eos cuſtodiviſti pluribus diebus ac noctibus præteritis in pace, benedic eis etiam in hac die poſt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui, & Tibi cum eo, & ſancto Spiritu, gloria & honor, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Diaconus dicit: Gratias agamus Domino, Sanctum ejus ſumpſimus, medela ad vivificandam animam. Laudemus Dominum Deum noſtrum, ſumpſimus ſanctum corpus, & venerandum ſanguinem: hoc eſt corpus Chriſti. Et gratias ei agamus, quod digni fuerimus parti-

ticipare de hoc venerando & ſancto myſterio.

Sacerdos dicit: Exaltabo te Rex meus & Deus meus, & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Populus dicit alta voce.

Pater noſter qvi es in cælis, non inducas nos Domine in tentationem.

Sacerdos dicit.

Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum ſæculi.

Populus iterum dicit: Pater noſter qui es in cœlis, non inducas nos in tentationem.

Sacerdos dicit:

Laudem Domini loqvetur os meum, & benedicet omnis caro nomini ſancto ejus, in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

Populus iterum dicit: Pater noſter, &c. *ut ſupra.*

Sacerdos dicit: Domine animarum rector, Sanctorum director, & juſtorum honor, da nobis intelligentiæ oculos qui te ſemper videant, & aures qvæ te ſolum ſemper audiant; poſtqvam ſatiaſti animam noſtram gratia tua. Cor mundum crea in nobis Domine, ut magnitudinem & probitatem tuam ac amorem tuum erga homines intelligamus: fiat voluntas tua ſuper animam noſtram, & mentem puram ac rectam tribue nobis, qui de corpore tuo & ſanguine tuo ſumpſimus, ſervi tui humi-

les,

les, quoniam regnum tuum Domine. Gloria ac benedictio ſit Patri, et Filio, et Spiritui ſancto, nunc et ſemper, et in ſæcula ſæculorum, Amen.

Sacerdos dicit: Domine Deus noſter, lumen inextinguibile, reſpice ſuper ſervos tuos & ſuper ancillas tuas, & ſemina in cordibus noſtris timorem nominis tui, & numera eos quibus corpus tuum & ſanguis tuus datus eſt, ut fructificent in benedictione. Fac habites in illis populis tuis, qui caput ſuum ante te inclinant, tam in maribus qvam in fœminis & pueris: & nos etiam illis adjunge, protege, fove, ac guberna nos per vires principum Angelorum tuorum. Ab omnibus operibus malis ſepara nos, omnibus operibus bonis conjunge nos, per Chriſtum unicum Filium tuum; cui, & Tibi cum eo & cum S. Spiritu, gloria & honor, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen.

Totus populus dicit comedendo.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Trinus, ineffabilis, da nobis, ut ſumamus vitam per hoc corpus tuum, ſine judicio: da nobis ut fructificemur in beneplacito tuo, & fructus noſter manifeſtetur in gloria tua, vivifica nos in te, ut faciamus voluntatem tuam. Cum fide invocamus te. Pater & regnum tuum petimus: ſanctificetur nomen tuum ſuper nos, quoniam tu es fortis ac laudabilis & glorioſus: tibi ſit gloria, in ſæcula ſæculorum.

Diaco-

Diaconus dicit: Inclinate capita veſtra ante Dominum immortalem: ut benedicat vos per manum ſervi ſui Sacerdotis.

Populus dicit.

Amen: Benedicat nos ſervos ſuos Dominus; in pace ſit remiſſio ſuper nos qui ſanctum corpus & precioſum ſanguinem ſumpſimus. Concede nobis ut ſpiritu omnes vires inimici conculcemus. Benedictio manus tuæ ſanctæ, plena eſt miſericordia; In ipſa ſperamus omnes. Ab omnibus operibus malis ſejunge nos, in omnibus operibus bonis colloca nos, benedictus ſit qvi dedit nobis ſanctum corpus & precioſum ſanguinem ſuum. Gratiam accepimus, & vitam invenimus per virtutem crucis Jeſu Chriſti. Gratias agimus tibi, cum Spiritus Sancti gratiam receperimus. Gloria ſit Domino qvi dedit nobis corpus ſuum ſanctum, & pretioſum ſanguinem ſuum: gloria ſit Divæ Mariæ, quæ eſt gloria noſtra, & quæ parturiit nobis Sacrificium.

Finis Canonis Patrum noſtrorum Apoſtolorum, quorum Oratio & Benedictio ſit nobiſcum.

Amen.

DIVI-

Ἡ ΘΕΙ'Α ΛΕΙΤΟΥΡΓΙ'Α ΤΟΥ͂ ἉΓΙ'ΟΥ ἈΠΟ-στόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Μάρκου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου.

Ὁ ἹΕΡΕΥ'Σ.) Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ ΛΑΟ'Σ.) Καὶ τῷ πνεύματί σου.

(Ὁ ΔΙΑ'ΚΟΝΟΣ.) Προσεύξασθε.

(Ὁ ΛΑΟ'Σ.) Κύριε ἐλέησον. τρίς.

(Ὁ ΔΕ' ἹΕΡΕΥ'Σ εὔχεται τί.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΜΕΝ σοι καὶ ὑπερευχαριστοῦμεν κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, ὅτι ἐσκέπασας, ἐβοήθησας, ἀντελάβου καὶ παρήγαγες ἡμᾶς τὸν πα-

DIVINA LITURGIA, ſeu Miſſa, Sancti Apoſtoli & Evangeliſtæ MARCI, Diſcipuli ſancti Petri, è Græco ſermone in Latinum converſa.

SACERDOS.) *Pax omnibus.*

(POPULUS.) *Et ſpiritui tuo.*

(DIACONUS.) *Orate.*

(POPULUS.) *Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.*

SACERDOS *ſic orat.*

GRATIAS Agimus tibi, & plus quam gratias agimus, Domine Deus noſter, Pater Domini, & Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti propter omnia, & per omnia, & in omnibus; qvia protexiſti, adjuviſti, foviſti et deduxiſti nos anteactæ noſtræ vitæ tempore,

pore, et adduxiſti nos ad hanc usqve horam, dignatus denuo ſiſtere coram te in loco ſancto tuo: remiſſionem petentes peccatorum noſtrorum, et propitiationem omni populo tuo. Certe precamur et obſecramus te, humani generis amator bone, da nobis, ut ſanctum hunc diem, totumqve vitæ noſtræ tempus ſine peccato tranſigamus, cum omni gaudio, ſanitate, ſalute, et omni ſanctificatione, et timore tuo. Omnem autem invidiam, omnem metum, omnem tentationem, omnem Satanicam operationem, omnes improborum hominum inſidias repelle à nobis, ô Deus, et à ſancta tua Catholica et Apoſtolica Eccleſia. Tu nobis ea largire, qvæ ho-

ελθόντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἤγαγες ἡμᾶς ἕως τῆς ὥρας ταύτης, ἀξιώσας πάλιν παραστῆναι ἐνώπιόν σου ἐν τόπῳ ἁγίῳ σου ἄφεσιν αἰτοῦντες τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλασμὸν παντὶ τῷ λαῷ σου, καὶ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, δὸς ἡμῖν τὴν ἁγίαν ἡμέραν ταύτην, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιτελέσαι ἀναμαρτήτως, μετὰ πάσης χαρᾶς, ὑγείας, σωτηρίας, καὶ παντὸς ἁγιασμοῦ, καὶ τοῦ σοῦ φόβου. πάντα δὲ φθόνον, πάντα φόβον, πάντα πειρασμὸν, πᾶσαν σατανικὴν ἐνέργειαν, πᾶσαν πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν ἐκδίωξον ἀφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα

ἡμῶν

ἡμῖν ἐπιχορήγησον. εἴ τι σοι ἡμάρτομεν ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, σὺ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος παριδεῖν καταξίωσον, καὶ μὴ ἐγκαταλείπῃς ἡμᾶς ὁ θεὸς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπί σοι, μηδὲ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ, χάριτι καὶ οἰκτιρμῷ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ (ἐκφώνως) δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(Ὁ λαὸς) ἀμήν.

(Ὁ ἱερεὺς) εἰρήνη πᾶσιν.

(Ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(Ὁ διάκονος) προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ βασιλέως.

neſta et utilia ſunt. Si qvid peccavimus in verbo, vel opere, vel cogitatione, tu, tanqvam bonus, et humani generis amator, connivere digneris; neqve deſeras nos, ô Deus, ſperantes in te, neqve inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo, et ab omnibus operibus ejus: gratia et commiſeratione, et benignitate unigeniti Filii tui, (*elata voce*) per qvem, et cum qvo tibi gloria et imperium in ſanctiſſimo, et bono, et vivifico ſpiritu tuo, nunc ei ſemper, et in ſæcula ſæculorum.

(POPULUS) Amen.

(SAC.) Pax omnib.

(POPULUS.) Et ſpiritui tuo.

(DIACONUS) Orate pro Rege.

(PO-

(POPULUS) Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

(SACERD. *autem hunc in modum orat.*)

Dominator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini, & Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, precamur & obſecramus te, ut Regem noſtrum in pace ac fortitudine, juſtitiaque conſerves. Subjicito ei, ô Deus, omnem inimicum & adverſarium. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium ejus. Da ei, ô Deus, victorias, ut animum ad ea intendat, quæ nobis pacifica ſunt, & ad nomen ſanctum tuum. Ut & nos in tranqvillitate dierum ejus qvietam & tranqvillam vitam degamus in omni pietate & honeſtate, gratia & conmiſerationibus,

(Ὁ λαός) Κύριε ἐλέησον. τρίς.

(Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται.)

Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμεν σε, τὸν βασιλέα ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διαφύλαξον, καθυπόταξον αὐτῷ ὁ Θεὸς πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. δὸς αὐτῷ ὁ Θεὸς νίκας, εἰρηνικὰ φρονεῖν ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαληνότητι τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ.

υἱοῦ. (ἐκφώνως) δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(ὁ λαὸς) ἀμήν.

(ὁ ἱερεὺς) εἰρήνη πᾶσιν.

(ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(ὁ διάκονος) προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ πάπα καὶ ἐπισκόπου.

(ὁ λαὸς) κύριε ἐλέησον.

(ὁ ἱερεὺς)

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιερέα ἡμῶν πά-

& benignitate unigeniti Filii tui, (*elate voce.*) per quem & cum qvo Tibi gloria & imperium cum ſanctiſſimo & bono, & vivifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(POPUL.) Amen.

(SACERD.) Pax omnibus.

(POPUL.) Et ſpiritui tuo

(DIACON.) Orate pro Papa & Epiſcopo.

(POPUL.) Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

(SACERD: *orat.*)

Dominator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini, & Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, precamur & obſecramus te, humani generis amator bone, ut ſanctiſſimum & beatiſſimum Ponti-

ficem noſtrum Papam N. & Reverendiſſimum Epiſcopum N. conſerves. Conſerva nobis eos annis multis pacifice perſungentes ſancto ſacerdotio, cui à te præfecti ſunt, pro ſancta & beata voluntate tua, verbum veritatis recte adminiſtrantes, cum omnibus orthodoxis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, & Laicis, cum omni plenitudine ſanctæ & ſolius univerſalis Eccleſiæ pacem & ſanitatem & ſalutem eis largiens. Preces autem eorum, quas pro nobis offerunt, & nos pro ipſis, admitte, Domine, ad ſanctum & cœleſte rationaleque altare tuum. Omnem autem adverſarium ſanctæ tuæ Eccleſiæ pedibus eorum ci-

παν. † καὶ τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον. † συντηρῶν. συντήρησον ἡμῖν αὐτοὺς ἔτεσι πολλοῖς εἰρηνικῶς, ἐκτελοῦντας τὴν ὑπὸ σοῦ ἐμπεπιστευμένην ἁγίαν ἀρχιερωσύνην, κατὰ τὸ ἅγιον καὶ μακάριόν σου θέλημα, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας σὺν πᾶσιν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ὑποδιακόνοις, ἀναγνώσταις ψάλταις τε καὶ λαϊκοῖς, σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καὶ μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας, εἰρήνην καὶ ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς χαριζόμενος. Τὰς δὲ εὐχὰς αὐτῶν ἃς ποιοῦσιν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτῶν, πρόσδεξαι κύριε εἰς τὸ ἅγιον καὶ ἐπουράνιον καὶ λογικόν σου θυσιαστήριον. Πάντα δὲ ἐχθρὸν τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας καθυπόταξον ὑπὸ τοὺς πό-

δας

δας αὐτῶν ἐν τάχει χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. (ἐκφώνως) δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος· σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

tuo ſubjice. Gratia & miſerationibus & benignitate unigeniti Filii tui, (*elata voce*) per quem & cum quo Tibi gloria & imperium cum ſanctiſſimo & bono, & vivifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(ὁ λαὸς) ἀμήν.

(POPUL.) Amen.

(ὁ ἱερεὺς) εἰρήνη πᾶσι.

(SACERD.) Pax omnibus.

(ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(POPUL.) Et ſpiritui tuo.

(ὁ διάκονος) ἐπὶ προσευχὴν στάθητε.

(DIACON.) Ad orationem ſtate.

(ὁ λαὸς) κύριε ἐλέησον. τρίς.

(POPUL.) Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

(ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται εὐχὴν τῆς εἰσόδου καὶ εἰς τὸ θυμίαμα.)

(SACERD. *ſubjungit orationem Introitus, & ad incenſum.*)

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν δωδεκάφωτον λαμπάδα τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐκλεξάμενος, καὶ ἐξαποστείλας αὐτοὺς, ἐν ὅλῳ

Domine Chriſte Deus noſter, qui δωδεκάφωτον, hoc eſt, duodena luce lucentem lampadem duodecim Apoſtolorum elegiſti, & eos

& eos in univerſum mundum miſiſti, ut prædicarent & docerent Evangelium regni tui, & curarent omnem morbum & infirmitatem in populo: & inſufflaſti in facies eorum, & dixiſti eis, Accipite Spiritum ſanctum & paraclitum: quorum remittitis peccata, remittuntur eis. Si quorum retinetis, retenta ſunt. Ita & in nos inſuffla circum aſſiſtentes ſervos tuos in introitu ſacri miniſterii,* Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, Cantores, & Laicos, cum omni plenitudine ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Libera nos, Domine, ab execratione, & maledictione & ab anathemate, & vinculo, & excommunicatione, & à par-

τῷ κόσμῳ κηρύξαι, καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἐμφυσήσας εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ εἰπὼν αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον τὸ παράκλητον: ἄν τινων ἀφίετε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατεῖτε, κεκράτηνται. οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς περιεστηκότας δούλους σου ἐν τῇ εἰσόδῳ τῆς ἱερουργίας, τὰς * τοῖς ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις τε καὶ λαϊκοῖς σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. ῥῦσαι ἡμᾶς κύριε ἀπὸ ἀρᾶς καὶ καθάρας, καὶ ἀπὸ ἀναθέματος, καὶ δεσμοῦ, καὶ ἀφορισμοῦ καὶ ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἀντικειμένου. καὶ καθά-

* deeſt aliqvid.

θάρειστον ἡμῶν τὰ χείλη καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ καὶ ἀπὸ πάσης ῥαδιουργίας· ἵνα ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ συνειδήτι προσφέρωμέν σοι τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ (ἐκφώνως) δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(Ὁ λαός) ἀμήν.

(Ὁ διάκ.) ὀρθοί. (Καὶ ψάλλουσι τό. μονογενὴς υἱὸς ὁ λόγος. καὶ γίνεται ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου, καὶ λέγει ὁ διάκονος) ἐπὶ προσευχήν.

te adverſarii, & purga labia noſtra & cor noſtrum ab omni inquinamento, & ab omni nequitia: Ut in corde puro & pura conſcientia Tibi hoc incenſum offeramus, in odorem ſuavitatis, & in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & totius populi tui. Gratia, & commiſerationibus, & benignitate, unigeniti Filii tui (*elata voce*) per qvem & cum qvo tibi gloria & imperium cum ſanctiſſimo & bono, & vivifico ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(POPUL.) Amen.

(DIACON.) Recti. (*Et pſallunt*, Unigenitus Filius & Verbum. *Fitque Introitus Evangelii, & dicit Diaconus*) Ad orationem.

(SACERD.) Pax omnibus.

(POPUL.) Et ſpiritui tuo.

(DIACONUS) Ad orationem.

(POPULUS) Kyrie eleiſon.

(SACERDOS *orationem triſagii ſubjungit.*)

Dominator Domine, Jeſu Chriſte, Verbum coæternum, principio carentis Patris, qui nobis ſimilis per omnia factus es dempto peccato, ad generis noſtri ſalutem: qui ſanctos tuos Diſcipulos & Apoſtolos miſiſti, ut prædicarent & docerent Evangelium tuum, & mederentur omni morbo & omni infirmitati in populo tuo: ipſe nunc qvoque, Domine, emitte lucem tuam & veritatem tuam, & illumina ocu-

(ὁ ἱερεὺς) εἰρήνη πᾶσιν.

(ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(ὁ διακ.) ἐπὶ προσευχήν.

(ὁ λαὸς) κύριε ἐλέησον.

(ὁ ἱερεὺς εὔχεται εὐχὴν τοῦ τρισαγίου.)

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ συναΐδιος Λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, ὁ ἐξαποστείλας τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ ἀποστόλους κηρύξαι καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ σου, αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· καὶ καταύγασον τοὺς ὀφθαλ-

μοὺς

μας τῆς διανοίας εἰς κατανόησιν τῶν θείων σου λογίων. καὶ ἱκάνωσον ἡμᾶς ἀκροατὰς αὐτῶν γενέσθαι. καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς λόγου γενομένους εἰς τὸ καρποφορῆσαι καὶ ποιῆσαι καρποὺς ἀγαθοὺς ἀνὰ τριάκοντα καὶ ἐν ἑκατόν. ὅπως καταξιωθῶμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν (ἐκφώνως) καὶ ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε (ἐκφώνως) σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐαγγελισμὸς, σωτὴρ καὶ φύλαξ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν κύριε ὁ θεός. καί σοι τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

los mentis, ut intelligamus ſermones tuos divinos: fac ut idonei eorum auditores ſimus, & non ſolum auditores, verum etiam factores verbi ſiamus; ut fructificemus, & bonos fructus producamus, à tricenis ad centenos, ut regni cœlorum digni habeamur. (*elata voce*) & cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, Domine; (*elata voce*) Tu enim es Evangeliſmus, ſeu boni Annunciatio, Servator, & cuſtos animarum & corporum noſtrorum Domine Deus, & Tibi gloriam & gratiarum actionem, & triſagium; ſeu ter ſanctum, hymnum offerimus Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(POPUL.) Amen.

SANCTUS DEUS, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis.

(*Triſagio completo populum cruce ſignat Sacerdos dicens:*) Pax omnibus.

(POPUL.) Et ſpiritui tuo.

(*Sequitur:* Πρόσχωμεν, *hoc eſt* Attenti ſimus. *Apoſtolus. Prologus Alleluja.*)

(DIACONI *ex præſcripto dicunt:*) Domine benedicito.

(SACERD. *dicit.*) Dominus benedicat, & vobiſcum miniſtret, ſua ipſius gratia, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(SACERDOS, *priusquam Evangelium recitetur, incenſum offert, dicens.*)

(ὁ λαὸς) ἀμήν.

Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος.

(Καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον σφραγίζει ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν, λέγων.) εἰρήνη πᾶσιν.

(ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(Εἶτα, τὸ πρόσχωμεν. ὁ ἀπόστολος, ὁ πρόλογος τοῦ ἀλληλούια.)

(Οἱ διάκονοι κατὰ τὸ προστακτὸν λέγουσι.) κύριε εὐλόγησον.

(ὁ ἱερεὺς λέγει) ὁ κύριος εὐλογήσει καὶ συνδιακονήσει ὑμῖν τῇ αὐτοῦ χάριτι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(ὁ ἱερεὺς πρὸ τοῦ εὐαγγελίου, βάλλει θυμίαμα, λέγων οὕτως.)

Θυμίαμα προσφέρομεν ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὁ Θεός, προσδεξάμενος εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον. ἀντικατάπεμψον ἡμῖν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ὅτι εὐλογημένος ὑπάρχεις, καὶ σὺ τὴν δόξαν σου ἀνάπεμψον.

(Ὁ διάκονος ὅτε μέλλει εἰπεῖν τὸ εὐαγγέλιον, λέγει) κύριε εὐλόγησον.

(Ὁ ἱερεὺς) ὁ κύριος εὐλογήσῃ, καὶ ἐνισχύσῃ, ἀκροατὰς ἡμᾶς ποιήσῃ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ εὐαγγελίου. ὁ ὢν εὐλογητὸς θεὸς νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

(Ὁ διάκονος) σταθῆτε, ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.

(Ὁ ἱερεὺς) εἰρήνη πᾶσιν.

(Ὁ λαὸς) καὶ τῷ πνεύματί σου.

Incenſum offerimus coram ſancta gloria tua, quod aſſumas in ſanctum & ſuper cœleſte & intellectuale tuum altare. Viciſſim nobis mittito gratiam ſancti tui Spiritus, quia benedictus es, Tu quoque gloriam tuam mitte.

(DIACONUS *Evangelium recitaturus dicit.*) Domine benedicito.

(SACERD.) Dominus benedicat, & fortificet, & auditores nos faciat ſancti ſui Evangelii, qui eſt benedictus Deus, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

(DIACON.) State recti. Audiamus ſanctum Evangelium

(SACERD.) Pax omnibus.

(POPUL.) Et ſpiritui tuo.

(Hinc recitat Evangelium Diaconus. Mox Συναπτῆς, ſeu Collecta orationem ſubjungit Sacerdos.)

tuorum, quæ dediſti nobis in beneficium, & ſanctificationem, & ſalutem animarum & corporum noſtrorum. Certe precamur & obſecramus te, generis humani amator bone Domine, largire nobis communionem ſancti corporis & precioſi ſanguinis unigeniti Filii tui in fidem inconfuſam, in charitatem non fictam, in abundantiam pietatis, in averſionem cujuſuis contrarii, in obſervationem mandatorum tuorum, in præparationem vitæ æternæ, in defenſionem acceptabilem, ante tremendum tribunal Chriſti tui, (*elata voce*) per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum ſanctisſimo, & bono & vivifico Spiritu.

εὐεργεσίᾳ καὶ ἁγιασμῷ καὶ σωτηρίᾳ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, κύριε, χαρίσαι ἡμῖν τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ εἰς πίστιν ἀκαταίσχυντον, εἰς ἀγάπην ἀνυπόκριτον, εἰς πλησμονὴν θεοσεβείας, εἰς ἀποτροπὴν ἐναντίου, εἰς περιποίησιν τῶν ἐντολῶν σου, εἰς ἔφοδον ζωῆς αἰωνίου, εἰς ἀπολογίαν εὐπρόσδεκτον τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ χριστοῦ σου, (ἐκφώνως) δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι.

(Εἶτα ὁ ἱερεὺς στρέφεται πρὸς τὸν λαὸν, λέγων.)

Ἄναξ μέγιστε, καὶ τῷ πατρὶ συνάναρχε, ὁ τῷ σῷ κράτει τὸν ᾅδην σκυλεύσας, καὶ τὸν θάνατον πατήσας, καὶ τὸν ἰσχυρὸν δεσμεύσας, καὶ τὸν ἀδὰμ ἐκ τάφου ἀναστήσας τῇ θεουργικῇ σου δυνάμει καὶ φωτιστικῇ αἴγλῃ τῆς σῆς ἀῤῥήτου θεότητος, αὐτὸς δέσποτα διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ ἀχράντου σου σώματος καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος ἐξαπόστειλον τὴν ἀόρατόν σου δεξιὰν τὴν πλήρη εὐλογιῶν, καὶ πάντας ἡμᾶς εὐλόγησον, οἰκτείρησον, σθένωσον τῇ θεϊκῇ σου δυνάμει, καὶ περίελε ἀφ' ἡμῶν τὴν κακοιθῆ καὶ ἁμαρτάδα σαρκικῆς ἐπιθυμίας ἐργασίαν, καταύγασον τοὺς νοητοὺς ἡμῶν ὀφθαλμοὺς τῆς περικειμένης ζοφερᾶς ἀνομίας,

(Deinde Sacerdos converſus ad populum dicit.)

Rex maxime, Patrique coæterne, qui potentia tua infernum ſpoliaſti, & mortem conculcaſti, & fortem vinxiſti, & Adam è tumulo excitaſti, Deifica tua virtute, & lucido ſplendore ineffabilis tuæ divinitatis, ipſe, Domine, per ſumptionem intemerati corporis tui & precioſi ſanguinis tui, emitte inviſibilem dexteram tuam plenam benedictionum, & omnibus nobis benedic, miſerere, corrobora divina tua virtute, & aufer à nobis maliciofam & peccatricem carnalis concupiſcentiæ operationem, illumina intellectuales oculos noſtros contra circumſtantem tenebrarum nequitiam. Conjunge

junge nos beatiſſimo beneplacitorum tibi conventuum, quia per te, & tecum, Patrem & ſanctiſſimum Spiritum omnis hymnus decet, honor, imperium, adoratio, & gratiarum actio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(DIACONUS) Ite in pace.

(POPUL.) In nomine Domini.

(SAC. *elata voce.*)

Charitas Dei & Patris, gratia Filii Dominique noſtri Jeſu Chriſti, communicatio & donum ſanctiſſimi Spiritus, ſit cum omnibus nobis nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.

(POPUL.) Amen.

Sit nomen Domini benedictum.

(SAC. *orat in Diaconico, hoc eſt ſacro Armario, ſeu ſacriſtia, dicens.*)

συνάψον ἡμᾶς τῷ παμμακαρίστῳ, τῷ εὐαρεστήσαντί σοι συλλόγῳ ὅτι διὰ σοῦ, καὶ σὺν σοὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι πᾶς ὕμνος πρέπει, τιμὴ, κράτος, προσκύνησίς τε καὶ εὐχαριστία, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(Ὁ διάκονος) πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

(Ὁ λαὸς) ἐν ὀνόματι κυρίου.

(Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.)

Ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἡ χάρις τοῦ υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἡ κοινωνία καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ παναγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ἡμῶν νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(Ὁ λαὸς) ἀμήν.

Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον.

(Ὁ ἱερεὺς εὔχεται ἐν τῷ διακονικῷ, λέγων.)

Ἐδω-

Ἔδωκας ἡμῖν δέσποτα τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ παναγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, δὸς ἡμῖν τὴν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ παναγίου πνεύματος. καὶ φύλαξον ἡμᾶς ἀμώμους ἐν τῷ βίῳ, καὶ ὁδήγησον εἰς τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν καὶ υἱοθεσίαν, καὶ εἰς τὰς μελλούσας αἰωνίους ἀπολαύσεις. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(Ὁ λαός) ἀμήν.

(Ὁ ἱερεύς) εἰρήνη πᾶσιν.

(Ὁ λαός) καὶ τῷ πνεύματί σου.

(*Καὶ ἀπολύει, λέγων.*)

Εὐλογείτω ὁ Θεὸς ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων,

Dediſti nobis, Domine, ſanctificationem in participatione ſanctiſſimi corporis & precioſi ſanguinis unigeniti Filii tui, da nobis gratiam & donum ſanctiſſimi Spiritus, & cuſtodi nos irreprehenſibiles in vita, & deduc ad perfectam redemptionem & adoptionem, & ad futuras ſempiternas fruitiones. Tu enim es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam ſurſum mittimus Patri & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

(POP.) Amen.

(SACERD.) Pax omnibus.

(POP.) Et ſpiritui tuo.

(*Et dimittit, dicens.*)

Benedictus Deus, qui benedicit & ſanctifi-

ſtificat, & protegit, & conſervat omnes nos per participationem ſanctorum ejus myſteriorum, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

ϗ σκέπει, ϗ διατηρῶν πάντας ἡμᾶς διὰ τῆς μεθέξεως τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

LITURGIA,

MARCI PRÆDICATORIS, ET EVANGELISTÆ.

Ex Syriaco verſa à V. CL. EUSEBIO RENAUDOT.

Primum Oratio ante Pacem.

DEus Pater qui Filium tuum dilectum miſiſti ad ſalutem noſtram; qui infirmi, egeni, & morbidi eramus, qui per ſanguinem ſuum dominicum, nos perditos reduxit ad ovile tuum ſpirituale: deprecamur te Domine, ut ſuſcipias è manibus noſtris peccatricibus, ſacrificium hoc timendum, ſpirituale, & incruentum, & per illud veniam concede peccatorum, inſipientiarum, & criminum, quæ a nobis commiſſa ſunt; per beneplacitum voluntatis tuæ, & per gratiam, & miſericordiam, & amorem erga homines, unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo te decet, gloria, & honor, & imperium, cum Spiritu tuo vivo.

Populus. Amen.

Sacer-

Sacerdos. Coram te, Domine Deus, inclinamus colla animarum, corporumque noſtrorum, et oramus, petimusque à clementia tua, ut largiaris nobis divitias gratiæ, benignitatis, et miſericordiæ tuæ: auxilia tua nos adjuvent omnibus diebus vitæ noſtræ, per gratiam, miſericordiam, et amorem erga homines unigeniti Filii tui.

Populus. Amen.

Sacerdos elevans vocem. Domine Deus omnipotens, qui es caritas vera, et ſancta, præſta nobis ut omnibus diebus vitæ noſtræ conſtringamur, et delectemur in caritate tua divina: et dantes nobis invicem pacem in oſculo ſancto, ſimus tibi oves præclaræ absque macula, et ab omni confuſione liberæ. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum unigenitum Filium tuum, per quem, et cum quo te decet gloria, honor, et potentia cum Spiritu tuo.

Populus. Amen.

Diaconus. Date pacem.

Sacerdos. Caritas, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Surſum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus. Vere te Domine decet omnis gloria, omnis gratiarum actio, omnis honor, omnis exaltatio: te opificem omnium

Deum, & Patrem, unigenito Filio tuo, & Spiritu tuo vivo, & ſancto nunc, &c.

Elevans vocem. Te enim vere Domine, benedicunt, glorificant, laudant, honorant Angeli & Archangeli: Principatus, & Poteſtates: Throni, & Dominationes: Virtutes incorporeæ: Cherubim, & Seraphim, cum omnibus cœleſtibus, uno æquali cantu gloriæ, continentes, clamantes, vociferantes, & dicentes:

Populus. Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus Pater omnipotens, cum Filio qui ex te eſt, & Spiritu tuo ſancto: qui cum a te periiſſemus per præcepti transgreſſionem, miſiſti ipſum unigenitum Filium tuum, ad auxilium noſtrum: qui per paſſiones ſuas ſalutares reduxit nos ad hæreditatem noſtram priſtinam, & vivificavit nos ſanguine ſuo divino.

Elevans vocem. Cum ergo ad paſſionem noſtri cauſa veniſſet in carne, per gratiam ſuam: ipſe in quo peccatum non inventum eſt, accepit panem in manus ſuas ſanctas, & aſpexit in cœlum, & gratis egit, ✠ & benedixit, ✠ & ſanctificavit, & ✠ fregit, & dixit diſcipulis ſuis. Hoc eſt corpus meum, accipite, manducate ad remiſſionem peccatorum veſtrorum & omnium fidelium verorum, & ad vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter, & calicem vino, &

aqua

aqua miſcens, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ deditque diſcipulis ſuis, & dixit. Hic eſt ſanguis meus Teſtamenti Novi, accipite, bibite ex eo vos omnes, ad remiſſionem peccatorum veſtrorum, & omnium fidelium verorum ad vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et cum hæc mea præcepta perfeceritis, mortem & reſurrectionem meam annunciabitis, donec veniam.

Populus. Mortis tuæ.

Sacerdos. Memoriam celebrantes, Domine, Jeſu Chriſte, totius diſpenſationis tuæ ſalutaris pro nobis, à conceptione, nativitate, & baptiſmo tuo ſancto, paſſionis tuæ ſalutaris, mortis tuæ vivificæ, triduanæ ſepulturæ tuæ, glorioſæ reſurrectionis tuæ, aſcenſionis tuæ in cœlum, & ſeſſionis tuæ ad dexteram Dei Patris, & adventus tui tremendi, & timendi, ſupremi & dominici, quo judicaturus es homines, & retribues unicuique ſecundum opera ſua; deprecamur te Domine in hac hora timenda, & in hoc tempore tremoris, & metus. Propitius eſto, & miſerere omnium noſtrûm per miſerationem tuam, & ignoſce delictis noſtris per gratiam tuam Dimitte peccata noſtra per miſericordiam tuam, & aufer inſipientias noſtras, in die abundantis miſericordiæ tuæ; dealba maculas noſtras hyſſopo tuo. Propter hoc enim Eccleſia tua, & grex tuus deprecatur te, & per te, ac tecum Patrem tuum dicens

Populus.

Populus. Miſerere.

Sacerdos. Nos quoque.

Populus. Te laudamus.

Sacerdos. Præcipue.

Diaconus. Quam terribilis eſt hæc hora.

Sacerdos inclinatus dicit Invocationem Spiritus ſancti.

Domine miſerere noſtri, et exaudi nos hoc tempore: et mitte ad nos è cœlo tuo excelſo, et ſublimi, Spiritum tuum ſanctum, conſubtantialem tibi, et honore æqualem, qui ſuper unigenitum Filium tuum apparuit in Jordane fluvio in columbæ ſpecie, et ſuper Apoſtolos tuos ſanctos, in linguis igneis in cœnaculo deſcendit, et nos perficiat per abundantiam gratiæ tuæ, vaſa electa, quæ utilia ſint, ad miniſterium honoris tui.

Sacerdos elevans vocem. Exaudi me Domine, exaudi me Domine.

Populus. Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Ut benedicens, & ſanctificans, corpus Chriſti perficiat panem iſtum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et calicem hunc, ſanguinem Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Elevans vocem. Ut ſint nobis hæc myſteria ſancta ad propitiationem delictorum, & remiſſionem peccatorum; ad fiduciam habendam coram throno tuo terribili, & ad conſi-

ſten-

ſtentiam absque confuſione: ad honorem, & ædificationem Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & ad ad conſervationem filiorum ejus ſine peccato: & referemus tibi gloriam, & gratiarum actionem.

Sacerdos inclinatus. Domine Deus, coram te inclinor hoc tempore, & deprecor clementiam tuam, adjuva me; parce mihi, & ignoſce mihi peccata mea; inſipientiasque meas, & iniquitates omnes quæ à me perpetratæ ſunt, tanquam homini carne veſtito. Suſcipe etiam de manibus meis ſacrificium hoc præclarum, et incruentum, et extolle cornu Eccleſiæ tuæ ſanctæ, toto orbe diffuſæ, et cuſtodi paſtores ejus Orthodoxos. Præcipue Dominum N. Patriarcham noſtrum, et Dominum N. Epiſcopum noſtrum, et Metropolitas, et Epiſcopos Orthodoxos in tranquillitate, et pace omnibus diebus vitæ ſuæ: Sacerdotes quoque decoros, et veros, et Diaconos modeſtos, et puros, et omnem Ordinem altari tuo ſancto deſervientem honora, et cuſtodi illos ab omnibus dolis per gratiam tuam.

Elevans vocem. Confirma Domine per clementiam tuam, Eccleſiam tuam ſanctam in præclaro ſtatu eorum qui in ea Sacramenta adminiſtrant, piorum, et rectorum. Epiſcopos ejus ſapientes effice per gratiam tuam, et Sacerdotes in gloria perfectionis myſteriorum tuorum ſanctorum, et Diaconos miniſterii tui ſpiritualis, in puritate, et ſanctitate, et po-

pu-

pulum tuum fidelem & ſanctum, tales exhibe, ut perſeverent ſecure in morum Chriſtianorum obſervatione, ut feſto ſpirituali exultent, & referant tibi gloriam.

Sacerdos inclinatus. Et ſacrificii hujus divini, coram te propoſiti, memento Domine: ſanctifica per clementiam tuam, & perfice nos illius beneficio ad implendam voluntatem tuam bonam, & vivificam: illos vero qui his oblationibus communicabunt, ignoſce, & ſalva eos ab omnibus malis per caritatem tuam.

Elevans vocem. Et ſimul cum illis Domine, memento omnium qui invocant nomen tuum ſanctum. Prope adſtantes benedic, abſentes reduc, infirmos viſita, debiles confirma, valetudine adverſa laborantes robora, & eos qui à dæmonibus tentantur, libera: vinctos educ, oppreſſos adjuva, pereuntes ad timorem tuum voca, & ad tui cognitionem, & omnibus iis qui obtulerunt oblationes, vota, primitias, ac decimas in Eccleſia tua ſancta; tu Domine retribue illis bona, & præclara; quia tu miſerator, & veniæ largitor es: & te decet honor, gloria, & potentia in unigenito Filio tuo.

Sacerdos inclinatus. Regibus timentibus Deum, pacem præſta Domine: judices cuſtodi in timore tuo, & omnium fidelium filiorum Eccleſiæ ſanctæ recordare, depelle ab eis bella tam domeſtica quam extranea: tranquilla civitate perfruantur, & cuſtodi eos ſigno victricis crucis tuæ.

Ele

Elevans vocem. Perſecutionem patientes, & captivos gregis tui, dirige, & ſalva, per miſericordiam tuam Domine: navigantes adducito ad portum ſecuritatis: peregrinis eſto domus reditus: in viam profectis eſto itineris comes: Religioſis, & Monachis, & iis qui ſpeluncis terræ delitescunt, finem religioſi hujus propoſiti concede, & quia omnes cum ſumma cura adjuvas Domine, ex omnibus referemus tibi gloriam.

Sacerdos inclinatus. Ad altare tuum cœleſte, & ad iſtud Domine, memento nunc Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Annunciatorum, Prædicatorum, & Evangeliſtarum: præcipuæ ſanctæ Matris Dei ſemperque Virginis Beatæ Mariæ, & Joannis præcurſoris Baptiſtæ, & Stephani primi Diaconorum, & primi Martyrum reliquorumque ſanctorum omnium.

Elevans vocem. Et tanquam bonus, & veniæ largitor Domine, agmen triumphatorum illorum adjunge ad auxilium infirmitatis noſtræ. ordines illorum beatos, turmas eorum admirabiles, occurſum eorum præclarum, feſtum eorum lætabundum, ſtatum eorum lætum, ad ordinem doxologiæ eorum præclaræ, & per interceſſiones eorum ſuſcipiantur oblationes, decimæ, & orationes noſtræ, coram throno præclaræ majeſtatis tuæ, & cum iis, & inter eos referemus tibi gloriam, & gratiarum actionem.

Sacer-

Sacerdos inclinatus. Doctorum probatorum et verorum Epiſcoporum, ſanctorum inſpiratorum à Spiritu ſancto qui dudum in fide orthodoxa obierunt, memento Domine per miſericordiam tuam: præcipue vero, et nominatim, Ignatii, Dionyſii, Clementis, Marci, Pauli: cum reliquis omnibus qui perſecutionem paſſi ſunt, pro confirmatione Eccleſiarum ſuarum ſanctarum.

Elevans vocem. Fidem eorum ſinceram in animabus noſtris planta, o Domine, omni tempore, præclaram morum inſtitutionem eorum in nobis confirma: rectitudinem legum irreprehenſibilium quas ab ipſis didicimus, in mentibus noſtris firma: eorum præcipue qui omnibus ſpoliati patienter tormenta ſuſtinuerunt pro conſtitutione Eccleſiarum tuarum ſanctarum: eorum qui jugiter rivos lacrymarum ex oculis profuderunt pro ſalute noſtra qui peccatores ſumus, et eorum veſtigiis inſiſtentes, adjunge nos ſocietati ordinum illorum beatorum, ut cum illis pure canamus tibi hymnum convenientem, & unigenito Filio tuo, et Spiritui tuo.

Sacerdos inclinatus. Et eorum qui pia commemoratione digni ſunt, memento per miſericordiam tuam Domine, Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorumque caſtorum, Anagnoſtarum, Lectorum, Cantorum, et omnium defunctorum fidelium, præcipue patrum, fratrum, magiſtrorumque noſtrorum, et omnium

qui

qvi participes facti ſunt dignitatis Eccleſiaſticæ cujuslibet, qviqve neceſſitatibus omnium egenorum ſocietatis noſtræ communicaverunt, & iis qvorum meminimus, fac memoriam bonam.

Elevans vocem. Rogamus te, Domine Deus, Patrum ſanctorum Abraham, Iſaac, & Jacob, & omnis cœtus juſtorum, & piorum; ut illis qvietem tribuas, illis inqvam omnibus, qvi à nobis profecti ad te migraverunt, & ad ſedes tuas beatas pervenerunt. Dele, ignoſce, & remitte omnia peccata eorum, nota, & ignota, voluntaria, & involuntaria, qvia nullus viſus eſt ſuper terram abſqve peccatis, niſi ſolus Dominus Deus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus unigenitus Filius ſuus: per quem & nos miſericordiam conſeqvi ſperamus, & remiſſionem peccatorum qvæ propter eum eſt, & nobis, & ipſis.

Populus. Qvietem præſta.

Sacerdos. Dele Domine, per miſericordiam tuam omnia peccata noſtra, & illorum, occulta & manifeſta, qvæ ſolus noſti, neqve, & illos dignos effice, ut ex vita hac temporali migrantes abſqve peccato aut reatu, ſtemus coram te, & cum illis, & inter eos, mereamur referre tibi gloriam indeſinentem; & feſtum agamus tibi in choreis triumphalibus, illic in vita illa longa, temporali, & æterna commorantes: ut in hoc ſicut in omnibus laudetur, & celebretur nomen tuum maxime honorandum,

dum, & benedictum, ſimulqve Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus tui ſancti.

Populus. Ut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Sint.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Et dicit. Credimus.

Diaconus. Iterum atqve iterum.

Sacerdos dicit Orationem ante Pater noſter.

DEus Pater miſericors, & benigne, bone, longanimis miſerator, & mitis: qvem adorant, & laudant Angeli & Archangeli, & omnes Ordines materiæ expertes: qvi miniſterium hoc divinum ſanctificas, & perficis abſolute, ſecundum beneplacitum tuum, & per gratiam unigeniti Filii tui, & per illapſum Spiritus tui ſancti. Nunc qvoqve nos omnes ſanctifica, ut ſimus tibi Filii novi, ſpirituales, puri, & ſancti; ut corde puro, & anima nitenti, audeamus invocare te patrem laudandum, & amatorem hominum, oremusqve & dicamus: Pater noſter qvi es in coelis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. Conſerva nos Domine Deus, ab omnibus tentationibus animæ, et corporis: deprime, et dejice Diabolum hoſtem noſtrum ſub pedibus noſtris; et concede nobis uberem miſericordiam, qvæ ex te eſt, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum qvo benedictus es et laudan-

dandus, cum Spiritu tuo vivo, & ſancto nunc.

Populus. Amen.

Diaconus. Inclinate.

Populus. Coram te.

Sacerdos elevans vocem. Reſpice Domine in hæreditatem tuam, qvæ coram te nunc proſternitur, & inclinatur. Dirige greſſus noſtros in ſemitis rectis tuis: & præſta ut communicemus huic ſacrificio, qvod coram te eſt, & ſit nobis, & omnibus ex illo accipientibus, in ſanctificationem animæ & corporis, per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum: cum qvo te decet gloria, & honor, & imperium cum Spiritu tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Miſericordiæ ſint.

Diaconus. Cum timore.

Sacerdos. Sancta ſanctis, &c.

Populus. Unus Pater.

Diaconus. Stemus decenter.

Sacerdos. Confitemur tibi, adoramus te, & gratias agimus tibi, multæ miſericordiæ, & gratiæ, nunc cum nos dignos feciſti, comedendi corpus ſanctum unigeniti Filii tui, & bibendum ſanguinem ejus, purum, & ſanctum. Fac Domine, ut pignus hoc in nobis maneat, & ſit nobis in propitiationem, & vitam novam, non in condemnationem, & mortem

 æter-

æternam, ut propter omnia tua erga nos beneficia, gloriam perpetuam referamus tibi, & unigenito Filio tuo, Spirituiqve tuo ſanctiſſimo, & bono.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum.

Diaconus. Iterum & iterum.

Sacerdos. Chriſte Rex gloriæ, commendamus tibi regimen vitæ noſtræ: fac ut omnes nec tentati, nec ſpoliati ab hoſte ſimus, & effunde ſuper nos miſericordiam tuam incomprehenſibilem, & unicuiqve noſtrum qvod ipſi neceſſarium eſt, concede. Omnem adorantium te congregationem robora, & adjuva: ſenes confirma per poteſtatem tuam magnam; juvenes contine in obſervatione ſollicitudinis (erga illos) tuæ: pueros educa; & inſtrue doctrinâ tuâ divinâ: & omnes obſigna invicta cruce tua, ut referamus tibi gloriam, & laudem.

Populus. Amen.

Sacerdos. Benedic nobis omnibus.

Diaconus. Benedicam.

Aliæ Orationes ex Cod. Mſſ.

QVis reperiri poſſet inter homines qvi poſſit digna rependere gratiæ tuæ, Domine? qui nobis malis, & abjectis dediſti donum hoc divinum, & ſanctum, & feciſti nos dignos communicandi corpori, & ſanguini unigeniti Filii

Filii tui, qui nos per ſe ipſum ſalvavit: cum qvo te decet, &c.

Alia. Deus adorande, & ſancte Jeſu Chriſte, benedic, & parce Sacerdotibus œconomis Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & Diaconis adminiſtrantibus myſteria tua divina, & omnibus fidelibus veris, qvi communicaverunt huic ſacrificio. Ale, & cura orphanos, adjuva viduas, confirma pauperes & anguſtiatos ſpiritu, ſatia eſurientes, & omnes qui invocant nomen tuum ſanctum. Cuſtodi illos in omni loco absqve delictis, & peccatis, ut ab omnibus, & per omnia, & propter omnia laudetur nomen tuum ſanctum, &c.

LITURGIA DUODECIM APOSTOLORUM Sanctorum, quam ordinavit LUCAS Evangeliſtæ magni PAULI diſcipulus.

Ex Syriaco verſa à V. CL. EUSEBIO RENAUDOT.

Primum Oratio ante pacem.

DOmine Deus miſericors & ſancte, qvi per unigenitum Filium tuum menſam hanc ſpiritualem & ſanctam præparaſti nobis, ſuſcipe à nobis oblationem ſacrificii hujus incruenti, & concede nobis donum Spiritus tui ſancti, & referemus tibi gloriam, &c.

Diaconus alta voce pronunciat Mediam.

Sacerdos elevans vocem. Tranqvillitas tua, & pax tua, Domine, & dilectio tua vera, gratia tua, miſerationes tuæ, naturales divinitati

æternæ tuæ, ſint nobiſcum et inter nos, omnibus diebus vitæ noſtræ: et referemus tibi, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos elevans vocem. Coram te Rex regum: et Domine dominantium adoramus, rogamusqve et deprecamur te: reſpice nos miſericorditer et præſta nobis, ut cum puritate cordis et ſanctitate animæ, accedamus ad altare tuum ſanctum et referemus, etc.

Populus. Amen.

Diaconus. Date pacem. Stemus decenter.

Sacerdos. Caritas Dei Patris, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Surſum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus.

Populus. Dignum et juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus. Vere dignum et juſtum eſt, decens et debitum, tibi gloriam dare, quia ſanctus es, et largitor vitæ. Dignum enim eſt ut te glorificemus: tibique debetur gloria, nosque decet laudare te, tibiqve gratias agere, qvia benedictus es, ſimul cum Patre tuo, et Spiritu tuo vivo et ſancto.

Elevans vocem. Coram te enim ſtant circum Cherubim habentes facies qvatuor: Seraphim ſex alis inſtructi: qvorum duabus tegunt facies ſuas: duabus pedes: duabus volantes alter ad alterum, voces puras et concentus divinos, clamant, vociferantur, et dicunt ter.

Popu-

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus, Sanctus, Sanctus es, Domine, plene miſerationibus, & propitiatione, & miſericors. Sanctus etiam unigenitus Filius tuus. Sanctus qvoqve Spiritus tuus ſanctus & vivificans. Sanctus es tu & largitor bonorum: qvia propter ſalutem noſtram unigenitus Filius tuus carnem aſſumpſit ex Virgine Maria; & per diſpenſationem ſuam divinam ſalvavit & liberavit nos à captivitate. Qvi cum pro nobis homo factus eſſet, absqve mutatione, ad crucem venit: & ante paſſionem ſuam vivificam, accepit panem in manus ſuas ſanctas, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ fregit & comedit, deditqve diſcipulis ſuis dicens: Accipite & manducate ex eo: Hoc eſt corpus meum, qvod pro vobis & pro multis frangitur & datur in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter & calicem, poſtqvam cœnaverunt, miſcuit ex vino & aqvâ, ✠ benedixit, ✠ ſanctificavit, ✠ & cum guſtaſſet, dedit illum diſcipulis ſuis dicens. Accipite, bibite ex eo vos omnes. Hoc eſt Teſtamentum Novum in meo ſanguine, qvi pro vobis, & pro multis effunditur ad expiationem delictorum & vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Qvotieſcumqve manducabitis

 panem

panem hunc & calicem hunc bibetis, memoriam mei facietis donec veniam.

Populus. Amen.

Sacerdos elevans vocem. Idcirco nos infirmi & peccatores ſervi tui, diſpenſationis tuæ memoriam agentes, rogamus & deprecamur te, amator hominum, cum exorieris in fine temporum, & juſte retribues unicuique ſecundum opera ejus, parce & miſericors eſto adoratoribus tuis, & ſalva hæreditatem tuam. Et propterea, nunc etiam Eccleſia tua deprecatur te, & per te, & tecum Patrem tuum, dicens,

Populus. Miſerere.

Sacerdos. Nos qvoqve.

Populus. Te, &c.

Sacerdos. Præcipue.

Diaconus. Memento: *& mox dicit.* Quam timenda eſt hæc hora.

Sacerdos inclinatus dicit Invocationem Spiritus ſancti.

Miſerere noſtri Domine: miſerere noſtri: & mitte nobis de cœlo ſancto tuo, Spiritum tuum vivificantem, & reqvieſcat ſuper oblationem hanc, faciatqve eam corpus vivificum, nosqve expiet, mundet & ſanctificet.

Benedicit & dixit. Exaudi me Domine.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Ut per illapſum ſuum, faciat panem iſtum, corpus Chriſti Dei noſtri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et miſtum, qvod in hoc calice eſt,

eſt, ſanguinem Chriſti Dei noſtri, ut ſint nobis Sacramenta hæc ſancta, & vivifica, ad expiationem delictorum, ad remiſſionem peccatorum, & ad ſanitatem animæ & corporis, & ad roborationem mentis noſtræ. Sed neqve unus pereat de populo tuo fideli: verum præſta nobis omnibus, ut pure ſpiritu tuo gubernati, vitam degamus, & referemus tibi gloriam & gratiarum actionem, &c.

Populus. Amen.

Diaconus dicit Orationem convenientem, & eam quæ eſt pro mortuis.

Sacerdos inclinatus. Offerimus tibi Domine omnipotens, ſacrificium hoc divinum, pro omni grege tuo: præcipue vero pro beatis Patribus noſtris, Patriarcha noſtro D. N. & pro Epiſcopo noſtro Domino N. ſervo tuo, & reliqvis Epiſcopis Orthodoxis, ut cum vita inculpata, gubernent oves tuas in puritate & ſanctitate: offerantqve tibi populum fidelem, gregrem ſpiritualem, placitum honori nominis tui, & ſimul referemus tibi gloriam, &c. Memento Domine Sacerdotum, rectorum, Diaconorum purorum & Subdiaconorum. Memento, Domine, populi tui, præcipue illorum qvi obtulerunt tibi oblationes iſtas, & parce congregationi iſti, qvæ coram te collecta eſt.

Elevans vocem. Ut perpetuo, incorruptè vivant coram te, & præparentur ad bona qvæ

à te illis promiſſa ſunt, per miſericordiam erga illos: eſto illis propitius, tanqvam Dominus bonus & multæ gratiæ: referemusqve tibi gloriam, &c.

Inclinatus. Memento, Domine, Regum fidelium qvi benefici ſunt populo tuo, & clementes ſunt erga oves redemtas ſanguine tuo. Da illis fortitudinem qvæ à te eſt, neqve ſuperentur ab inimicis ſuis.

Elevans vocem. Et Angelos tuos ſanctos, mitte, Domine, ad auxilium eorum: libera etiam eos à dolo tyrannico & à Belial ſpirituali, ut præſerventur ab inſidiis & machinationibus hoſtium Eccleſiæ tuæ fidelis: ut in tranqvillitate, pace & concordia ſtudioſè & perſeveranter referamus tibi gloriam, &c.

Memento, Domine, & illorum qvi á ſæculo tibi placuerunt, præcipue ſanctæ, glorioſæ, ſemper Virginis Genitricis Dei Mariæ, Joannis Baptiſtæ, Stephani principis Diaconorum & protomartyris; cum reliqvis Prophetis, Apoſtolisqve ſanctis, & patribus piis qvi obierunt. Memento etiam, Domine, omnium defunctorum fidelium qvi pridem obierunt & ad te pervenerunt. Suſcipe oblationes iſtas, qvæ pro illis hodie tibi offeruntur, & qvieſcere illos fac in ſinu beato Abrahami. Cum ſpe miſericordiæ tuæ qvietem acceperunt omnes defuncti, & miſerationes à te exſpectant, Deus noſter adorande. Præſta illis ut mereantur audire vocem illam vivificam,

qvæ

qvæ vocet illos, & adducat, utqve ſint invitati ad regnum tuum. Concede etiam nobis exitum tranquillum, per gratiam tuam, & abole inſipientias noſtras, per miſericordiam tuam.

Elevans vocem. Unus enim fuit qvi viſus fuerit ſuper terram, ſine peccato, unigenitus Filius tuus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, propitiator magnus generis noſtri, ipſe per qvem & nos miſericordiam obtinere ſperamus, & remiſſionem peccatorum noſtrorum & illorum.

Populus. Qvietem præſta.

Sacerdos. Nobis etiam & illis eſto propitius, & condonator peccatorum Domine, ut in nobis, pro nobis, & propter nos, glorificetur, laudetur, & honoretur nomen tuum glorioſiſſimum & benedictum: ſimulque Domini noſtri Jeſu Chriſti, et Spiritus vivi et ſancti, nunc.

Populus. Sicut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Sint.

Populus. Et cum.

Sacerdos. Credimus et accedimus.

Diaconus dicit Catholicam.

Sacerdos dicit Orationem ante Pater noſter.

DOmine miſericors, & mitis, qvi ſupra omnia extolleris & laudibus celebraris, exaltaris, & glorificaris: tu Domine præſta etiam nobis pauperibus & infimis ſervis tuis, ut pure & ſancte oremus, clamemus & dicamus. Pater noſter qvi es in cœlis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. O Domine, ô benigne, ne deſpicias nos, ita ut prævaleat adverſum nos tentatio, ſed libera nos a malo rebelli, & à viis ejus tortuoſis & perverſis: qvia tuum eſt regnum, & unigeniti Filii tui, & Spiritus ſanctiſſimi tui, boni, adorandi & vivificantis.

Populus. Amen.

Diaconus. Inclinate.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum.

Sacerdos elevans vocem. Benedic, Domine, populo tuo fideli, qvi coram te inclinatus eſt: eripeqve nos omnes à damnis: & præſta nobis, ut myſteriis divinis pure & ſancte communicemus, & per illa expiemur & ſanctificemur: referemusqve tibi laudem & gratiarum actionem & unigenito Filio tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum
Sacerdos. Sint.
Populus Et cum.
Diaconus. Unusqvisqve.
Sacerdos. Sancta ſanctis.

Oratio poſt ſuſceptionem Sacramentorum.

GRatias agimus tibi, Domine Deus, obſecrantes & deprecantes te: præſta nobis, ut ſit nobis communio hæc divina, ad expiationem delictorum, remiſſionemqve peccatorum, omniumqve prævaricationum noſtrorum, ut etiam ad gloriam nominis tui ſancti, & unigeniti Filii tui.

Sacerdos. Pax.
Populus. Et cum.

Sacerdos. Domine Deus ſalutis, qvi propter nos homo factus es, & per ſacrificium perſonæ tuæ, ſalvaſti nos; ſalva etiamnum nos à corruptione pernicioſa, & fac nos templum nomini tuo ſancto, qvia populus & hæreditas tua ſumus: teqve decet gloria, honor, & poteſtas cum Patre tuo & Spiritu tuo vivo & ſancto, nunc, &c.

Populus. Amen.
Sacerdos Benedic omnibus.
Diaconus. Benedicam Dominum.

FINIS.

ORATIO
S. JOANNIS Evangeliſtæ,

Quam ex libello ſacrarum precum MS. Floriacenſ. annorum circiter 900. edidit V. Cl. EDMUNDUS MARTENE *de antiqua Eccleſia diſciplina in Divinis celebrandis officiis, Lugd.* 1706. 4 *pag.* 619.

DOmine Jeſu CHRISTE, te obſecro per miſericordiam & clementiam tuam, ut præſtes mihi veniam delictorum meorum. Aperi mihi pulſanti januam vitæ, & princeps tenebrarum non occurrat mihi. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus extranea à te non contingat mihi; ſed ſuſcipe me ſecundum Verbum tuum, & perduc me ad comicium epularum tuarum, ubi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim JESUS CHRISTUS Filius DEI vivi, qvi cum Patre & cum Spiritu Sancto vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

CA-

CANONES
SYNODI APOSTOLORUM ANTIOCHENÆ.

Traditio de Synodo in qva conditum ab Apoſtolis SYMBOLUM.

SYNO-

SYNODI ANTIOCHENÆ a) APOSTOLORUM CANONES IX. b)

I.

UT credentes in Dominum JEſum, qvos illius temporis homines vocabant Galilæos, c) Chriſtiani deinceps vocarentur.

II. Ut

a) Hujus Synodi meminiſſe Innocentium I. Epiſtola 18 de Antiochena loqventem Eccleſia Turrianus, Baronius & Binius annotant. Verba Innocentii ſunt: *Ubi & nomen accepit Religio Chriſtiana, & quæ conventum Apoſtolorum apud ſe celeberrimum meruit.* Sane Apoſtolos qvondam conveniſſe Antiochiæ conſtabat ipſi ex Lucæ XI. 36. At Synodum ibi celebraſſe & Canones hos condidiſſe plane ignoravit.

b) Hos Canones primus publicavit Franciſcus Turrianus lib. 1. pro Canonibus Apoſtolicis adverſus Centur. Magdeb. capite 25. teſtatus ſe reperiſſe eos in antiqviſſimo Codice S. Martyris Pamphili, Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Παμφίλου ἐκ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Ἀποστόλων συνόδου, τουτέστιν ἐκ τῶν συνοδικῶν αὐτῶν κανόνων μέρος τῶν εὑρεθέντων εἰς τὴν Ὠριγένους βιβλιοθήκην. *Sancti Hieromartyris Pamphili ex Antiochena Apoſtolorum Synodo, id eſt pars ex Synodicis ipſius Canonibus inventis in Origenis Bibliotheca.* Poſt Turrianum ſed qvodammodo mutatos dant Baronius ad A. CII. num XIX. ſeq. atqve exinde Binius T. I. Concil. & Labbeus Tom. I. p 62. nam Harduinus velut ſpurios in ſua editione prætermiſit. Spurios eſſe docet Jo. Dallæus libro 3. de pſeudepigraphis Apoſtolicis c 22-25. cujus argumenta breviter repetunt Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. 56. & Natalis Alexander Hiſt Eccleſ. Seculi I. diſſ. XX.

c) Baron. & Bin. *diſcipulos.* Cæterum Galilæorum no-

II. Ut baptizati non jam circumciderentur more Judæorum, ſiqvidem ſit baptiſmus circumciſio non manu facta.

III. Ut ex omni natione & genere ad fidem orthodoxam admitterentur.

IV. De vitanda avaritia & qvæſtubus iniqvis.

V. De vitio gulæ coërcendo, curioſitateqve ludorum qvi in theatris exhiberi ſolerent vitanda, & de abſtinendo juramento.

VI. De vitanda ſcurrilitate & moribus gentium.

VII. Qvo renovatum ac confirmatum eſt decretum Synodi Hieroſolymitanæ, d) ut abſtinerent Chriſtiani à ſanguine & ſuffocato & fornicatione.

VIII. Ne decipiantur ſalvati ob idola, ſed pingant ex oppoſito divinam humanamqve manufactam impermixtam effigiem Dei veri ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ipſiusqve ſervorum contra Idola & Judæos. Neqve errent in idolis, neqve ſimiles fiant Judæis.

Concil. Nicæn. II. Anno 787. *habitum, Actione I.* e)

Γρηγόριος Ἐπίσκοπος Πισινοῦντος εἶπεν.	Gregorius reverendiſſimus Epiſcopus Piſinun-

mine Chriſtiani veniunt pridem ante Julianum etiam Luciano in Philopatride, qui ut Pagio probe obſervatum Paulum Γαλιλαῖον appellat: & nota Judæorum blasphemia apud Juſtinum Martyrem de ſecta a Jeſu Galilæo Matth. XXVI. 69.

d) Actor. XV. 20.

e) T. VII. edit. Labbei p. 63. Harduin. T. IV. p. 47.

ſinuntenſium dixit: In Synodo ſanctorum Apoſtolorum, qvæ apud Antiochiam congregata, dicitur: f) *Et ne ultra errent hi, qui ſalvi fiunt, circa idola, ſed pro eis imaginentur Dei virilem ſtatuam Domini noſtri JEſu Chriſti.*

Ἐν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἴρηται, τοῦ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἴδωλα τοὺς σωζομένους, ἀλλ' ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἄχραντον στήλην τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.

IX. Ne Chriſtiani a cibis abſtinendo Judæos imitentur; imo veſcantor ſuilla, cum Dominus pronunciaverit, *quæ in os intrant, non inquinare hominem, ſed quæ ore exeunt*, g) utpote ex corde exeuntia; Et ne ſecundum literam eos ſectentur, ſed ſpiritualiter & anagogice vivant. Belluina enim Judæorum Synagoga ſuem qvidem abominatur, turpem vero vitam vivit, & improbitate tenetur conſtricta, ſicut ait Propheta; *Saturati ſunt ſuilla, & reliquerunt reliquias parvulis ſuis.* h) Similiter non eſt inter-

f) In altera verſione ejusdem Synod VII. non antiqua illa quidem ut Labbeo perſuaſum, ſed quam adornavit & A. 1540. Coloniæ primum edidit Gybertus Longolius, p. 673. edit. Labbei. (Harduin. p. 542.) *In Antiochena Synodo ſanctorum Apoſtolorum dictum eſt: Servatos non debere amplius ad idola aberrare, ſed certandum eſſe* (quaſi legiſſet ἀνταγωνίζειν pro ἀντεικονίζειν) *ante columnam Dei Hominis que Jeſu Chriſti Domini noſtri*: Confer quæ ad hunc locum Baronius ad A. LVII. num. CXI. ſeq. & qui ſuppoſitum eſſe non diffitetur Petavius lib. XV. Dogm. Theol. de incarnatione cap. 14 num. V. & VI.

g) Matth. XV. 17. h) Pſal. XVII. 14.

terdictum Chriſtianis veſci piſce teſtam habente, & piſce item ſqvannis carente. Hoc enim eſt ſecundum ſpiritum piſce teſtaceo veſci, cum qvis ſtupide & imprudenti corde veritatis prædicationem inſtar teſtæ abjicit.

SYNODUS APOSTOLORUM in qva conditum ab illis traditur SYMBOLUM.

Rufinus Aquilejenſis Presbyter expoſitione in Symbolum Apoſtol.

TRadunt a) majores noſtri, qvod poſt aſcenſionem Domini, cum per adventum ſancti Spiritus ſuper ſingulos qvosq; Apoſto-

a) Hæc fere ad verbum repetuntur ab Iſidoro Hiſp lib. 2. de officiis Eccleſ cap. 22. & ab auctore ſermonis de Symbolo qui inter ſermones S. Auguſtini de tempore eſt CLXXXI. Tomo X. & in Appendice, LII. & in nova editione Benedictin inter ſpuria Tomi VI. pag. 758. édit. Amſtelod. Idem etiam qvod Rufinus affirmant Leo Magnus (cujus verba habes infra in loco Hincmari) & Iſidorus Hiſpalenſis cujus hæc ſunt libro VI. Originum cap 19. *Symbolum per linguam Græcam ſignum vel cognitio interpretatur. Diſceſſuri enim Apoſtoli ad Evangelizandum in gentibus, hoc ſibi prædicationis ſignum vel indicium poſuerunt* Idem cap. 16. *Sub Conſtantino ſancti Patres in Concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes juxta fidem Evangelicam & Apoſtolicam ſecundum poſt Apoſtolos Symbolum tradiderunt* Citantur hæc verba a Gratiano in decreto diſt. XV. Can. I.

ſtolos igneæ linguæ ſediſſent, ut loqvelis diverſis variisqve loqverentur, per qvod eis nulla gens extera, nulla linguæ barbaries inacceſſa videretur & invia; præceptum eis à Domino datum ob prædicandum DEI verbum ad ſingulas qvemqve proficiſci nationes. Diſceſſuri itaqve ab invicem, normam prius futuræ ſibi prædicationis in commune conſtituunt, ne forte alius ab alio abducti diverſum aliqvid his qvi ad fidem CHRISTI invitabantur, exponerent. Omnes igitur in uno poſiti & Spiritu ſancto repleti, breve iſtud futuræ ſibi, ut diximus, prædicationis indicium, conferendo in unum qvod ſentiebat unusqvisqve, componunt, atqve hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt.

Auctor Homiliæ S. Auguſtino adſcriptæ de Symbolo, (in ſupplemento Auguſtini, homil. XIII. & in nova edit. Benedictin. inter ſpuria T. V. ſerm. 240.)

DEcimo die poſt adſcenſionem diſcipulis præ timore Judæorum congregatis, Dominus promiſſum Paracletum miſit, qvo veniente, ut candens ferrum inflammati, omniumqve lingvarum peritia repleti, Symbolum compoſuerunt.

PETRUS dixit, *Credo in DEum Patrem omnipotentem.* Ubi dicit *Patrem*, intelligitur Filius, intelligitur & Spiritus: utriusqve etenim harum trium perſonarum ſubſtantia inſepa-

ſeparabilis. *Omnipotentem* dicit, qvia cum ei nihil ſit impoſſibile, malum non poteſt, quia ſi poſſet, omnipotens non eſſet. *Creatorem cœli & terræ*, per Patrem omnia ſignificat.

ANDREAS dixit, *Et in JEſum Chriſtum, Filium Ejus*. Jeſus nomen proprium interpretatur Salvator, Chriſtus appellativum Hebraice b) dicitur unctus, ungi enim Prophetæ & Reges ſolebant. *Unicum Dominum noſtrum.* Unicum dicit ſecundum naturam. Adam & Eva etiam DEi filii ſunt ſed adoptivi.

JACOBUS c) dixit, *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto*, non qvod Spiritus S. pater ejus fuerit, ſed qvod per adminiſtrationem Spiritus Sancti, & eo cooperante in fide Mariæ conceptus eſt. *Natus ex Maria virgine*, qvæ virgo peperit, virgoqve permanſit.

JOANNES dixit: *Paſſus ſub Pontio Pilato*, hoc dicit ne in alium Chriſtum credamus niſi in illum qvi in tempore Pilati paſſus eſt: nam multi, ſicut ait, d) antichriſti falſo dicent, Ego ſumChriſtus. *Crucifixus, mortuus & ſepultus*, ſecundum carnem ad hoc natus eſt ut crucifigeretur, ad hoc crucifixus ut moreretur, ad hoc mortuus ut reſurgeret, ad hoc reſurrexit ut nos juſtificaret.

THOMAS dixit, *Deſcendit ad Inferna*: id eſt, in anima comitante Divinitatem, cor-

b) Imo Græce. c) major. d) Matth. XXIV. 24.

pore vero in ſepulchro qvieſcente. *Tertia die reſurrexit a mortuis*: ut nobis exemplum & fidem reſurrectionis oſtenderet.

JACOBUS e) dixit: *Aſcendit ad cælos*: in ipſa carne in qva natus eſt & paſſus, in ipſa reſurrexit, & victor cœlos aſcendit. *Sedet ad dexteram DEi Patris omnipotentis*. Dextera Patris, proſperitatem vitæ noſtræ, ſiniſtra autem ſignificat pœnam inferni.

PHILIPPUS dixit, *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos*: in qvo adſcendit corpore, venturus eſt ad judicium, juſtos à peccatoribus ſeparabit.

BARTHOLOMÆUS dixit, *Credo in Spiritum Sanctum*, a qvo Pater & Filius in ſuo opere, vel in catholica fide ſeparari nullo modo poſſunt.

MATTHÆUS dixit, *Sanctam Eccleſiam Catholicam*. Catholicam, id eſt univerſalem, in qva tamen peccata remittuntur, qvæ omnium hæreticorum pravitate depulſa, ab ortu ſolis usqve ad occaſum diffunditur. *Sanctorum communionem*, qvia dona ſancti Spiritus licet in hac vita diverſa ſint in ſingulis, in æternitate tamen erunt communia in univerſis, ut qvod qvisqve Sanctorum minus habuit in ſe, hoc in aliena virtute participet.

SIMON f) dixit, *Remiſſionem peccatorum*. Septem ſunt remiſſiones peccatorum: prima baptiſmi, ſecunda pœnitentiæ, tertio divinæ pie-

e) Minor. f) Zelotes.

pietatis, qvarta venia per indulgentiam inimicorum, qvinta per veram caritatem, ſexta per eleemoſynam, ſeptima per prædicationem qva errantes convertuntur.

THADDÆUS g) dixit, *Carnis reſurrectionem*, id eſt in ipſa carne in qva vivimus, reſurgemus, non ſexum ſed fragilitatem mutantes. Tunc ſancti qvi nunc habent ſingulas ſtolas, id eſt præmium vitæ, tunc binas accipient, ut qvæ in hac vita corpus ſimul & anima promeruerunt, pariter in illo percipiant.

MATTHIAS dixit, *Vitam æternam*, qvam nullus finis terminabit, nullum vitium fœdabit, ægritudo nulla contriſtabit.

Alius ſermo S. Auguſtino adſcriptus (inter ſermones de tempore CXV. Tom X. & poſt in Appendice XLII. & in nova edit. inter ſpuria Tomi V. ſerm. 241.)

QVod Græce ſymbolum dicitur, Latine collatio nominatur. Collatio ideo, qvia collata in unum Catholicæ Legis fides Symboli colligitur brevitate, cujus textum vobis, Deo dante dicemus. *Petrus* dixit: Credo in Deum Patrem omnipotentem. *Johannes* dixit: Creatorem Cœli & Terræ. *Jacobus* dixit: Credo & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum. *Andreas* dixit: Qvi conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine. *Philippus* ait: Paſſus ſub Pon-

g) Judas Jacobi, Thaddæus.

tio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. *Thomas* ait: Deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis. *Bartholomæus* dixit, Adſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. *Matthæus* dixit: Inde venturus judicare vivos & mortuos. *Jacobus Alphei*, Credo & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam. *Simon Zelotes*, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. *Judas Jacobi*, Carnis reſurrectionem. *Matthias* complevit, Vitam æternam, Amen.

Primus, ſaculi octavi ſcriptor, in libello de libris Canonicis, in V. Cl. Jo. Mabillonii Analectis Tom. IV. pag. 575.

ET cœperunt (Apoſtoli) loqvi aliis lingvis, & compoſuerunt Symbolum. *Petrus*: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. *Johannes*: Et in JEſum Chriſtum, Filium Ejus unicum, Dominum noſtrum. *Jacobus*: Qvi conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus de Maria Virgine. *Andreas* ait: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. *Philippus* dixit: deſcendit ad inferna. *Thomas* ait: Tertia die ſurrexit à mortuis. *Bartholomæus* ait: aſcendit ad cœlos, ſedit ad dexteram Dei Patris omnipotentis. *Matthæus* ait: Inde venturus iudicare vivos & mortuos. *Jacobus Alphæi* dixit: Credo in Spiritum ſanctum. *Simon Zelotes* ait, Sanctam Eccleſiam Catholicam. *Judas Jacobi* dixit:

San-

Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Item *Thomas* ait: Carnis reſurrectionem, vitam æternam.

Hincmarus Remenſis, Opuſculo ad Hincmarum Laudunenſem, Tom. 2. Opp. pag. 473. ſeq.

CEterum iidem Canones qvi vocantur Apoſtolorum, non ab Apoſtolis conſcripti eſſe creduntur: qvoniam ſicut in ſacra Hiſtoria legimus, & inde ſcriptum ab Eccleſiæ Magiſtris accepimus, *Prima* Synodus Apoſtolorum habita eſt Hieroſolymis de electione duodecimi Apoſtoli pro Juda. a) *Secunda* de electione ſeptem Diaconorum. b) *Tertia* de Circumciſione, ne credentibus ex Gentibus imponeretur. c) *Quarta* facta eſt de credentibus ex Judæis d) illo tempore, ne prohiberentur, ubi neceſſitas exigeret, etiam legalibus ceremoniis initiari, ob devitandum ſcilicet illorum ſcandalum, qvi putabant eos ita Moſaica decreta tanqvam idololatriæ dogmata damnaſſe, qvod etiam ante facere conſveſſe, Timothei maxime circumciſione e) probatum eſt. *Quintam* vero Synodum Apoſtolorum Patres noſtri f) fuiſſe tradunt, qvando ſecundum qvod prædictum eſt tempus adimpletionis

a) Actor. I. 15. ſeq. b) Actor. VI. 2.
c) Actor XV. 6. d) Actor. XXI. 18.
e) Actor. XVI. 3. f) Ad traditionem provocat de qua nihil in Actorum libro S. Lucas.

nis advenit, ut in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & ſecundum Domini dictum, Evangelium prædicaretur in toto mundo per Apoſtolos, qvibus dixit: g) *Ite docete omnes gentes.* Et tunc Symbolum, ſicut univerſalis tenet Eccleſia, condiderunt, ſinguli ſingulas ſententias proferentes, ſicut & Leo h) ad Pulcheriam Auguſtam demonſtrat, *ſiquidem ipſa*, inqvit, *catholici ſymboli brevis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit munitione cœleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari. Cujus Symboli plenitudinem ſi Eutyches puro & ſimplici voluiſſet corde concipere, in nullo à decretis ſacratiſſimi Nicæni Concilii deviaret, & hoc à ſanctis Patribus intelligeret conſtitutum, ut contra Apoſtolicam fidem, quæ non niſi una eſt, nullum ſe ingenium, nullum elevaret eloquium.* Deniqve poſt hæc nulla Synodus ab Apoſtolis legitur celebrata, qvi fuerunt per omnem terram ad Verbum fidei ſeminandum progrediendo diſperſi.

Guil. Durandus in rationali Divinorum officiorum lib. IV. cap. de ſymbolo.

TRaditur qvod poſtqvam Apoſtoli Spiritum Paracletum acceperunt, cum jam forent ad prædicandum Evangelium profecturi, conferentes in unum ſuper articulis fidei ſtatuerunt,

g) Matth. XXVIII. 19. h) Leo Magnus Epiſt. XV. (novæ edit. Qveſnellianæ XXVII.) data A. C. 449.

runt, ut ſicut omnes erant in una fide concordes, ſic omnes unam fidem concorditer prædicarent, & ideo *ſymbolum*, minus componentes, unusqvisqve *bolum*, * id eſt particulam unam appoſuit. Univerſum Apoſtolorum Catalogum ſive numerum duodecim particulas dinoſcitur continere. *Petrus* namqve apoſuit: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. *Andreas*: Et in JEſum Chriſtum, filium Ejus unicum, Dominum noſtrum. *Jacobus major*: Qvi conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine. *Johannes*: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. *Philippus*: Deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis. *Bartholomæus*: Adſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram DEi Patris omnipotentis. *Thomas*: Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. *Matthæus*: Credo in Spiritum ſanctum. *Jacobus minor*: Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem. *Simon*: Remiſſionem peccatorum. *Thaddæus*: Carnis reſurrectionem. *Matthias*: Et vitam æternam.

Idem in lib. III. ſententiar. diſt. 25. qu. 2. n. 9.

ALii aſſignant diſtinctionem & numerum articulorum, ſecundum numerum Apoſtolo-

* *βόλον velut jactum, adjectionem* a βάλλω unde συμβάλλειν εἰς τὸ φέρειν, *ſymbolam conferre*: vel βῶλον *bolum, fruſtum*, quæ, licet inepta, tamen multis illa ætate arriſit nominis ſymboli notatio.

ſtolorum qvi primum Symbolum condiderunt. Sed qvia talis aſſignatio per accidens eſt, i) & minus artificialis, ideo dimittatur.

Liber Floreti, inter Auctores octo morales, editos A. 1520. fol.

ARticuli fidei ſunt bis ſex corde tenendi,
Qvo CHriſti ſocii docuerunt Pnevmate pleni.
Credo Deum Patrem, *Petrus* inqvit, cuncta creantem

Andreas

i) Hoc eſt. nullis certis ac fide dignis firmata teſtimoniis, ſed recentiori ætate a variis pro lubitu diverſimode tradita & excogitata, quod ſatis apparet vel ex eo, quoniam ex omnibus illis, quas ideo in medium attuli, aſſignationibus hujuscemodi, ne una quidem cum altera ex aſſe congruit, in pluribus capitibus ſingulæ a ſingulis diſcrepant. Quemadmodum etiam a jam allatis a me, differt Scotus diſt. 25 in 3. Sententiar qu 1. ex cujus annotatione *Petrus* dixit: Credo in unum DEum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ *Johannes*, Et in JEſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum. *Jacobus major:* Qui conceptus eſt de Spiritu S. natus ex Maria virgine *Andreas:* Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. *Philippus:* Deſcendit ad inferna. *Thomas:* Tertia die reſurrexit a mortuis *Bartholomæus:* Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextrem DEi Patris omnipotentis. *Matthæus:* Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. *Jacobi Alphæi:* Credo: Credo & in Spiritum S. *Simon Zelotes*. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem. *Judas Jacobi:* Remiſſionem peccatorum. *Matthias:* Carnis reſurrectionem & vitam æternam.

Andreas dixit ego credo JEſum fore CHriſtum.
Conceptum natum *Jacobus*, paſſumqve *Johannes*,
Infera *Philippus* fregit, *Thomas* qve revixit.
Scandit *Bartholomeus*: veniet cenſere *Matthæus*
Pnevma *minor Jacobus*, *Simon* peccata remittit,
Reſtituit *Judas* carnem, vitamqve *Mathias*.

Sylveſter Sguropulus in Hiſtoria Concilii Florentini ſect. VI. cap. 6. pag. 150.

ΚΑὶ εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ πάπα λόγους περὶ καταστάσεως τῆς συνόδου. καὶ ὅπως οἱ Ἀπόστολοι ἐποίησαν σύνοδον, καὶ παρέδωκαν καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον. Αἱ δὲ μετὰ ταῦτα οἰκουμενικαὶ σύνοδοι οὐκ ἠρκέσθησαν εἰς τὸ τῶν Ἀποστόλων σύμβολον ἀλλὰ καὶ ἡ πρώτη ἐποίησε σύμβολον, καὶ ἡ δευτέρα μεταπεποίησεν αὐτὸ καὶ προστέθηκε κ.τ.λ.

AC Julianus Cardinalis) exorſus eſt fari qvaſi ab ore Papæ de aperienda Synodo, Ut Apoſtoli Synodum celebrarint, ſanctumqve Symbolum tradiderint: ſed inſecutæ Oecumenicæ Synodi cum ſoli Apoſtolico non acqvieſcerent, Synodus prima compoſuit ſymbolam, qvod ſecunda Synodus interpolavit & auxit &c.

Ἀντεπήγαγε δὲ ὁ Ἐφέσου πρὸς πάντας τοὺς λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ γενναίας ἀπολογίας καὶ

Marcus Epheſius ad ſingula Juliani, reſponſionem ingenuam & aptam promte expedi-

vit. Ac primum ad Synodum Apoſtolicam & Symbolum Marcus plane aſſeruit, nos nusqvam habemus neqve novimus Symbolum Apoſtolorum Synodum vero Apoſtolorum vocas conventum illum qvo Hieroſolymis Apoſtoli coierunt, de abſtinendo ab animalibus in Idolorum ſacrificia mactatis, a ſuffocatis, morticiniis, aliisqve iſtiusmodi - - iſte tamen conventus Synodi Apoſtolorum nomine venire non ſolet.

ἀρκετάς. Περὶ δὲ τῆς συνόδου τῶν Ἀποστόλων καὶ τοῦ συμβόλου αὐτῶν εἶπεν, ὅτι ἡμεῖς οὔτε ἔχομεν οὔτε εἴδομεν σύμβολον τῶν Ἀποστόλων. Σύνοδον δὲ Ἀποστόλων λέγεις τὴν συνέλευσιν ἐκείνην καθ' ἣν συνελθόντες διωρίσαντο ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ ἑτέρων τινῶν. - - πλὴν οὐκ ὀνομάζεται ἐκείνη σύνοδος τῶν Ἀποστόλων.

Laurentius Valla antidoti in Pogium libro IV. pag. 223. ſeq. ad 230.

EVery traveller almoſt will tell you, that where JEſus promiſes to ſend the Paraclete, a) to complete or perfect all things, the Mahometans maintain the original reading was *periclyte*, or the famous and illuſtrious, which in Arabic is Mohammed: ſo that their prophet was as much, in their account, foretold by name in the Goſpel, as *Cyrus* is believ'd by the Jews and Chriſtians, to have been foretold by name in the Old Teſtament. Here's one inſtance of Mahometan Criticiſm; not leſs ſubtil or more ſlightly grounded, than abundance of ſuch discorveries hammer'd out of ſouds or letters by Jews and Chriſtians: and i own that

a) Joh. XIV. 16. 26. & XVI. 7. collat. cum Luc. XXIV. verſ. 49.

i have always admir'd ſo few other examples of various readings or interpolations were produc'd by learned travellors (tho ſome they do) ſince the Mahometans have ſo different an accunt of the perſon of JESUS CHRIST, of his miniſtry on earth, and the circumſtances of his aſcent into heaven. I was ſomtimes temted to fancy, that the exceſſive veneration of Mahometans for the Alcoran, made them ſuffer their Goſpel to perish by neglect: but corrected that thought again. whem i found ſuch multitudes of citations out of it in their writings, over and above thoſe contain'd in the Alcoran; the paſſages ſomtimes agreeing with thoſe in our Goſpels, often with thoſe we count apocryphal, and oftner with neither. Hence i concluded, tha ſince the counted the Goſpel a divine book, and had more knowledge of it than their Alcoran furnish'd, they muſt needs have a Goſpel of their own; tho i was always aſtonish'd (as i ſaid) at the negligence of travellors, or whatever other reaſon it might be, that hinderd'em from producing that Goſpel, and yet ſo poſitively talk of its variety from ours. Nay, ſome of 'em have directly deny'd the Mohometans had any ſuch Goſpel now remaining; and Mr. Reland a) in his forementiou'd treatiſe.

a) Hadr. Relandus de religione Mohammedica pag. 23. edit. primæ Ultraj. 1705. 8. *Genuina autem illorum*

atiſe adopts their opinion: not to ſpeack of Maracci, and divers other writers of moſt Chriſtian communions.

But at length, after wholly deſpairing of ever having a better account, it was my good fortune, inſtead of other information, to light on the Goſpel it ſelf, and tranſlated into Italian, by or for the uſe of ſome renegades: for it is moſt certainly the performance of a Mahometan ſcribe. Yet knowing a more particular account will not be ungrateful, be pleaſ'd to receive it as follows. The learned gentleman, who has been ſo kind as to communicate it to me, viz. *Mr. Cramer*, b) Counſellor to the king of Pruſſia, but reſiding at Amſterdam, had it out of the library of a perſon of great name and authority in the ſaid city, who, during his life, was often heard to put a high valve on this pice. Wheter as a

 rari-

librorum (Legis Moſis, & Evangelii) *exempla ajunt eſſe diu deperdita, quare nec ipſi à nobis rogati ullum incorruptum Codicem Legis Moſaica vel Evangeliorum exhibere queunt: quod damnum vehementer illos torqueret, niſi unus iis Coranus ſufficeret.* Tamen Evangelium aliquod apud ipſos eſſe poſtea ſcripſit idem vir doctiſſimus in editione altera ejusdem libri, in verbis quæ habes ſupra pag. 366. De Nahommedanis in Barbaria Rolandum loqui, Tolandus colligit ex eo, quod illud Evangelium Arabice & Hiſpanice ferri eſt teſtatus.

b) Jo. Fridericus Cramerus, defunctus 17. Febr. A. 1715.

rarity, or as the model of his religion, c) in know not. It is in the very firſt page attributed to Barnabas, and the title of it runs in theſe words:

The true Goſpel of JEſus called CHRIST, a new prophet ſend by God to the world, according to the relation of BARNABAS, his Apoſtle.

Vero Evangelio di Jeſſu chiamato Chriſto, novo profeta mandato da Dio al mondo, ſecondo la deſcrittione di Barnaba Apoſtolo ſuo. d)

Here you have not only a new Goſpel, but alſo a true one, if you believe the Mahometans. But how honeſt ſoever they may be repreſented, this is a topic where none are to be credited without the utmoſt caution, ſince, tho every Goſpel forbids lying, yet never are more lies told than about the Goſpel. The firſt chapter of it begins thus:

BARNABAS an apoſtle of JEſus of Nazareth, called CHRIST, to all thoſe who dwell upon the earth, wisheth peace and conſolation.

Barnaba Apoſtolo di Jeſſu Nazareno, chiamato Chriſto, ha tutti quelli che habitano ſopra la terra, pace he conſolatione deſidera. Chariſſimi. e) Wha-

c) Suſpicio iniquior quam veriſimilior.

d) *Verum Evangelium JEſu, dicti CHriſti, novi Prophetæ à DEo miſſi in mundum; ſicut illud deſcripſit Barnabas ejus Apoſtolus.*

e) *Barnabas Apoſtolus JEſu Nazareni, dicti CHriſti, omnibus in terra habitantibus pacem & conſolationem exoptat. Chariſſimi.*

Whatever may become of the truth, this is the Scripture ſtile to a hair. The book is vvritten on Turkish paper delicately gumm'd and polish'd, and alſo bound after the Turkish manner. The ink is incomparably fine; and the orthography, as vvell as the character, plainly ſhovv it to be at leaſt three hundred years old. I ever chuſe to ſpeak rather under than over in ſuch caſes. Any proper name of God and the appellative vvord DIO it ſelf, are conſtantly vvrit in red lettres out of reſpect, and ſo are the Arabic notes in transverſe lines on the margin. The contents of the chapters are likevviſe vvritten in red letters, and reach about the tvventieth; a void ſpace being left for the reſt before each chapter, but no vvhere fill'd up. The author of theſe ſummaries vvas a Zealous Muſulman, vvho charges the Chriſtians all along vvith falſification, from this his only avthentic Goſpel. But they'll be nothing behind hand vvith him, vvhenever his Goſpel comes to be better knovvn. Much care and ornament vvas beſtovv'd upon the vvhole, and the Arabic vvord ALLAH f) is in red letters ſuperſtitiouſly interlin'd over DIO, for the firſt three times it occurs. The Story of JESUS is very differently told in many things from the received Goſpels, but much

f) *Allah*, notum DEI nomen apud Arabes.

fully and particularly; this Goſpel, if my eye has not deceiv'd me, being near as long again as any of ours. Some vvou'd make this circumſtance a prejudice in ſavor of it, becauſe as all things are beſt knovvn juſt after they happen; ſo every thing diminishes, the further it procedes from its original. But in this caſe the rule vvil be found not rightſy apply'd, till the book is prov'd to be genuin iſſue of Barnabas. *Mahomet* is therein expresly nam'd for the *Paraclete*, as vve have been told that he's ſo eſteem'd, by all the hiſtorians of the Mahometan Religion: the Muſulmans accuſing our Goſpels of corruption, and pretending further that Mahomets name vvas ſtruck out of the Pentateuch and the Pſalms. Mahomet is nam'd agein of foretold in ſome other placos of this book of Barnabas, as the deſign'd accompliſher of God's economy tovvards man. Tis in ſhort, the ancient Ebionite or Nazaren ſyſtem, as to the making of JESUS a mere man (tho noth vvith them the Son of Joſeph, but divinily conceiv'd by the Virgin Mary) and agrees in every thing almoſt vvith the ſcheme of our modern Unitarians: excepting the hiſtory of his death and reſurrection, about vvhich a very different account is given from that in our Goſpels: but perfectly conformable to the tradition of the Mahonietans, vvho maintain that another vvas

cru-

crucify'd in his ſtead; and that JESUS, ſlipping thro the hands of the Jevvs, preach'd aftervvards to his diſciples, and then vvas taken up into heaven.

Idem Tolandus pag. 22.

Novv, as i have before given the firſt vvords of this Goſpel, i ſhal add the laſt vvords of it in this place:

JEſus being gone (that is ino heaven,) *the Diſciples ſcatter'd themſelves into many parts of Iſraël, and of the reſt of the world: and the truth, being hated of Satan, was perſecuted by falshood, as it ever happens. For certain wicked men, under pretence of being Diſciples, preach'd that JESUS was dead, and not riſen again: others preach'd that JEſus was truly dead, and riſen again; others preach'd and ſtill continue to preach, that JESUS is the Son of God, among which perſons Paul has been deceiv'd. We therefore, according tho the meaſure of*

Partito Jeſſu, ſi diviſſe per diverſſè parte de Iſdrahelle he del mondo li diſſepoli, he la verita hodiata da Sattana, fu perſeguitata dalla bugia, chome tutavia ſi trova perche alchuni malli homeni, ſotto preteſto di diſſepoli, predichavano Jeſſu eſſere morto he non riſſuſcitato; altri predichavano Jeſſu eſſere veramente morto he riſſuſcitato; altri predichavano, he hora predichano, Jeſſu eſſere fiole di DIO, *fra li quali he Paulo ingannato. Noi pero quanto habia ſciuto, predichiamo ha chollor che temono* DIO, *aziochè ſiano ſalvi*

our knowledge, do preach to thoſe wo fear God, to the end they may be ſav'd at the last day of his divine judgment. Amen. The end of the Goſpel.

nello ultimo giorno dello juditio di DIO. Amen. Fine dello Evangelio. g)

Dicta JESU, quæ ex Mohammedanis ſcriptoribus congesſit LEVINUS WARNERUS.

In notis ad Centuriam Proverbiorum Perſicorum, proverb. LXI. p. 30. *ſeq.* Lugd. Bat. 1644. 4.

DIxit JEſus filius Mariæ, ſuper quo pax ſit, *qui opibus inhiat, ſimilis eſt ei qui aquam maris potat: is quo plus bibit, ſitim plus provocat, nec bibere deſiſtit, donec pereat.*

Dixit JEſus filius Mariæ Joanni filio Zachariæ, *cum quiſpiam aliquid de te commemorans vera loquitur, Deum lauda: Si mendacia profert, magis*

g) *JEſu ſublato* (in cœlum) *Diſcipuli in varias Iſraelis & mundi partes diviſi ſunt, & veritas quam odit Satanas, à mendacio, ut ſolet fieri, exagitata fuit. Aliqui pravi enim homines ſub diſcipulorum nomine prædicarunt JEſum mortuum eſſe & non reſuſcitatum: alii prædicarunt vere eſſe mortuum & reſuſcitatum: alii prædicarunt & etiamnum prædicant, JEſum eſſe Filium DEI, inter quos Paulus etiam deceptus fuit. Nos autem ſicut novimus ita prædicamus iis, qui DEum timent, ut ſalvi ſint ultimo die judicii DEI. Amen. Finis Evangelii.*

magis Deum lauda, augetur enim opus tuum (bonum) *in catalogo operum tuorum, idque ſine omni tuo labore, hoc eſt, illius bona opera in catalogum tuum referuntur.*

JEſu beatæ memoriæ, aliqvando Mundus viſus eſt inſtar anus decrepitæ eſſe; cui ille, *quot*, inqvit, *maritos habuiſti?* Ipſa adeo multos ſe habuiſſe reſpondet, ut numerari non poſſent. *Mortui igitur illi*, inqvit JEſus, *te reliquerunt?* Imo vero illa ait, Ego occidi & ſuſtuli eos. Tum JEſus, *mirum*, inqvit, *eſt, adeo inſipientes eſſe alios, ut cum videant, quomodo reliquos tractaris, tui tam amore flagrent, & de aliis exemplum non capiant.*

Tempore JEſu tres aliqvando iter faciebant, qvi theſaurum invenientes, eſurimus, inqviunt, ideoqve unus ex nobis abibit & cibum coëmet. Unus ille qvi ibat allatum cibum, conſultum, inqvit, erit, ut cibum veneno inficiam, qvo veſcentes illi moriantur, egoqve ſolus theſauro potiar. Qvod fecit, cibo venenum admiſcuit. Sed & duo illi viri inter ſe convenerant. ut cum cibum apportaret, eum interficerent, qvo ſoli theſauro fruerentur. Cum igitur cibum veneno mixtum, afferret, eum occiderunt. Et ipſi cibum illum venenatum comedentes, (ſtatim) ſunt mortui. Cum ecce, JEſus tranſiens cum Apoſtolis ſuis, dicebat: *Hæc eſt conditio Mundi! Videte quomodo ternos hoſce tractaverit, & ipſe tamen poſt eos in ſtatu ſuo perſeveret. Væ illi qui petit Mundum ex Mundo!* His

*

* *

His à Warnero allatis adde qvod Sadi, (capite VIII. Guliſtan ſive Roſarii Perſici p. 17) affert JEſu dictum, *in Evangelio*, inquit, *dicitur: O hominis fili! Opes & potentiam ſi tibi largiar, à me declinans omne ſtudium omnemque curam in opes potentiamque convertis: ſi te pauperem faciam, mæſtus curisque anxius langueſcis: Ubinam igitur mei nominis dulcedinem inveneris? & quandonam cultum meum maturaveris?*

*

* *

Longe meliora hæc ſunt qvæ de JEſu, Muhamedani Apocrypha dicta vel facta referunt, qvam qvæ reperiuntur in libris Judæorum, impudentes calumniæ blasphemiæqve atroces etiam in Talmude ipſo, (licet de alio Jeſu intelligenda ejus loca Judæi qvidam cauſentur) & in aliis ſcriptis, ut commenta impia libri Toldos Jeſu omittam, & qvæ de artibus Magicis & Idololatrico cultu acervi מרקוליס (Mercurii) à JEſu exercitia, omni procul pudore & hoſtili animo Judæi criminantur. Illis exſcribendis nolo jam tempus impendere chartasque polluere, præcipue cum his etiam qvi Hebraicas litteras ignorant, jampridem prodita blasphemiarum Judaicarum adyta cognoſci poſſunt ex Wagenſeilii telis igneis Satanæ, A. Aug. Pfeifferi obtrectatore Apella, p. 914. ſeq. Opp. Jo. Wulferi notis ad theriacam Judaicam Salomonis Zevi, Jo. Andreæ Eiſen-

Eiſenmengeri Endeckten Judenthum. (cujus parte 1. cap. 5. Servatorem noſtrum in Talmude, non alium Jeſum dicteriis falſisqve narrationibus proſcindi probat) & Rodolfi Martini Meelführeri diſſertationibus duabus de JEſu in Talmude. Altdorf. 1699. 4.

DE LIBRO.

Σύνεσις καὶ Ἀπόκρισις Ἰησῦ.

ANno MCCIII. ſine loci mentione qvo impreſſus eſt, forma octava, Germanice lucem vidit libellus duodeoctuaginta paginarum hoc titulo: תבונתו ומענו Das iſt des zwölfjährigen JESU von Nazareth Verſtand in Fragen und Antworten, darüber ſich die Juden im Tempel zu Jeruſalem verwundert. Von einem Rabbi der da geweſen, in Hebräiſcher Sprache beſchrieben, nachmals von einem Griechiſchen Chriſten unter dem Titul Σύνεσις καὶ ἀπόκρισις Ἰησῦ überſetzt, welche Verſion unlängſt in der Ofenſchen Bibliothec gefunden worden. Profitetur auctor ſe interfuiſſe ſermonibus, qvos JEſus duodecenis habuit in templo cum Legisperitis. Refert itaque polixe quæ cum illis diſputaverit de Patre ſuo cœleſti, de SS. Trinitate, de Divinitate Meſſiæ ejusqve regno ſpiritali, de Meſſiæ jam facto adventu: ubi mentio etiam fluminis Sambationis, traditionis Eliæ de mundo per annos ſex mille duraturo, nec non com-

menti

menti Judaici nuperi & priſcis ignoti Judæis de Meſſia duplici, uno è tribu Ephraim, filio Joſephi, occidendo, & regnaturo altero filio Davidis. Editor vero ſcribit librum hunc ſcriptum primum à Rabbino neſcio qvo Judæo Hebraice, Græce autem à Chriſtiano qvodam converum, à ſe autem ex codice in Bibl. Budenſi reperto, Germanice redditum eſſe. Videntur autem hæc omnia pariter conficta, & libellus recenter Germanice compoſitus ad Judæos oppugnandos ab homine Germano, editorqve & auctor unus idemque.

De hiſtoria Claudiæ Proculæ * uxoris Cn. PONTII PILATI.

ALiud commentum ſed plane putidum ante paucos annos itidem Germanice octava forma (Hiéroſolyma falſo pro loco impreſſionis jactata) ſine nota temporis datum in lucem eſt hoc titulo: Hiſtoria Anecdota, noch eine publicirte Geſchicht-Erzehlung von der Frau Pilatuſin, oder Cholem eines Syrers von Claudia Procula, Cnei Pontii Pilati, dazumal Land-pfleg- u. Bann-Richters zu Jeruſalem Gemahlin, Ankunft, Tugendwandel und Austritt aus dieſem Leben. Libellus eſt gaginarum 72, qvi falſo ex Syriaco Latine atqve inde Germanice verſus

* Procula dicitur Pilati uxor apud Joannem Malalam & alios.

ſus traditur. Initio prolixus eſt in deſcribendis Claudiæ ut ait avunculi, Polydori vita & laudibus, ad verbum de illo referens, qvæ de Proclo Philoſopho Marinus narrat, Proclo inqvam qvi, ut notum eſt qvingentis poſt Pilatum annis vixit. Tandem p. 38. ad Claudiam venit Pilati conjugem, qvam ait filiam fuiſſe Maximi Olybrii & Veturiæ Calanæ & de illa atqve Pilato varia garrit ac nugatur nec vera nec veriſimilia, donec deniqve Claudiam defunctam Arimathiæ inopino fato, & Pilatum in exilio apud Helvetios obiiſſe concludit.

PARALIPOMENA

Addenda iis, quæ de Evangeliis Apocryphis & in notis ad ea Tomo I. commemorata ſunt.

AD *pag.* 3. De cultu aſini, per calumniam impacto Judæis, præter laudatos ibi ſcriptores conſulendi Baronius ad A. C. 201. Bochartus in Hierozoico lib. 2. c. 18. Melchior Leydeckerus de Rep. Hebraica Tom. 1. p. 213. & 281. Jo. Jacobus Schudt in Hiſtoria Judaica lib. 1. c. 71. p. 221. ſeq. Urbanus Chevræus in Opuſculis Miſcellaneis pag. 37. & T. 1. Chevræanorum pag. 46. 52. ſeq. Steph. le Moyne ad Jeremiæ XXIII. 6. pag. 62. & 169. Zach. Gra-

Grapius ὁ μακαρίτης in diſſ. de hoc argumento Lipſ. 1696. Viri doctiſſimi Hadrianus Relandus diſſ. 2. de numis Samaritanor. p. 29. 37. ſeq. & Theodorus Haſeus in diſſertationibus, Hanoviæ 1708. & Erfurti 1716. 4. vulgatis, nec non Jacobus Antonius Monachius in diſſ. contra Falconem qui notis ad vitam S. Januarii p. 390. ſimilem calumniam Chriſtianis etiam impactam à paganis fuiſſe negaverat. Vide Diarium eruditorum Venetorum T. 27. pag. 554.

Ad pag. 5. Simeon Metaphraſtes ipſe de Nativitate & educatione B. Mariæ Virginis, Gregorio Niſſeno ſcriptum illud tribuit diſertis verbis: αὐτίκα γοῦν, inquit, ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ ὃς εἰς τὴν (Μητρὸς) γέννησιν αὐτῷ συνετάχθη ταιάδε περὶ ταύτης διαλαμβάνει. Ἤκουσα, λέγων, ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας κ. τ. λ.

Ad p. 11. In loco Gelaſii Evangelium Jacobi intelligi putat Jac. Tolandus in Amyntore p. 21. Ex illo etiam vel ex Evangelio altero de nativitate Mariæ petita, quæ habet Michaél Glycas p. 207. Amalium: Ἡ γὰρ ἄμωμος αὕτη Μαρία γεννᾶται μὲν ἐξ ἐπαγγελίας, τριετίζουσα δὲ προσάγεται τῷ ναῷ, καιρὸν ἱκανὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ διάγει ἀδύτοις, ὑπ' Ἀγγέλου κομίζεται τὴν τροφήν. Ὡσεὶ δέκα γίνεται καὶ τεσσάρων ἐτῶν, σκέπτονται περὶ τούτου οἱ Ἀρχιερεῖς, ὡς εἰκὸς, δεήσεις προσάγουσι τῷ Θεῷ. Μνηστεύεται

τηνὲ

τηνικαῦτα τῷ Ἰωσὴφ, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο διὰ τῆς βλαστησάσης ῥάβδου προτεκμήψαντος. Fortaſſe autem Glycas iſta hauſit è Chronico Hippolyti Thebani, qvi plura ex Apocryphis operi ſuo inſeruerat. Vide Appendicem ad opera S. Hippolyti Portuenſis nuper à me edita Tom. I. pag. 45. ſeq.

Ad pag. 17. Adde eundem Voſſium lib. 2. de Hiſtoricis Latinis pag. 207.

Ad pag. 18. Idem Lud. El. du Pin Diſſ. preliminaire ſur la Bible Tom. 2. pag. 91. *L'Heretique* Seleucus * *avoit ſuppoſé un livre* de la Vierge, *qu'il diſoit avoir été composé en Hebreu par* S. Matthieu, *& qui avoit été conſervé en ſecret. Ce livre apocryphe a été traduit par un Latin, qui pretend que l'Hiſtoire en eſt veritable, & que Seleucus y a ſeulement ajouté ſes erreurs qu'il a retranchées dans ſa verſion. On trouve cette traduction dans le dernier tome des œuvres de S. Jerôme. Il y eſt parlé de ſainte Anne, de ſaint Joachim, du mariage de Joſeph, & de ce qui a précedé la naiſſance de Nôtre Seigneur. Toute cette Hiſtoire eſt extraordinaire, & n'eſt digne d'aucune créance. Saint Gregoire de Nyſſe cite dans ſon livre de la naiſſance de Nôtre Seigneur, un livre Apocryphe, où il y avoit des Hiſtoires ſemblables; ce n'eſt pourtant pas le méme, la narration en étant plus ſimple, & moins chargée d'incidens. Le livre apocryphe, où l'on rapportoit que S. Joachim étoit de la tribu de Levi, cité par Fauſte contre ſaint Auguſtin, étoit*

* Vide tamen Heriberti Rosweidi legem talionis p. 103. ſeq.

étoit different de ces deux, puisque dans ceuxci l'on ſuppoſe que Joachim étoit de la race de David, & par conſequent de la tribu de Judæ.

Ad pag. 21. Confer Hieronymum in Eſaiæ IV. 1. Auguſtinus de bono conjugali cap. 22. *Illo itaque tempore cum & Lex dies Patriarcharum ſubſequens, maledictum dixit qui non excitaret ſemen in Iſraël, & qui poterat non promebat, ſed tamen habebat.* De gentibus cœlibatum pœnis ſubjicientibus, vide Benedictinorum notas ad S. Ambroſium Tom. 1. pag. 1319.

Ad pag. 24. Ephraim Syrus ab eruditiſſimo Zaccagnio editus pag. 116. *Angeli etiam & Archangeli cum gaudio occurrunt ſanctorum orationibus, & ſuſcipienter eas usque ad thronum gloriæ ſancti DEI perducunt. Hæc enim magna gratia ſanctorum Angelorum eſt, & ineffabilis lætitia, cum ſanctorum Orationes puriſſimas coram DEo obtulerunt.* Similiter Talmudici docent dari Angelos miſericordiæ miniſtros, qvi deferunt preces hominis ad DEum, & viciſſim ſi homo indignus ſit hac gratia, eſſe alios Angelos crudeles & accuſatores, qvi diſcerpunt preces illas atqve impediunt ne ad DEum perveniant. Vide qvæ Clariſſ. noſter G. Elieſ. Edzardi in notis ad cap. 1. Berachot pag. 198.

Ad pag. 26. S. Annæ memoriam recolunt Græci IX. Dec. & Latini XXVI. Jul. Alia de illa Petrus Sutor ſcripto contra Joannem Fabrum A. 1523. edito de tribus Annæ maritis, Jo. Crauſius in exercitatione de Joſepho & Anna

na Jen. 1667. & auctor libri editi Lond. 1688. qvi inſcribitur *an abridgment of the perogatives of S. Ann.* The young ſtudents library pag. 120. ſeq.

Ad pag. 33. Collactanei, Græcis ὁμόθηλαι & ὁμογάλακτες apud Svidam in ὀργεῶνες & γεννῆται. Vide Stephanii notas ad Saxonem Grammaticum pag. 33. ſeq. & 99. Collacteum dixit Hyginus fab. 224. Juvenalis V, 306. Marcianus Capella pag. 4. 33. &c. Eadem vox reddenda Tertulliano c. 63. de reſurrect. *Habet inſtrumentum, habet cultum, habet mancipium ſuum carnem* (anima) *ut collacteam comitabitur.*

Ad pag. 36. Mich. Glycas pag. 207. ὀγκοῦται ἡ παρθενικὴ γαστὴρ αὐτῆς, ὃ μικρῶς ἐπὶ τῷ Ἰωσὴφ ταράσσεται.

Ad pag. 44. In MS. Codice Vindobonenſi ſcriptum illud εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν diſerte tribuitur Joanni Archi Epiſcopo Theſſalonicenſi: & ſuſpicio eſt fabulonum temeritate, an hæreticorum fraude, veris falſa fuiſſe admixta. Vide Lambecium lib. V. pag. 24. & Neſſelium parte I p. 349.

Ad pag. 46. teſtimoniis de protevangelio Jacobi adde indicem Apocryphorum N. T. in MS. Codice Segvieriano qvem in Catalogo Bibl. Segvierianæ ſive Coislinianæ pag. 194. memorat præſtantiſſimus Montfauconius: ιε'. Ἰακώβου ἱστορία. ις' Πέτρου ἀποκάλυψις. ιζ'. Περίοδοι καὶ διδαχαὶ τῶν Ἀποστόλων. ιη' Βαρνάβα Ἐπιστολαί ιθ'. Παύλου πράξεις. Κ'

Παύλυ ἀποκάλυψις. κα΄. διδασκαλία Κλήμεντος. κβ΄. Ἰγνατίυ διδασκαλία. κγ΄. Πολυκάρπυ διδασκαλία. κδ΄. Ἐυαγγέλιον κατὰ Βαρνάβαν. κέ. Ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθίαν.

In Operibus *Rhoſwitæ* monialis Gandesheimienſis, ſæculo poſt CHriſtum natum decimo claræ pag. 73. ſeq. edit. V. C. Henr. Leonhardi Scuzfleiſchii occurrit verſibus Hexametris deſcripta *Hiſtoria Nativitatis, laudabilisque conſervationis intactæ DEI Genetricis, quam ſcriptam reperit Rhoſwita ſub nomine ſancti JACOBI, Fratris Domini.* Ejusdem omnino cum Protevangelio argumenti, qvo uſus etiam Georgius Nicomedienſis, ut alios juniores jam præteream.

Wilhelmus Erneſtus Tentzelius ὁ μακαρίτης in florum ſparſione ad S. Hieronymi *librum de Viris illuſtribus* pag. 11. *Equidem Jacobi Protevangelium vix quisquam pro genuino venditavit, præter unum Poſtellum - - Eſt tamen magnæ antiquitatis, & Juſtini jam tum Martyris ætate extitit, ſi Auguſti Buchneri conjecturam ſequimur notis in Prudentii hymnum de Natali Chriſti pag. 95. & Origenes - - Quare ab hæreticis potius id effictum fuerit quam à Monachis, in quos culpam conjiciunt Barthius lib. VI. Adverſariorum cap. 16. & Boxhornius in Hiſtoria univerſali pag. 56. Extitit enim iſte libellus priusquam vel Monachorum nomen in Eccleſia audiretur.*

Protevangelium Jacobi MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium IV. pag. 130. VII. pag. 52.

Ad pag. 67. De Judæorum ἀναγραφῆς familiarum vide Clariſſ. Viri, Jacobi Perizonii triadem diſſertationum, diſſ. 1.

Ad pag. 69. De duplici Moyſis jejunio ante & poſt tabulas confractas, Suidas in μωϋ. At CHriſtum jejunio ſuo luiſſe qvadraginta dies qvos in paradiſo exegiſſet Adamus, veteres qvidam annotarunt, ut Cæſarius qvæſt. 69. De Simeone ſtylite per qvadraginta dies jejunium ferente Theodoritus in religioſa hiſtoria. Apud Porphyrium in vita Pythagoræ pag. 39. σπάνει τῶν ἀναγκαίων τεσαράκοντα ἡμέρας διαμείνοντα, eruditiſſimus interpres male reddit *amicorum inopiam*, pro *inopiam victus* ſive *rerum neceſſariarum per quadraginta dies toleravit.*

Ad pag. 77. Laminæ aureæ Sacerdotis ſummi inſculptum tetragrammaton, memorat Coſmas Indopleuſtes lib. V. pag. 204. Philo Judæus de Vita Moyſis: χρυσοῦν πέταλον ὡσανεὶ στέφανος ἐδημιουργεῖτο τέτταρας ἔχον φυλακὰς ὀνόματος ὃ μόνοις τοῖς ὦτα καὶ γλῶσσαν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις ἄλλῳ δ' οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμοῦ.

Ad pag 102. adde Φρέαρ ἐλέγχου apud Indos de qvo Philoſtratus III. 14. de vita Apollonii pag. 103. edit. novæ deſideratiſſimi noſtri Olearii.

Ad pag. 103. Terram poni abſolute, pro terra Iſraëlitica, tralatitium ſacris ſcriptoribus. Vide Origenem & alios ad Matthæi XXVII. 45. Kimchium ad Jonæ I. 3. D. Jo.

Ben. Carpzovium ad Ruth. cap. 1. pag. 56. Montacutii origines Eccleſ. T. 2. p. 419.

Ad pag. 110. Anaſtaſius in Hodego p. 180. de Severianis: *ἐὰν ᾖ ἀκούσωσι Φύσιν, αἰσχρά τινα καὶ ἄτοπα νομίζουσι, ταῦτα εἶναι τὰ μόρια τὰ συνουσιαστικὰ τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρωπίνων καὶ γυναικείων.* Hinc ſemen *naturalis materia* Solino §. 78.

Ad pag. 113. Ex Perſide veniſſe, pluribus argumentis contra Grotium tuetur Chriſtoph. Cellarius *ὁ μακαρίτης* diſſ. de Magis, Halæ Sax. 1704. S. Athanaſius 2. adverſus Gentes pag. 90. *ἀμέλει ἐν Ἰουδαίᾳ ἐγεννᾶτο, καὶ οἱ ἀπὸ Περσίδος ἤρχοντο προσκυνῆσαι αὐτῷ.*

Magi tres occurrunt in nummo Joannis Zimiſcæ, apud Cangium in familiis Byzantinis p. 152. pileati qvidem illi non coronati ut in gemma apud Laur. Begerum Tom. 3. theſauri Brandenburg. pag. 214. Nomina tria ut ait Græca *Apellius* fidelis, *Amerus* humilis, *Damaſcus* miſericors: & totidem Hebraica *Magalath* nuncius, *Galgalath* devotus, & *Saracin* gratia, apud Zachariam Chryſopolitanum Tom. 19. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 758. Pejus adhuc apud Petrum Comeſtorem in Hiſtoria Scholaſtica, Hiſt. Evangel. c. 8. *Nomina trium Magorum hæc ſunt, Hebraice, Apellius, Amerus, Damaſius: Græce Galgalath, Magalath, Sarachim. Latine Balthaſar, Caſpior, Melchior.* Tria poſtrema Melchior, Caſpar, Balthaſar occurrunt etiam apud Bedam. Sed in MS.

Codice

Codice Bibl. Palatinæ cujus meminit Caſaubonus pag. 165. ad Baron. Ἄτωρ, Σάτωρ, Πεταῖωρᾶς. Sunt etiam qvi regna ipſis aſſignant *Tharſis*, *Nubiæ* & *Sabæ*. Ajunt & corpora illorum reperta A. 1168. à Reinaldo Colon. Epiſcopo. Apud antiqviores nec veniunt Regum nomine nec numerus eorum definitur. Itaque & in Chronico Paſchali pag. 148. qvod tres memorat eruditus interpres, Græcus contextus ignorat.

Ad pag. 116. Prudentius Cathemerin. 12. *Hæc ſtella quæ Solis rotam vincit decore & lumine, veniſſe terris nunciat cum carne terreſtri Deum.* Glycas pag. 210. Annal. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτο ἔφαινεν, οὐκ ἂν ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑπερηκόντιζεν.

Ibid. Fabulæ de ſtella ſpeluncam ingrediente geminum eſt commentum qvod legas apud Gregorium Turonenſem & Haymonem de ſtella prolapſa in puteum Bethlehemiticum, inqve ejus fundo adhuc conſpicienda.

Ad pag. 117. Theſaurus eſt nomen generale ut *apotheca* & Hebræorum אוצר Deut. XXVIII. 12. uſurpatur autem frequentius de receptaculo qvibus res pretioſæ reconduntur.

Ad pag. 123. De corpore Zachariæ integro reperto temporibus Theodoſii junioris Imp. fabulam leges ubi lubebit apud Sozomenum IX. 16. qvo in loco mentio Ἑβραίας

καὶ παλαιᾶς γραφῆς, ἐκ τῶν ἐκκλησιαζομένων, è qva conſtitit ſcilicet, puerum cujus cadaver prope Zachariam repertum eſt, fuiſſe Joſiæ Regis Judæorum filium, qvi ſeptimo poſt interfectum Zachariam die repentina morte fuerit extinctus.

Ad pag. 124. Simeonis & Annæ Prophetidis memoriam recolunt Græci 3. Febr. Latini 8. Octobr. Et occurſum Simeonis 2. Febr.

Ad pag. 126. Confer qvæ de Laudamia ad aram occiſa & per internecionem fere totius populi Ætolorum vindicata Juſtinus XXVIII. 3. 5. ſeq. *Inter altaria*, idem XVII. 3. 7. XX. 2. 4. Sepulchrum S. Cyrilli Gortynæ Epiſcopi occiſi ſanguine ſtillare fabulati ſunt Græci. Similiter Bohemis ſi credas, loca illa quibus S. Wenceslaus occiſus eſt, & S. Ludomilla, poſt tot ſæculorum effluxum recentia ſanguinis veſtigia oſtentant.

Qvare CHRISTUS non prius miracula fecit, qvam cum jam eſſet triginta natus annos?

Manuel Caleca de principiis fidei Catholicæ Tom. 2. auctarii noviſſimi Combefiſiani p. 251.

Ex his porro ſolvitur etiam illa qvæſtio, Qvid cauſæ ſit cur ante annum trigeſimum

Ἐκ τούτων δὲ λύεται, καὶ τίνος ἕνεκα μὴ πρότερον τῶν τριάκοντα χρόνων ἤρξατο

ξατο σημεῖα ποιεῖν. εἰ γὰρ διὰ πάντων ὁμολογεῖται ὅτι Θεὸς ὢν, τέλειος ἐγένετο ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, φανερὸν ὅτι ὡς μὲν Θεὸς ἐδύνατο καὶ παιδικὴν ἡλικίαν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔχων, ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖν. εἰ γὰρ καὶ φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς, Ἰησοῦς δὲ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, οὐ νοητέον ὅτι κατ᾽ ὀλίγον ηὐξάνετο, καὶ ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς ἐνέργειαν ἐντελεστέραν ὡς οἱ ἄνθρωποι προήει. τί γὰρ τοῦ ἀπαρχῆς τελείου γένοιτ᾽ ἂν τελειότερον; ἀλλ᾽ ὅτι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ὥρα καὶ χάρις ἐπέλαμπε τῷ τούτου προσώπῳ. καὶ ὅτι κατὰ μικρὸν διὰ τῶν ταῖς ἡλικίαις ἀναλογούσων ἐνεργειῶν, ἡ τούτου παρεγυμνοῦτο θεότης, ὡς Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησίν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ

edere (IESUS) non cœperit? cùm enim omnium conſenſu exploratum ſit, Deus cùm eſſet, factum eſſe perfectum hominem, uno dempto peccato; liqvet, in qvantum Deus erat, etiam cum pueriles ac infantiæ annos ageret, potuiſſe ſigna hæc humanitus edere. Tametſi enim ait Evangeliſta, a) *Jeſus autem proficiebat ſapientia & ætate & gratia*, non ita intelligendum, qvaſi paulatim creſceret, atqve ab eo qvod eſt potentiâ, ad actum perfectiorem (uti ſe res in hominibus habet) procederet. b) *Quid enim eo, quod à principio perfectum erat, perfectius eſſe poſſit?* Sed qvia in ejus vultu geſtuqve, ut homo erat venuſtas atqve gratia elucebat; qvodqve

Cc 5 qve

a) Luc. 2. 52. b) Naz. Orat. 20. pag. 343.

qve paulatim per operationes, pro cujusqve ætatis gradu congruentes, ipſius detegebatur divinitas; ut auctor eſt Gregorius Theologus. Quia enim ætatis humanæ ac ſcientiæ perfectio, illo maximè conſummatur tempore, idcirco etiam ipſe cum eſſet factus homo, ſicut reliqva omnia ſuſceperat (nam etiam circumciſus eſt & in templo oblatus, c) pro eo ac Lex jubebat; ait enim ipſe, d) *Non veni ſolvere Legem, ſed adimplere*, ne Dei adverſarius videretur) manifeſtum eſt ſecundum eundem modum etiam animo deſtinaſſe ut ſigna operaretur, pro eo ſcilicet ac humanæ naturæ habitui ac perfectioni conveniens aptumque erat;

τελειότης τῆς ἀνθρωπίνης ἡλικίας καὶ γνώσεως ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μάλιστα τελειοῦται, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος γεγονώς, ὥσπερ τ᾽ ἄλλα ἀνεδέξατο πάντα. καὶ γὰρ καὶ περιετμήθη, καὶ τῷ ναῷ προσηνέχθη κατὰ τὸν νόμον. αὐτὸς γὰρ φησὶν, Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, ἵνα μὴ ἀντίθεος δόξῃ· εὔδηλον ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ σημεῖα προείλετο πράττειν, οἰκείως καὶ προσηκόντως τῇ ἕξει τῆς ἡλικίας τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καὶ τελειότητι· ἵνα καὶ ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ἐπιδεικτικοὺς εἶναι, τηνικαῦτα τῶν παθῶν ἀκμαζόντων πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πειρασμοὺς ἀποδύεσθαι. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τότε κατὰ τῶν παθῶν ἠγωνίσατο.

c) Luc. 2. 21. 22. d) Matth. 5. 17.

νίσατο. Ἤχθη γάρ φησιν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, ἵνα πειρασθῇ ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἵνα μὴ δόξῃ κατὰ φαντασίαν ἀνειλῆφθαι τὸν ἄνθρωπον, εἰ γὰρ καὶ τούτου γενομένου, πάλιν τινὲς ἐτόλμησαν τοῦτο εἰπεῖν, εἰ μὴ τὰ ταῦθ' οὕτως οἰκονομοῦντο, τί οὐκ ἂν εἶπον; καίτοι καὶ πρὸ τούτου διά τινων ἀμυδρῶς ἑαυτὸν ὑπέφαινεν. ὁ γὰρ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἀστὴρ καὶ οἱ Ἄγγελοι καὶ οἱ Μάγοι, καὶ τὸ τοῦ ἱεροῦ μέσον ἀναγινώσκειν, καὶ τινὰς τῶν γραμματέων ἐπιστομίσαι, γράμμα μὴ μεμαθηκότα, εἰ καὶ οἱ παρόντες οὐ συνίεσαν,

ut nos jactantiæ non ſtudere doceret, ſtatimqve cùm affectus vigeant, ad certamina ac tentationes proſilire. Nam & ipſe adverſus affectus ſecundum id tempus decertavit *Ductus eſt enim, inquit,* e) *Jeſus in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo.* Ne item ſpecie tenus & quaſi ſpectro hominem aſſumpſiſſe videretur. f) Nam ſi etiam cùm ſe ita res habuerit, non defuerunt rurſus, qvi ſic contigiſſe dicere auſi ſint; niſi ea conſilii ratione res adminiſtraretur, qvidnam dicturi eſſent? Quanqvam etiam prius qvibusdam exhibitis vel obſcure ſeſe demonſtrabat. g) Stella enim in antro & Angeli ac Magi; itemqve in templi

e) Matth. 4. 1. f) Sic paſſim Chryſoſt.
g) Matth. 2. 2. Luc. 2. 9. 46.

templi medio legere, ac nonnullis Scribarum, cúm literas non didiciſſet, os occludere, etſi non intellexerunt qvi aderant, hæc tamen eum Deum eſſe indicabant. Aſſiduè tamen de multis coram concionari atque docere, diſcipulorum turba comite, variaqve patrando miracula, Magiſtri etiam dignitate aſſumpta atqve munere, id verò ut non ſatis puerilem hominum ætatem addecens, prius repudiavit; ne, quemadmodum dicebamus, qvaſi ſpectro ſenſusqve ſpectatorum ludificando, omnia gerere videretur.

ἀλλὰ ταῦτα Θεὸν αὐτὸν ὑπεδείκνυον, ὅμως τὸ συνεχῶς περὶ πολλῶν ἔμπροσθεν δημηγορεῖν καὶ διδάσκειν, μαθηταῖς ἐπαγόμενον καὶ ποικίλα θαύματα ἐνεργοῦντα διδασκαλίας ἀξίωμα προβαλλόμενον, τοῦτο ὡς οὐ προσῆκον τῇ τῶν ἀνθρώπων παιδικῇ ἡλικίᾳ πρότερον παρῃτεῖτο, ἵνα μὴ δόξῃ κατὰ φαντασίαν ἅπαντα πράττειν, καθάπερ εἴπομεν.

Qvare Evangeliſta nihil fere de CHRISTO commemorent ante annum à nativitate ejus triceſimum.

Hugo Grotius Epiſt. CXLIII. ad Petrum Pateannum.

QVod nuper ex te qværierat amicus, Vir Clariſſime, cur hi, qvi libros ſcripſerunt, qvos

qvos Evangelia appellamus, eorum, quæ à Domino noſtro acta ſunt, nihil commemorent ante annum triceſimum, præter unicum illud, qvod duodecimo ejus anno contigiſſe Lucas narrat; de eo ſic videtur. Quid cuique ſcriptori narrandum ſit, qvid non, ex fine petendum operis. Apoſtoli autem, & eorum Diſcipuli, non qvalemcunque Hiſtoriam Chriſti ſcribere in animo habuerunt, ſed argumentum, ſicut ejus, qvod ore prædicabant, ita ejus, qvod conſignabant literis, erat, qvod titulus præfert, Evangelium, id eſt dogma novum reſipiſcentiam exactam depoſcens, & promittens remisſionem peccatorum & vitam æternam; qvod præparationis modo à Baptiſta annunciatum eſt, perfectè verô à Chriſto revelatum, & per Apoſtolos per orbem totum juſſum prædicari, Matth. IV. 23. IX. 35. XXIV. 14. Marc. I. 14. Epheſ. VI. 15. Act. X. 36. Luc. XVI. 16. Hinc doctrina omnis à Chriſti doctrina diſcrepans vocatur *aliud Evangelium*, 2. Cor. XI. 4. Gal. I. 6. Ad hujus verò dogmatis à Chriſto revelati veritatem & promisſionis certitudinem teſtandam, faciunt mors ejus, reſurrectio, aſcenſus in cœlum & miſſio Spiritus ſancti; per qvæ omnia apertisſimè filius Dei declaratus eſt. Hinc Evangelium duabus conſtat partibus, Doctrina ipſa & Hiſtoria, qvatenus doctrinam confirmat. Oportet, inqvit Petrus, teſtem reſurrectionis Chriſti conſtitui ex iis, qvi cum eo verſati ſunt, à tempore, quo baptizare

cœ-

cœpit Joannes, ad id uſqve tempus, qvo Chriſtus in cœlum eſt aſſumptus, Act. I. 22. & alibi hanc prædicationem vocat verbum, qvod per Judæam exiit, initio facto à Galilæa, ſtatim ab eo baptiſmate, qvod per Johannem eſt prædicatum, Act. x. 37. Lucas libri ſui prioris argumentum breviter deſcribit narratione eorum, qvæ Jeſus fecit & docuit, usque ad aſſumptionem: nimirum ex qvo & docere & miracula facere cœpit. Principium autem miraculorum fuit illud, qvod fecit in Cana Galilææ, Joh. II. 11. poſtqvam ſcilicet à Johanne erat baptizatus, qvod accidit ætatis anno triceſimo, Luc. III. 23. qva in re Deus à Chriſto morem geri voluit legi, quæ Levitas non ante eam ætatem ad ſacras functiones admittebat. Num. IV. 3, 47. I. Paralip. XXXIII. 2. Quare, qvæ de divina ejus nativitate à Joanne Apoſtolo, de humana à Matthæo & Luca, & ab eodem Luca de illa in Templo qvaſi futuri magiſterii proluſione narrantur, præfationis vicem habenda ſunt, ad indicandam certiùs magisqve commendandam ejus perſonam, a qva Evangelium ſuam habet autoritatem. Qvare cum ante juſtam illam ætatem nihil actum ſit à Chriſto, qvod eò pertineret, meritò totum illud tempus à ſacris Scriptoribus ſilentio involvitur. Egit enim vitam ad id tempus privatam, patri credito matriqve obediens, Luc. II. 51. unde non tantùm *Τέκτονος υἱὸς (fabri filius)* Matth. XIII. 55. ſed *Τέκτων (faber)* appellatur,

tur, Marc. VI. 3. Juſtinus Martyr facta ab eo ait aratra & juga, & alia pacis opera. Sed & in Veteris Teſtamenti libris ſæpe videas de Prophetis nihil dici, niſi ex qvo verbum Domini ad eos factum eſt, id eſt, ex tempore ἀναδείξεως αὐτῶν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ (*oſtenſionis ſuæ ad Iſraël*) ut loqvitur Lucas cap. I, 80. Et hoc ipſum eſt qvod illa locutione *ſurrexit Propheta* ſolet indicari.

Ad pag. 130. de παιδικοῖς θαύμασι de CHriſto jactatis idem judicium Glycæ in Annalibus pag. 212.

Ad pag. 134. Photius lib. I. contra Manichæos pag. 357. de XII. Manetis diſcipulis: Μαθηταὶ τοῦ δυσωνύμου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα. Σισίνιος ὁ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος, καὶ ΘΩΜᾶΣ ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος ἘΥΑΓΓΈΛΙΟΝ. Βούδας τε καὶ Ἑρμᾶς, Ἀδάμαντος καὶ Ἀδείμαντος ὃν καὶ διαφόροις διέπεμψε κλίμασι τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν κήρυκα. Ἐξηγηταὶ δὲ καὶ οἷον ὑπομνηματισταὶ αὐτοῦ γεγόνασιν Ἱέραξ τε καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. Ἠριθμοῦντο δὲ τῷ χορῷ τῶν μαθητευκέντων αὐτῷ καὶ Ἀγάπιος, ὁ τὴν ἑπτάλογον καλουμένην συντάξας, καὶ Ζαρούας καὶ Γαυριά βιός.

Pag. 137. *Luciani*, adde, Martyris.

Pag. 138. Timotheus presbyter in Combefiſii Hiſtoria Monotheletarum p. 452.

SOR-

SORTES APOSTOLORUM editæ ad calcem Codicis Canonum Eccleſiæ Romanæ, è Bibl. Petri Pithoei Pariſ. 1687 fol. pag. 370 - 373.

Petrus Blæſenſis de præſtigiis fortunæ T. XXIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1268. *Sortilegi ſunt, qui ſub nomine ficta religionis ſuperſtitioſa quadam obſervatione rerum pollicentur eventus. Quod genus SORTES APOSTOLORUM & Prophetarum & dividentium* continent, & inſpectio tabellæ quæ Pythagorica appellatur.* Hanc tabellam Pythagoricam edidit Barthius XXX. 7. Adverſar.

* videntium.

Pag. 141. Eadem fere habet Cyrillus, Epiphanius &c. adde: & Socrates lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 22.

Pag. 142. Pro verbis: *Aliud præter hoc*, lege: *Tum hoc* ζῶν Εὐαγγέλιον *ad Heraclianum confutatum, tum alterum Manichæorum Evangelium &c.*

Teſtimoniis de Evangelio Infantiæ adde hoc Georgii Syncelli in Chronographia p. 317.

SCiendum, conſcripta fuiſſe diverſa Evangelia, e qvibus

Ἰστέον ὅτι διάφορα Εὐαγγέλια γέγραπται, ἐξ ὧν τέσσαρα μόνα

μόνα κέκριται, τοῖς μακαρίοις Ἀποστόλοις ἐκκλησιάζεσθαι. Καὶ ἄλλοις παιδικὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γέγραπται, ἐν οἷς αἱ μεχρι τοῦ ιβ ἔτους τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ τούτων αἰώνων ποιητοῦ ἐμπεριφέρονται θαυματουργίαι. τὰς γὰρ ὅλας ὑπ᾽ αὐτοῦ τελεσθείσας δυνάμεις ἀδύνατον ἦν γραφῆναι διὰ τὸ μηδὲ τὸν κόσμον ὅλον δύνασθαι χωρεῖν καὶ αἰσθητῶς καὶ νοητῶς τὰ γραφόμενα βιβλία κατὰ τὴν Θεολόγου μαρτυρίαν. Λουκᾶς δὲ ὁ σοφώτατος ἐν μέρει ταῦτα σημαίνων οὕτω φησί. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐν αὐτῷ.

qvatuor duntaxat B. Apoſtolis probata, qvæ publice in Eccleſiis legerentur. A nonnullis *Salvatoris Infantia* ſcriptis exarata, qvibus patrata ad annum ætatis in carne duodecimum, Salvatoris ſæculorum Opificis miracula memorantur. Edita namqve cuncta virtutum ejus opera, humanarum virium non erat conſcribere, qvod neqve mundus universus, teſte Theologo * pro ſenſus aut intellectus captu digeſta de mirandis ejus volumina continere poſſit. Ea vero Lucas ** ex parte delibans dixit: *Puer creſcebat & confortabatur Spiritu, plenus Sapientia, & Gratia Dei erat in illo.*

De Thomæ Cevæ, *S. I. Poëmate quod inſcribitur* JESus puer, *Vide Memorias litterarias Trevoltinas A.* 1706. *p.* 3066.

* Joh. XXI, 25. ** Luc. II, 40.

B. Lutherus in Tiſchreden *cap. VII. pag. 93.*

Viel Fabuln ſind von vielen erdichtet, was JESUS in ſeiner Kindheit und Jugend gethan habe, wie zu ſehen iſt im Buch mit dem Titul de Infantia Salvatoris oder de Vita JEſu. Weil aber in demſelben Buch viel lächerlich närriſch Ding ſtehet, hat es nie kein Anſehen gehabt bey den Chriſten.

Joh. Chardin in itinere Perſico T. X. pag. 26. ſeq.

LE Calendrier des Perſans marqve la naiſſance de JEſus CHriſt au troiſieme jour du ſeptieme mois: & quant à ſa vie, leurs Legendes contiennent non ſeulement ce qui s'en trouve dans les Evangiles, mais encore tous les contes qu'il y a dans les legendes des Chrétiens Oriontaux, & notamment dans une *Legende Armenienne* intitulée *l' Evangile enfant*, qui n'eſt qu'un tiſſu de Miracles fabuleux; comme entre autres que JEſus CHriſt voyant Joſeph fort affligé d'avoir ſcié un aìs de cedre trop court, il lui dit: pourquoi étes vous ſi affligé? donnez moi l'ais, par un bout, & tirez l'autre, & il s'alongera. Qu'étant envoyé à l'école pour aprendre l'A, B, C, le maitre lui voulant faire dire A, il s'arreta & dit au maitre, aprenez moi auparavant pourquoi la premiere lettre de l'Alphabeth eſt ainſi faite? Surquoi le maitre

tre le traitant de petit babillard, il repondit, je ne dirai point A, que vous ne me defiez pourquoi la premiere lettre eſt ainſi faite. Le maitre ſe mettant en colere, JEſus lui dit, je vous l'apprendrai donc moi. La premiere letre de l'Alphabeth eſt formée de trois lignes perpendiculaires, ſur une ligne diametrale (l'A Armenien eſt ainſi fait à peu prés comme une m renverſée,) pour nous aprendre que le commement de toutes choſes eſt une eſſence en trois perſonnes.

Magnus Dan. Omeis in der Anleitung zur Teutſchen Reim- und Ticht-Kunſt p. 25. Nürnberg 1704. 8.

IN der Hochfürſtl. Bibliothec zu Gotha wird vorgezeigt eine teutſche Verſion von den Evangelio Infantiæ, auf Pergament unter dem Titul: Hie hebt ſich an unſers HErrn Kindheit und ſein Leben. Es kommen darinn unterſchiedliche Mährlein vor. Unter andern,

Daß JEſus einem Kinde ſein Krüglein wieder gantz gemacht.

An einem Tag das Kind JEſus
Von Nazareth der Stat ging aus
Bei der Stat ein Prunne was
Zu dem Prunne JEſus ſaß,
Von der Stat ein Kind zehant
Kom und trug in ſeiner Hant
Seinen Kruch, und do es chom
Zu dem Prunne und Waſſer nam,

Jm ein Ungelück geſchach,
Daß es ſeinem Cruch zerbrach,
Daß do viel und prach den Cruch,
Do es das Waſſer innen truch,
Das Kind begonde ſere weinen &c.

Etliche nennen diß Buch Evangelium quintum oder Evangelium pueritiæ, und halten ſolches im ſondern Werth.

Petrus Lambecius lib. VII. de Bibl. Vindob. pag. 270. Cod. CXLIV.

QVarto & qvidem à fol. 180. pag. 1. usqve ad fol. 187. pag. 2. *Thomæ Iſraelitæ liber de Infantia Chriſti* mutilus & lacerus, cujus titulus & principium, παιδικὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅπασι τοῖς ἐξ ἐθνῶν γνωρίσαι ἀδελφοῖς τὰ παιδικὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀναγκαῖον ἡγησάμην &c. Meminit ejusdem libri etiam R. P. Philippus Labbeus S. I. in nova Bibliotheca Manuſcriptorum librorum pag. 306. ubi refert eum exſtare in Bibliothecæ Regiæ Codice MMCCLXXIXmo. At enimvero ſive ſub *Thomæ Iſraelitæ* nomine, ſive ſub nomine *Matthæi Apoſtoli* * ſive ſub qvocunqve alio ſpecioſo titulo *Liber de Infantia Chriſti* ſe venditet, certo tamen conſtat, eum tanqvam fabuloſum & ſuppoſititium, omniqve autoritate & fide carentem, à ſancta Eccleſia Catholica jam olim merito improbatum & rejectum eſſe,

* Supra T. I. pag. 148. ſeq.

eſſe, ut teſtatur S. Gelaſius I. Papa in decreto Gratiani diſtinct. XV. c. *Sancta Romana.* Qvod enim CHriſtus ante baptiſmum & ante nuptias in Cana Galileæ nullum fecerit miraculum, communis veterum ſanctorum Patrum ſententia eſt in expoſitione verborum S. Johannis Evangeliſtæ cap. 2. verſ. 11. Inſignis ea de re locus apud S. Epiphanium Tom. 1. p. 442. cui adſtipulatur S. Joannes Chryſoſtomus homilia XXI. in Evangelium S. Joannis de eodem argumento ſcribens: Vide etiam eminentiſſimum Cardinalem Baronium, Annalium Eccleſiaſticor. Tomo primo A. C. 12. § 6. & locum illum conſule, qvem is ibi citat ex S. Irenæi lib. 1. cap. 17. adverſus Valentini & ſimilium Gnoſticorum hæreſes.

Eraſmus in adagio, Alcinoi apologus:

ITa & apud vitam nos quidam, deſcripſit Chriſti quomodo in Egypto luſerit cum pueris qui liber ipſis Bibliis major eſt: unde merito appellabitur Alcinoi Apologus.

Maturinus Veiſſ. la Croſe in litteris datis Berolin IV. Id. Dec. A. 1718.

EVangelium Infantiæ, Liber eſt ab homine Neſtoriano ſcriptus, qvod duplici argumento confirmo I. In actione III. Decreto XIV. Synodi Diamperanæ ab Alexio de

Menezes Archi Epiſcpo Goano in Diœceſi Angamalæ in montibus Malabaricis anno Chriſti 1599. habita damnatur hic liber his verbis: *Item o livro que ſe chama de Infantia do Salvador, ou hiſtoria de noſſa Senhora condemnado ja pellos ſanctos antigos por ter em ſi muytas hiſtorias fabuloſas ſem fundamento &c.* Id eſt: *Item liber qui dicitur Infantia Salvatoris, vel hiſtoria Dominæ noſtræ, jam ab antiquis ſanctis damnatus, quod multas blaſphemias & hæreſes contineat, plurimasque hiſtorias fabuloſas ſine ullo fundamento* &c. Ubi nonnullæ hiſtoriæ ex hoc libro ſtrictim proferuntur, qvæ ut plurimum in exemplari Sikii Arabico occurrunt. Habebatur autem liber ille, ut aliunde ex eadem Synodo conſtat, & paſſim legebatur apud Neſtorianos Malabarenſes. II. In editione Arabica Sikii, qvotiescunqve Chriſti nomen ſolum occurrit, toties vocatur אל סיל ὁ δεσπότης χριστὸς, ubi vero JEſu nomen vel additur, vel ſolum profertur, tunc dicitur אל רב ὁ κύριος Ἰησοῦς. Qvod & obſervavi in homilia Arabica Eliæ Patriarchæ Neſtoriani, edita à Golio ad calcem Grammaticæ Arabicæ Erpenii pag. 250. Fuit autem mos perpetuus Neſtorianorum jam inde deductus à Diodoro Tarſenſi & Theodoro Mopſueſteno, ad diſtinguendas contra Apolinarii diſcipulos, Domini noſtri JEſu Chriſti naturas, ut qvoties Chriſtum ſolum dicerent, toties eum δεσπότην χριστὸν appellarent, JEſu vero Chriſto reſervarent denominationem τοῦ κυρίου: qvam magni momenti obſervatio.

vationem ego primus omnium erui, illiusqve fontes mihi feliciter deprehendere viſus ſum in Epiſtola Athanaſii ad Epictetum, ſub finem. De toto autem hoc negotio fuſe egi in hiſtoria mea Chriſtianorum Orientalium, qvæ ut edatur, unam in præſenti limam expectat, & tranqvilliorem rerum mearum ſtatum.

Pag. 143. De στιχομετρίαις antiqvis præter laudatos Joſephum Mariam Thomaſium in Capitulis Biblicis, ſub Joſ. M. Cari nomine editis Romæ 1688. 4. Rich. Simonem lib. 1. Hiſt. Criticæ Novi Teſt. cap. ult. Coteleriium præf. ad Patres Apoſtolicos de Barnaba &c. Videndi Balthaſar Stolbergius Exercitat. XI. qvæ eſt de στιχομετρία veterum p. 405. ſeq. & Exerc. VII. qvæ eſt de diſtinctione librorum Biblicorum (Novi Teſt. imprimis) in capita & verſus pag. 324 ſeq. Laurentius Zaccagnius in monumentis veteribus pag. 411. ſeq. & Humfredus Hody de Bibliorum textibus originalibus & verſionum auctoritate p. 644. ſeq.

Pag. 144. Grotius parte 2. Epiſt. 480. *adde* & 491. 492. ad Guilelmum fratrem.

Ibidem. Ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. In ſimili στιχομετρία MS. in Codice Barocciano poſt Damaſcenum de menſibus Macedonum & aliorum populorum, memoratur Ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθ. quod Jo. Tolandus in Nazareno p. 7. non abſurde contendit legendum κατὰ Ματθίαν. Confer. qvæ de Evangelio Matthiæ tributo notavi T. 1. p. 371.

Pag. 146. De Orobio conſulendus etiam Limborgius in Hiſtoria Inqviſitionis Hiſpan: pag. 158. ſeq. 323. ſeq. & Joannes Clericus, Oratione habita in funere clariſſimi Limborgii. Acta Erud. A. 1713. p. 43.

Pag. 154. Adde Hottingerum Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. parte 2. pag. 76. 77.

M. PAULI CHRISTIANI HILSCHERI

Paſtoris Eccleſiæ Palæo-Dresdenſis meritisſimi

Schediasma de

Domini noſtri & Salvatoris JESU CHRISTI

Cum verſaretur inter homines,

ſtudiis, ἄνευ γραφῆς.

ex Miſcellaneis Lipſ. T. V. pag. 23. ſeq.

SUMMA.

Chriſtus ſe uſu divinæ majeſtatis ad tempus abdicavit §. 1.

Et æque, ac reliqui homines, crevit ſapientia, §. 2.

Factus ergo abcdarius. Præceptores ejusdem Zachæus, Anonymus, Joſua Parachia, Elkanan §. 3

De colloquio ejus cum doctoribus in templo §. 4.

An artem ſcriptoriam tenuerit? §. 5.

An

An præter vernaculam linguam, & eruditam, Latinæ quoque, & Græcæ fuerit peritus? §. 6.
Verſatus in libris Judæorum: Rabbi, Maphtir & Sacerdos §. 7.
Eruditio ejus vindicata contra Nazarenos. §. 8.
Non magus fuit, §. 9.
Nec Viator, tinctor, plaſtes, pictor, §. 10.
Faber fuit. An murarius? aurarius? ferrarius? lignarius? Si lignarius: an ſcriniarius? vehicularius? navicularius? tignarius? Conciliatio, §. 11.
Libri ab eo confecti. XXVII. tomi, opus de magia, Epiſtola ad Abgarum, Subſcriptio, ſigillum, MSta. §. 12.
Monitum: §. 13.

§. 1.

ETſi humana *Salvatoris* noſtri natura infinitis donis prædita fuerit, ob unionem cum divina Filii DEI perſona, neceſſe tamen erat, ad perficiendum patiendo arduum opus redemtionis, uſu eorum in definitum divinitus momentum abſtinere. Hinc *exinanitionis ſtatus.* De qvo, cum non omnia in ſacras literas relata fuerint, multa ſibi pia ſimplicitas, multa ſciendi libido, multa malorum impoſtura confinxit, qvorum partem nunc proferre in medium animus eſt.

§. 2.

Creviſſe eum, cum inter homines degeret, ætate pariter atqve ſapientia, & in omnibus, ſi peccatum exceperis, ſimilem nobis fa-

ctum eſſe, diſertis verbis ſcriptura a) ſignificat. Qvemadmodum igitur corpus veſtibus, cura, balneo, aliisqve humanæ ſortis neceſſitatibus habuit opus, ita nullum eſt dubium, qvin & animi facultates qvotidiana conſvetudine, & ſedula inſtitutione magis magisqve excitatæ fuerint, atqve expolitæ. Id veró, qva factum ratione, qvibusve mediis ſit? non æqve certum exploratumqve eſt, ſed lubrica veterum traditione nititur.

§. 3.

Primum, qvi ipſum, & qvidem Hieroſolymis, b) literas docuiſſe perhibetur, *Zachæum* memorat *liber de infantia Chriſti*. Ad hunc adductus a matre abcdarius factus, pronunciare juſſus fuit ordine literas, *aleph*, *beth* &c. At ille ad præceptorem: *dic mihi prius ſignificationem literæ Aleph*, & *tunc Beth efferam!* Cui, cum hic intentaret verbera, expoſuit ſignificationes elementorum, aliaqve ad rem Grammaticam pertinentia ita accurate, & erudite, ut in ruborem daret magiſtrum diſcipulus. Alius deinde Orbilius, cujus informationi demandatus fuerat, cum plagis ipſum eandem ob cauſam male tractaſſet, ſubita morte interiit. c) Si-

a) *Luc. II, 52. Hebr. II, 17. IV, 15.*

b) *Vel ex hoc loco fabula patet, cum Chriſtus non Hieroſolymis, ſed Nazarethi apud parentes fuerit educatus.*

c) Similis propemodum hiſtoriola occurrit apud Muhammedanos. Ajunt enim Jeſum cum ipſi Præceptor ſolennem formulam præiviſſet: *In nomine miſeratoris miſericordis*, qvæſiviſſe ex eo: *Quid ſibi velint in dictione BESMI* tres characteres B. S. M? qvod cum ille ignorarit, dixiſſe: literam B ſignificare *Bahah allah* (majeſtatem Dei) *S. Sanah allah* (celſitudinem Dei) M. *Malcoho* (regnum Dei.) d) Sed & Judæi de præceptore qvodam Jeſu fabulantur, *Joſua* nempe, *filio Parachia*, qvi cum ipſo Alexandriam in Ægyptum profugerit, e) cui *Elkanam* addo, qvem virulentiſſimus liber *Toledot Jeſchu* comminiſcitur. Etſi vero nihil certi hac de re conſtet, non tamen diffitendum, qvin facultatem legendi textum biblicum utilesqve libros more modoqve, ea ætate recepto, citra miraculum, qvod ſecus ſi eſſet, S. Scriptura forte non reticuiſſet, ſibi acqviſiverit. Atqve hinc non modo audacter in colloqviis cum Phariſæis & Sadducæis ad ſacrum codicem provocat,

c) *Vide* ſupra Tom. I. pag. 129. 165. 166. 207. 208. & B. D. JO. FRID. MAYERUM in diſſ. Gryphiswaldiæ edita de Præceptoribus CHRISTI.

d) *Refert MARACCIUS* in Alcoran. ad Sur. I.

e) *Hoc ex eorum mente refero, qui Talmudicum Jeſum eundem cum* Servatore *noſtro eſſe cenſent, quod* præter ſupra p. 397. laudatos recte ut opinor *cum SELDENO* l. IV. de jure N. & G. c. 9. *ſtatuit pluribusque docet WAGENSEILIUS* Sot. p. 1049. 1059. Licet alii dubitant vid. *SARZOV. ad* חזה Schickardi p. 16. & *WOLFERUM* annot. ad Theriac. Jud. c. I. §. 7. p. 50. ſeq.

cat, ſed & ipſe aliqvando in Synagoga publice prælegit. f)

§. 4.

Natus deinde annos duodecim, Hieroſolymis inter doctores audiendo eos, & interrogando, admirabilem ſe præbuit. ff) De colloqvii argumento multa commenti ſunt veteres. Tradunt enim diſſeruiſſe eum *cum Theologis* de perſona, officiisqve Meſſiæ, *cum Aſtronomo* de numero Sphærarum, & corporum cœleſtium, *cum Philoſopho* de Phyſica, Metaphyſica, Hyperphyſica, & Hypophyſica, de ſtructura corporis, facultatibus animæ, omniumque rerum natura, ita ſolide & ſubtiliter, ut ſingulorum animos oculosqve in ſe converteret. g) Sed etſi hæc in honorem Salvatoris dicta videantur, non tamen incerta ſolum, verum & manifeſto falſa, & maximam partem oppido inepta ſunt. Sedit utiqve in medio doctorum, doctorum non ſubſellia occupans, qvi pictorum error eſt, ſed auditorum loco modeſte ſe continens, aucupandoqve ſermones, qvos ad concionem faciebant illi, anſam dedit pia ſciſcitatione, ut ingenii vires reſpondendo ad quæſita expromerent magiſtri, & latentem in ipſo divinam virtutem tacite venerarentur.

§. 5.

Scribendi artem an calluerit? diſceptari poterat.

f) *Luc. IV,* 16. ff) *Luc. II,* 46.

g) Evangel. *de infantia Chriſti* ex arabico translatum a SIKIO, ſub finem.

terat. Nihil ad rem, qvod ex epiſtolis, librisqve ejus ad confirmandam ſententiam afferri poſſet. Sunt enim, qvod paulo poſt intelligemus, ſubleſtæ fidei. Sed aliqvid tamen ponderis habere videri poterât, qvod apud *Johannem* cap. VIII. 6. 8. in decidenda adulteræ *ἐν αὐτοφόρῳ* comprehenſæ cauſa bis de eo dicatur *ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν*. De cujus ſcriptionis argumento * non una interpretum mens eſt. Qvidam arbitrantur ſingulorum, qvi accuſabant mulierem, peccata conſignaſſe eum. Qvidam expreſſiſſe ſententiam prophetæ: *terra, terra, ſcribe, ſcribe hos viros abdicatos!* Qvidam: *terra eſtis & de terra judicatis*. Qvidam: *Feſtucam, quæ in oculis eſt fratris tui vides, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non vides*. Denique, literis expreſſiſſe, quæ mox reddebat locutu: *Qui ſine peccato eſt, primus in eam lapidem mittat*. Hi omnes concedant neceſſe eſt, Jeſum calluiſſe artem ſcriptoriam. Sed qvod pace eorum dixerim, non literarum qvidem figuras delineaſſe videtur mihi, ſed inſtar meditabundi: qvid ad captioſam iſtam malevolorum qvæſtionem commode reſponderet? arando pulverem negotium qvaſi feciſſe phantaſiæ, qvo minus ea animum in conſiderando turbaret. Τὸ γράφειν enim non definite notat pingere literas, mentis qvendam ſenſum exprimentes, ſed characteres etiam qvoscunqve, imo ductus qvoqve, nihil ſignificantes, effingere. Qva de cauſa ita ſentio: *Nec ipſa S. Scri-*

* Vide ſupra, Tom. I. p. 315 ſeq.

ptu-

ptura, nec alio idoneo teſte doceri poſſe Salvatorem Dominumqve noſtrum J. C. tenuiſſe artem ſcriptorium, aut ſi tenuerit, unquam exercuiſſe.

§. 6.

Sed forſan & linguarum ſtudium excoluit? *Vernacula*, id eſt, *Syro-Chaldæa*, qvæ vulgo *Hebræa* tunc audiebat, locutum eſſe, nemo non conceſſerit, qvi hiſtoriam Evangelicam diligenter conſideraverit. Opus præterea habuit *purioris* illius *linguæ* cognitione ad intelligendam Legem, qvam aliis recitavit e ſacro codice, atqve interpretatus eſt. Adeo enim gens ea avitæ linguæ tunc ignara fuit, ut textus ipſi ex Hebræo fonte in linguam ſibi receptam esſet transferendus. Qvid autem de *Græca* lingua, & *Latina* dicam? Illa certe victoriis Alexandri M. univerſo propemodum orienti adeo familiaris facta, ut non ſolum vulgo adhiberetur, ſed ipſi etiam Apoſtoli in libris epiſtolisqve conſcribendis ea fuerint uſi. Hujus autem notitiam inevitabilis converſatio cum Romanis, quibus tunc erat parendum, exigebat, adeo ut pauci, qvibus in publico verſandum, fuiſſe videantur, qvi præter gentis linguam, non etiam Græce dicerent, atqve Latine. Cum igitur Chriſtus non in Judæa ſolum, ſed confiniis qvoqve regionis verſaretur, & Hieroſolymis etiam cum Græcis, Romanisqve, proſelytis nempe, publicanis, militibus, ipſo deniqve Pilato ſine interprete loqveretur, ad-

admodum ſit veriſimile, eum Græcæ pariter atqve Latinæ linguæ non fuiſſe rudem. Num autem easdem uſu & exercitio, an vero præceptis didicerit? non juvat curioſius rimari.

§. 7.

Sed nec ſtudiorum, qvæ tum inter eruditos vigebant, expertem fuiſſe, ex diſputationibus cum Phariſæis & Sadducæis elucet. Paſſim enim ad traditiones veterum opinionesqve ſectarum, non adeo in vulgus notas diſerte provocat, qvarum rerum cognitionem tam ex familiari converſatione cum ipſis, quam lectione ſcriptorum, qvi tunc maxime volvebantur, acqviſiviſſe, propemodum veroſimile apparet. Non ſolum enim *lingua Talmudica* utitur, h) ſed parœmias etiam & integras hiſtorias, ſimilitudinesqve, & loqvendi formulas complures in ſcholis eorum tunc freqventer uſurpatas, & ſcripto poſtmodum codici Talmudico inſertas, prudenter in uſum ſuum contuliſſe, *Sheringham*, *Cartwight*, *Lightfoot*, *Dillherr*, *Hackſpan*, aliiqve viri, antiqvitatum Judaicarum admodum periti, jam olim ſunt arbitrati. Æqve parum enim indignum fuit ſapientia

h) CARPZOVIUS epiſt. dedic. Lightfooti Hor. Talmud. *Non alia*, inquit, *lingua vel dialecto, quam Talmudica, Jeſum inter Judaos agentem, locutum exiſtimes, nec putes alienum fuiſſe ab his loquendi formulis, quibus in Talmudicis Miſchna, & utriusque cum Babylonici, tum Hieroſolymitani Gemara Rabbinos iſtius temporis millies uſos deprehendis.*

tia diſſertiſſimi doctoris; e penu magiſtrorum illius ætatis expromere nonnulla, ac Paulo, Arati; aliorumqve profanorum autorum argute dicta immiſcere epiſtolis. Hoc enim pacto verſatum ſe in eorum ſcriptis teſtabatur, nec doctrinam, loqvendiqve rationem adſpernari, ſed qvod a veritate piisqve moribus alienum eſſet, emendare. Multo præterea probabilius aſſeritur, Salvatorem noſtrum, qvi paſſim traditiones patrum citat nonnihil ab Judæis pro lubitu ſumſiſſe mutuo, qvam Judæos, qvi ipſum & dogmata ejus plus, qvam Vatiniano odio proſeqvebantur, vel unicam modo ſententiolam Talmudico codici, libro ſcilicet longe ſanctiſſimo, inſeruiſſe. Sit ergo, qvod ad nullius Gamalielis pedes ſederit, triviſſe tamen eum Rabbinorum ſcripta, qvid vetat dicere? Accedit & illud, qvod non vulgo ſolum, ſed ab ipſis etiam Phariſæis & ſcribis, titulo eruditis Judæorum fere proprio, *RABBI*, ſalutaretur, & more magiſtrorum diſcipulos eligeret, populumqve etiam in Synagogis docendi poteſtatem haberet. Cum enim ſcholam aliqvando Nazarethanam ingreſſus ad legendum ſe pararet, oblatus ipſi liber Eſaiæ fuit, ex qvo inſignem locum recitavit, eumqve magna παῤῥησίᾳ explicatum dedit. i) Non cenſuerim, cuilibet ſine delectu fuiſſe licitum, lectorem eo in loco atqve interpretem agere, ſed munus id competiſſe iis,

i) *Matth. XIII*, 55. *Marc. VI*, 1. *Luc. IV*, 16.

iis, qvi γραμματεῖς & νομικοὶ vocabantur. Qvanqvam vero nonnullis extra ordinem etiam honor ille haberetur, k) non tamen fiebat niſi his, qvi aptitudine ad defungendum hoc officio inſtructi judicarentur. Cum igitur Chriſtus fama rerum geſtarum, & verbi præconio venerationem ſibi jam comparaſſet, ecce *MAPHTIR* ab archiſynagogo non tam ſeligitur, qvam offerendo ſemetipſum tacito nutu approbatur. l) Qvid? qvod nonnulli veterum eum ob morum probitatem, exqviſitamqve legis notitiam *SACERDOTEM* conſtitutum fuiſſe Hieroſolymis ſomniaverint, id qvod ex publica illa Legis lectione confirmari, *Suidas* m) opinatur, longam hac de re narrationem texens, qvam ſeorſim etiam paucis mutatis in Codice MS. biblioth. Pariſienſis reperiri *Ludolph. Kuſterus* ad autorem modo allegatum notavit. Præterea apud *Lambecium* n) inter MS. codices citari *S. Maximini fragmentum de ordinibus Eccleſiaſticis a Chriſto gradatim adminiſtratis.* Ac Sacerdotali qvidem ſtola velatum priſci pictores propemodum omnes repræſentant, id tamen non ex hoc capite, ſed ſimplici qvadam reverentia factum eſſe arbitror. Cum namqve vererentur, ne

k) *Act. XIII.* 16.

l) V. Lightfoot Hor. Talmud. pag. 254. 761.

m) *In lexico v.* Ἰησοῦς, *adde* Sixtum Senenſem bibl. l. 2. v. Jeſus.

n) In *Biblioth. Vendob.* l. IV. p. 169.

ſi Salvatorem contemptibili Judæorum habitu ſiſterent, contra dignitatem perſonæ peccarent, & clericorum veſtes ea ætate neſcio qvam ſanctitatis ſignificationem haberent, religionis cauſa optimum Salvatorem venerabili hac figura in tabulis vulgo commendare voluerunt. Atqve ea pingendi ratio ad noſtrum usqve ſeculum perduravit, qvod vel ex libris, qvi pericopas dominicales complectuntur, abunde conſtat. Sed hæc, qvæ de ſacerdotio Chriſti apud Judæos hinc inde enarrantur, ita comparata ſunt, ut fidem apud eum, qvi novit, qvid æra lupinis diſtent? haud qvaqvam inveniant.

§. 8.

Etſi vero hæc temere fingantur, qvin tamen non ſolum beneficio optimæ naturæ, ſed hominum etiam eruditorum converſatione, legendoqve eorum libros, pro ſtatu nempe, qvo uti tunc allibuerat, magnam rerum Judaicarum ſcientiam poſſederit, inficias ire non velim; Dubiam tamen hanc ejus eruditionem reddere videntur ipſi cives ejus Nazarethani, inter qvos educatus fuerat. Cum enim ipſum graviter perorantem audirent, rei novitate perculſi: *Unde*, inqviebant, *huic iſta eſt ſapientia? Nonne eſt ille fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joſes, & Simon, & Judas? & ſorores ejus, nonne omnes apud nos ſunt? Unde igitur iſti hæc omnia? Et offendebantur in eo.* o)

Sed

o) *Matth. XIII, 54. ſeq. Marc. VI. 1.*

Sed cum jam per plures annos abfuiſſet Jeſus, & in urbe Capernaum, qvæ tum qvam maxime florebat, ſedem poſuiſſet; homines illi ob loci diſtantiam, nullam tranſactæ hactenus vitæ cognitionem habentes, de ſtudiis ipſius ex vili parentum, & generis conditione, ineptiſſime judicant. Indigni igitur, qvi in hac cauſa admittantur arbitri.

§. 9.

De Judæorum p) pariter, atque gentilium q) blasphema opinione, *magicis artibus* inſtructum fuiſſe ſanctiſſimum virum vereqve divinum, horret animus referre.

§. 10.

Cum vero inter Judæos conſvetudine non illaudabili receptum eſſet, ut etiam, qvi ſapientiæ operam dabant, in futuros iraſcentis fortunæ uſus opificium addiſcerent, r) dicendum nunc eſt de iis functionibus Salvatoris noſtri, qvæ eo ſpectare videntur. *Murtadus*, Arabs, recenſionem faciens eorum, qui, cum præclari eſſent viri, labore manuum victitaverint, inter eos etiam Jeſum Mariæ filium ponit, eundemqve VIATOREM fuiſſe ſtatuit.

 s) In

p) Libro Toledot Jeſchu, *ex quo excerpta dedit PFEIFFER* Theol. Jud. exercit. V. § 8.

q) eo pertinet liber de *magia Chriſti ad Paulum & Petrum*; de quo poſtmodum agendi erit occaſio,

r) V. WAGENSEIL. Sot. p. 597 - 600.

s) In Evangelio de infantia Chriſti memoratur TINCTORIAM ARTEM exercuiſſe. Ad qvem locum cum *Henr. Sicke* t) pervenit, ex Apocrypho Perſarum libro addit: *Ea de cauſa Jeſum tinctores Perſæ pro Patrono venerantur, & tinctoriam domum* OFFICINAM CHRISTI *appellitant.* Sed & PLASTICÆ deditum fuiſſe, atqve è luto varii generis animalcula, imprimis autem paſſeres, finxiſſe, iisqve divina virtute indidiſſe vitam, non ſolum in Græco, & Arabico *de infantia Chriſti* libro, ſed in Muhamedis etiam *Corano*, blasphemoqve libro *Toldos Jeſchu*, annotatum legitur. Deniqve ut PICTORES etiam, de qvo gratularentur ſibi, haberent, ter ſuam *expreſſiſſe in linteo imaginem* perhibetur. Primum ut ſatisfaceret deſiderio Abgari regis, qvod monumentum Edeſſæ aſſervatum, tandem prædа Conſtantinopolin deportata in magna veneratione fuit. Deinde cum ad ſupplicium duceretur, in ſudario, quod ipſi Veronica porrexerat, reliqvit vultus ſui veſtigia. Ac deniqve in ſepulcralibus involucris figuram corporis & ſtigmatum prodigioſe notavit. Ita fingunt. (u)

§. II.

Communi ſententia *fabris* accenſetur, idqve

s) *un pelerin.* idem l. c. p. 599. 1123.

t) *Notis ad Evangel. infantia Chriſti pag. 55.*

u) *Pluribus argumentum hoc pertractavit, totamqve rem erudite excuſſit* REISKIUS in Exercit. hiſtor. de imagg. J. C.

qve confeſſione Nazaræ̃norum, qvorum de ipſo verbum diſerte extat *Marc. VI, 3.* Οὐκ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Μαρίας; Habent quidem nonnulli codices, τοῦ τέκτονος, uti & apud Matthæum XIII. 55. legitur; & *Origenes*, lib. VI. contra Celſum, negat Jeſum in ullo Evangelio, ab Eccleſia recepto, FABRUM appellari; Sed non modo veriſimile eſt filium Judæorum more, (w) edoctum eſſe artem, qvam nutritius Joſephus profitebatur: Sed conſentiunt etiam in lectione ea Codices MSS. tantum non omnes, Patres præterea, & tractatores Græci. (x) Similiter Julianus apoſtata, & Libanius Sophiſta, fabrum ex veterum traditione, aut ipſius etiam Scripturæ lectione, per calumniam vocaſſe Salvatorem, res eſt notiſſima. (y) Cum vero vox, τέκτων, χειροτέχνης ſit, & qvemlibet ſive *opificem*, ſive *artificem* deſignet, in diverſas de ſenſu ejus itum eſt ſententias. FABRUM MURARIUM, & AURIFICEM in animo habere videtur *Hugo*; FERRARIUM eligunt *Hilarius*, *Ambroſius*, *Beda*, & Evangelium Matthæi a *Tilio* editum; LIGNARIUM pleriqve veteres pariter, atqve recentiores. Sed cum & ii fabri, qvi ligna elaborant, non ſint unius generis, disqviri poſſit: Num *ſcriniarius*, num *vehicularius*, num *tignarius* fuerit? Primum ſenſiſſe videtur pædagogus ille Antiochenus, vir pius, qvi per ludibrium

w) Vid. LIGHTFOOT Hor. Talm. p. 618.
x) *Conf.* MILLIUM Var. Lect. in N. T.
y) *Loca collegit* SVICERUS Theſ. v. Τέκτων.

brium a Libanio ſophiſta qvæſitus: *Quid agit fabri filius?* Reſpondit: *Sandapilam fabricatur rerum omnium Conditor, quem tu per ludibrium fabri filium appellaſti.* 2) Secundum *Juſtinus* in dialogo cum Tryphone, aſſerens, Chriſtum aratra & juga, cum verſaretur inter homines, paraſſe. Tertium picturæ paſſim obviæ innuunt, qvæ Jeſum repræſentant occupatum cum Joſepho in extruendis navigiis. Qvartum autem univerſa propemodum antiqvitas calculo ſuo approbavit. Sed facile ſententiæ hæ in unam colliguntur, ſi conſideremus, non talem olim fabrorum, qvi lignum tractant, rationem diſtinctionemqve fuiſſe, qvalem hodie inter nos conſtitutam habemus, ſed cui libet permiſſum fuiſſe, præſtare in arte, qvæ poterat. Non male igitur *Evangelium de infantia Chriſti* conjungit ea, cum ita hac de re fabulatur: *Joſeph per totam urbem circumibat Dn. Jeſum ſecum ducebat, cum propter artificium ejus homines illum accerſerent, ut portas ipſis, aut mulctralia, aut cribra, aut arcas conficeret, et atque cum ipſo Dn. Jeſus quocunque proficiſceretur. Quoties cunque ergo Ioſepho aliquid operis ſui longius aut brevius, latius ſeu anguſtius faciendum eſſet, Dn. Jeſus manum ſuam verſus iſtud extendebat, ac ſtatim, prout vellet Joſephus, res ſuccedebat, ita ut opus non eſſet ipſi quicquam manu ſua perficere, quia nec admodum peritus erat artis fabrilis.* Qvicquid ſit, fatemur S. Scripturæ teſtimonio

a) SOZOMEN. l. IV. c. 2. THEODORET. H. E. l. III, cap. 28.

convicti, Chriſtum puerum paruiſſe nutritio, fabrum autem LIGNARIUM fuiſſe eum, pia ſimplicicate credimus in honorem antiqvitatis.

§. 12.

Ad grandiorem ætatem provectus *animum ſcribendis libris, literisqve exarandis applicuiſſe* dicitur. Nos præteritis iis ingenii monumentis, qvæ perperam nomine ejus feruntur, a) ea ſaltem memorabimus, qvæ dum inter mortales ageret, ab ipſo confecta fuiſſe veterum nonnulli ſenſerunt. Inter ea comparent XXVII. TOMI, qvos aſcendens in cœlum reliquit aperiendos ad portam magnæ converſionis mundi; b) LIBRI AD PETRUM ET PAULUM DE REBUS MAGICIS, qvos anteqvam moreretur confectos ab ipſo impoſtores volunt. c) EPISTOLA AC ABGARUM, Edeſſenorum regem. Hunc enim, cum adverſa valetudine conflictatum, literis ab eo petiiſſe ferunt, at accederet ſe, & præſens reſtitueret valetudini; Jeſum etiam humaniſſime reſpondiſſe, ſuumqve ipſi promiſiſ-

a) *Collegit ea præter* D. G. H. GOETZIUM. *in diſſert. de ſcriptis Chriſti, Witeberg, anno* 1687. D. THOMAS ITTIGIUS *in Heptade Diſſert.I. c.* 1. 2. & qvæ ſupra T. 1. 303. 321.

b) JOH. GREGOR. *Præfat. ad Obſerv. Sacr.* e KIRCHERI *prodromo Copt.*

c) AUGUST. l. 1. *de conſenſu Evangeliſt. c. 9. Refutavit illud de libro magico Commentum* HUETIUS *Demonſtr. Evangel. Prop. IX. c. 39. p. 829 ſq.*

ſe opem per diſcipulum ad eum finito redemtionis opere ablegandum. Hanc epiſtolam *Lambecius* d) extare inter codices Cæſareæ Bibl. refert, & qvidem non mediocriter diſcrepantem ab ea, qvam *Euſebius*, *Cedrenus* & *Nicephorus* habent, ac in fine multo auctiorem, utpote quæ annexam etiam præ ſe ferat *ſubſcriptionem Christi cum ſigillo* ✠ Ψ. X. E. Y. P. A. ejusqve interpretatione. Addit, *Cedrenum* jam meminiſſe ejus, ſed vocare illud *σφραγίδα γράμμασιν ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν ἑπτὰ*, ſenſumqve ejus fuiſſe *θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον*, indeqve patere Græcanicum illud ſigillum, interpretationemqve ejus ex lingua Græca deductam merum eſſe figmentum recentioris cujusdam hominis, qvem eundem reliqvi additamenti autorem eſſe, exiſtimat. Etſi vero hæc epiſtola, uti a primis tradita autoribus fuit, notæ ſit non temnendæ, nec qvicqvam perſona Salvatoris indignum contineat, ac multorum gaudeat patrocino, abunde tamen teſtatum fecerunt viri eruditi, pertinere eam inter pſeudepigrapha. Mentionem præterea facit aliqvot MSCtorum J. C. anno ſuperioris ævi 23. viſorum *Deckherus* in tract. de ſcriptis adeſpotis. Qvæ cujus argumenti fuerint; non liqvet, ſpuriæ tamen originis eſſe poſt tot ſeculorum ſilentium, qvis non judicaverit?

§. 13. Ivi-

d) *L. 5. Comment. Bibl. Vindob. p. 9. Cæterum*, vide ſi placet qvæ ad Epiſtolam illam ſupra T. I. p. 317. ſeq.

§. 13.

Ivimus nunc per veterum opiniones de *ſtudiis Domini*, & *Salvatoris noſtri J. C.* qvibus deditus, anteqvam humanis rebus ſe eximeret, perhibetur, & inter qvisqvilias veritatem indagavimus. Plurima dubiæ relationis fuerunt, multa ex errore nata, fraudulentia malorum, odioqve excogitata, pauca admodum probabili ratione ſuffulta. Circumſpecte igitur, conſiderateqve legamus, qvæ hoc de argumento conſignata in literarum monumentis obveniunt, ut neqve uſum acceptæ majeſtatis ultra conditionem ſtatus ſine Scriptura S. extendamus, neqve animam Salvatoris ſupra ſortem humanam temere extollamus, neqve qvicqvam eminentiſſima ſanctitate ejus indignum admittamus, ſed *ſimilitudinem ejus cum fratribus in omnibus excepto peccato*, e) memori verſantes mente, intra veritatis modeſtiæqve limites contineamus nos, ac reverenter atqve ſobrie de optimo terqve maximo generis humani Redemtore loqvamur pariter, atqve ſentiamus.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

e) Hebr. IV. 15. Confer B. Theologorum diſſ. D. *Mich. Waltheri* de diſſimilitudine ortus noſtri & CHriſti hominis. Witeb. 1690. reſpondente Jo. Dav. Schwertnero, poſtea Superint. Pirnenſi: & *D. Jo. Fechtii* de maſſa, ex qva CHriſtus natus præſervata. Roſtoch. 1707. *D. Jo. Frid. Mayeri* diſſ. ſelectas Hamb. p. 36. ſeqq.

T. I. *pag.* 154. delenda verba *Athanaſius & Nicephorus CPol.*

Ad pag. 162. Alterum miraculum non beneficium in porcis editum Gergeſenis addit Coſmas Indopleuſtes libro III. p. 165.

Ad pag. 166. Pſeud-Evangelium Leucii qvod exſtat Oxonii in Bibl. Collegii Corporis Chriſti, capite: *quomodo JEſus diſcendus erat literas: Et cœpit Magiſter imperioſe eum docere, dicendo: dic alpha. JEſus vero dixit ei, tu mihi dic prius quid ſit beta, & ego dicam tibi qvid ſit alpha. Et ob hæc Magiſter iratus percuſſit JEſum & poſtquam percuſſit eum, mortuus eſt.* Similia ex Apocryphis Marcoſiorum affert S. Irenæus lib. I. (c. 20. edit. Maſſveti.) Locum habes ſupra T. I. p. 128. 129.

Ad pag. 167. τζόχας, ſoccos è pannis, *tzangas* alii vocant, Germani qvoqve ſoffen. Confer Petavium ad Themiſtii Orat. II. p. 378. edit. Harduini: Lindebrogium ad Codicem Legum antiqvarum p. 1492. & Sirmondum ad Ennodium p. 46.

Ad pag. 168. Henricus Sike linguarum Orientalium Profeſſor in Academia Cantabrigienſi clarus eruditione & ingenio, ſed qvi miſeram eheu ſibi ipſe necem conſcivit A. 1712 De eo Ephemerides eruditorum Pariſienſes A. 1713. p. 328. Nova Bibl. Diarii Hallenſis, edita Germanice parte XXIII. p. 249. & Michaë-

lis de la Roche Bibliotheca Anglica, qvæ Gallice nuper cœpit vulgari T. 1. p. 354.

Ad pag. 170. Paſtorum Bethlehemiticorum nomina Μισαὴλ, Ἀχεὴλ, Κυριακὸς, Στέφανος, apud Iſ. Caſaubonum pag. 165. Exercitatt. ad Baronium, ex Codice Græco Bibl. Palatinæ.

Ad pag. 171. Antwerpiæ qvoqve præputium CHriſti ſervatum traditur, qvanqvam hoc in dubium vocat Jacobus le Roy in notitia Marchionatus ſacri Rom. Imperii c. 20. Omitto alias hujuscemodi παραδόσεις qvæ notatæ ſunt à B. D. Jo. Bened. Carpzovio in Concionibus Erotematicis ad Evangelia (Frag-Predigten) ad feſtum Circumciſionis CHriſti, qvæſtione curioſa, (parte 1. p. 144.) & Matthæo Kunſtmanno in diſqviſitione Hiſtorica de præputio Chriſti, Regiomont. 1688.

Ad pag. 172. Adde ex Actis S. Archelai cum Manete στύλον φωτὸς *columnam lucis*, στύλον δόξης *columnam gloriæ*, pag. 13. edit. Laurentii Zaccagnii.

Ad pag. 176. Illam idolorum Ægypti ruinam CHriſto præſente factam præter Athanaſium loco laudato pag. 90. ſeq. memorat Sozomenus lib. VI. cap. 21. Ad illam veteres putant reſpici ab Prophetis, Eſaia XIX. 1. & Jeremia XLIII. ult. Vide Carolum Magnum de imaginibus lib. 1. pag. 93.

Ad pag. 177. Adde hæc ex B. Ælredi, Abba-

batis Rievalenſis regula incluſarum Virginum cap. 48. (in Lucæ Holſtenii Codice Regularum Tom 3. pag. 129. ſeq.) *Noli in tua meditatione, Magorum munera præterire, nec fugientem* (JESUM) *in Ægyptum incomitatum relinquere. Opinare verum eſſe quod dicitur, eum à latronibus deprehenſum in via, & adoleſcentuli cujusdam beneficio acceptum. Erat, ut dicunt, principis latronum filius, qui præda potitus cum parvulum in matris gremio comperiſſet, tanta ei in ejus ſpeciociſſimo vultu ſplendoris majeſtas apparuit, ut eum ſupra hominem eſſe non ambigens, incaleſcens amore, amplexatus eſt eum.. Et ô, inquit, beatiſſime parvulorum: ſi aliquando ſe tempus obtulerit mei miſerendi, tunc memento mei, & hujus temporis noli oblivisci. Ferunt hunc eſſe latronem, qui ad CHriſti dexteram crucifixus eſt, cum alterum blaſphemantem corripuiſſet, dicens:* * Neqve tu times Deum qvi in eadem damnatione es? & nos qvidem juſte, nam digna damna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit; *converſus ad Dominum, eum in illa qua in puerulo apparuerat intuens majeſtate, pacti ſui non immemor:* Memento, *inquit*, mei cum veneris in Regnum tuum. *Itaque ad incentivum amoris non inutile arbitror huc uti opinione, remota omni affirmandi temeritate.*

Ad pag. 200. Confer Sozomenum VI. 2. Hilarium in Matthæum can. 4. Baſilium Magnum Tom. 2. p. 764.

Pag. 205. Zemune, *Zeno.*

De

* Luc. XXIII. 4.

De ſtatua HÆMORRHOUSÆ à CHRISTO ſanatæ, ejusque ad Herodem EPISTOLA.

Euſebius lib. VII. Hiſt. Eccleſ. c. 18.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς δὲ τῆς πόλεως a) εἰς μνήμην ἐλήλυθα, οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν. Τὴν γὰρ αἱμοῤῥοοῦσαν, ἣν ἐκ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων b) πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι μεμαθήκαμεν, ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια πα-

Rufini verſio.

VErum qvia urbis hujus a) fecimus mentionem, juſtum videtur commemorare etiam illud in ea qvod hiſtoria dignum duximus. Mulierem qvam ſanguinis profluvio laborantem à Salvatore curatam Evangelia b) tradiderunt, hujus Urbis civem conſtat fuiſſe, domusqve ejus in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus vero domus ipſius, baſis qvædam in loco editiore collocata monſtratur, in qva mulieris ipſius velut genibus

a) Cæſareæ Philippi, qvam Paneadem Phœnices appellant. Euſeb. VII. 17. Joſephus XIII. 3.

b) Matth. IX. 20.

bus provolutæ, c) palmasqve ſuppliciter tendentis imago ære videtur expreſſa. Adſtat vero alia, ære nihilominus fuſa ſtatua, habitu viri, ſtolâ compte circumdati & dexteram mulieri porrigentis. Hujus ad pedem ſtatuæ è baſi herba qvædam novâ ſpecie naſcitur, (*quæ cum exorta fuerit, excreſcere usque ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriam ſolet, quam cum ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languores-*

ραμένειν. Ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου, γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, c) καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσὶν, ἱκετευούσῃ ἐοικός. Τούτου δὲ ἀντικρὺς ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὄρθιον σχῆμα, διπλοΐδα d) κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτεῖνον, οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς στή-

c) En effigiem mulieris CHriſto, non imagini vel ſtatuæ ſupplicantis. Unde nullum ex hac re præſidium cultui imaginum peti poteſt, ut poſt alios facit Petavius XV. 13. dogm Theol. & incarnat. Neqve noſtris poteſt verti vitio, qvod in fronte operum B. Lutheri Elector Saxoniæ & Lutherus CHriſto crucifixo ſupplicantes conſpiciuntur. Vide Richardum Montacutium T. 2. Originum Eccleſ. p. 86. ſeq & Rev. D. Georg. Henr. Goezii diatribam Lubecae hoc anno 1718. editam de pictura Electoris Sax. & D. Lutheri coram Salvatore crucifixo procumbentium.

d) *Diplois* pallium, qvod duplicari in gerendo poterat. Vide Salmaſium in confutatione animadverſionum Antonii Cercoëtii ſive Dionyſii Petavii p. 9.

στήλης αὐτῆς ξένον τι βοτάνης εἶδος φύειν, ὃ μέχρι τῦ κρασπέδυ τῆς τῦ χαλκῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνειν. Τῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα, εἰκόνα τῦ Ἰησῦ f) φέρειν ἔλεγον. Ἔμεινε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς, g) ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας αὐτὺς τῇ πόλει. Καὶ θαυ-

que conquirit; ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens ſi antequam ænea fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. e) Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus JEſu f) formatam tradebant, qvæ permanſit usqve ad noſtra tempora, g) ſicut ipſi oculis noſtris conſpeximus: Et

e) Pro omnibus illis Rufini, qvæ uncis incluſi & aliis literis excudenda curavi, in Græco Euſebii tantum eſt: *qua ad fimbriam usque ænea diploidis aſſurgens, depellendis omnis generis morbis remedium eſt.* De illâ herbâ Godofredus ad Philoſtorgium p. 274. 276. Dallæus III. 2. de imagg. p. 265. ſeq.

f) Rufinum cum Euſebio conferens obſervabis in Græcis nullam fieri mentionem *ſimilitudinis vultus JEſu*, ſed tantummodo notari, qvod ut ſtatua altera mulierem, ita altera JEſum deſignaverit. Cæterum de tota hac narratione operæ pretium eſt adire Jo. Reiskium τὸν μακαρίτην in opere erudito de imaginibus JEſu CHriſti, Exercitatione IV. p. 104. ſeq.

g) Aſterius apud Photium Cod. 271. teſtatur ſublatam hanc ſtatuam à Galerio Maximino qvi ante Conſtantinum M. Imperio præfuit. Reſtituta eſt dehinc & in Eccleſiæ poſita Diaconico, unde Juliani deinde temporib. revulſa per mediam tracta plateam & confracta eſt teſte Sozomeno V, 21 Philoſtorgio VII. 3. Adde Combefiſii auctarium novum T. I. p. 264. ſeq. Jac. Godofredum ad Philoſtorg. p. 276 ſq.

Et nihil mirum ſi hi qvi ex gentibus crediderant, pro beneficiis quæ à Salvatore fuerunt conſecuti, hujusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc Apoſtolorum Petri & Pauli h) & ipſius Salvatoris imagines deſignari, tabulasqve depingi. Sed & antiqvas ipſorum imagines a qvibusdam conſervatas nos vidimus, qvod mihi videtur ex gentili conſvetudine indifferenter obſervatum, qvod ita ſoleant honorare qvos honore dignos duxerint. (*Inſignia enim veterum reſervari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium eſt.*)

μαςὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ταῦτα πεποιηκέναι. ὅτε καὶ τῶν Αποςόλων Παύλου καὶ Πέτρου h) καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριςοῦ, διὰ χρωμάτων ἐν γραφαῖς σωζομένας ἱςορήσαμεν. ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀπαραφυλάκτως οἷα σωτῆρας i) ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον.

Eadem

h) In Græcis nomen Pauli Petro præponitur, quod cum Rufino Damaſcenus, Nicephorus, Synodus Nicæna ſecunda, Valeſius poſtponunt. Plura Veterum loca Paulum Petro præponentium congeſſit Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. VIII, 33. T. I. Patrum Apoſtolicorum p. 414.

i) Dii paſſim culti hoc nomine, ut præter Iovem, Apollinem, Neptunum, Æſculapium, Bacchum, & Herculem, Dioſcuri σωτῆρες, Diana σώτειρα. Similiter principes Ptolemæus Seleucus, Antigonus, Demetrius, Trajanus & alii Imperatores. Vide Ez. Spanhemium Diſſ. V. de uſu numiſmatum (edit. novæ VII, p. 415. ſeq. T. I.)

Eadem ex Euſebio referunt Acta ſeptimæ Synodi (Nicænæ II.) actione IV. T. 4 edit. Harduin. p. 260. ſeq. Jo. Damaſcenus Orat. 3. de imaginibus p. 369. T. 1. edit. novæ; Georgius Monachus in ſcriptoribus poſt Theophanem p. 506. Nicephorus lib. VI. Hiſt. cap. 15. Confer etiam Origenes CPolitanas Combefiſii p. 24. & Carolum M. lib. IV. de imaginibus cap. 15.

Joannes Malala in Chronographia p. 305 ſeq. edit. Oxon. 1691. 8.

ΚΑὶ λυπούμενος διὰ τὸν Ἰωάννην ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἡρώδης ὁ δεύτερος, ὁ Φιλίππου, ἀνῆλθεν ἀπὸ τῆς πόλεως Σεβαστῆς ἐν Πανεάδι πόλει τῆς Ἰουδαίας. Καὶ προσῆλθεν αὐτῷ γυνή τις εὐπορωτάτη, οἰκοῦσα τὴν αὐτὴν Πανεάδα πόλιν, a) ὀνόματι Βερονίκη, βουλομένη, ὡς ἰαθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἰη-

HErodes autem rex, ejus nominis ſecundus, Philippi frater, ob Joannem contriſtatus, Sebaſte relicta Paneadem, Judææ urbem, ſe recepit. Acceſſit autem ad eum, ejusdem urbis incola, mulier qvædam opulenta, nomine Veronica. Huic in animo erat, ſtatuam erigere Jeſu in honorem, qvi eam à morbo liberaverat.

a) Ὀνόματι Βερονίκη) Βερνίκη, Jo. Damaſceno eſt, hunc Malalæ locum laudanti Orat. 3. de imaginibus T. I. p. 368. edit. clariſſimi viri Mich. le Quien.

verat. At hoc non auſa facere, niſi prius impetrata regis venia, libellum ſupplicem Herodi obtulit, Chriſto Salvatori ſtatuam in ea urbe erigendi licentiam petens. Libellus autem iſte ſic ſe habet:

Auguſtiſſimum Herodem, Toparcham, Judæis pariter & Gentibus Legislatorem, Trachonitidis Regem, Veronica, honorabilis urbis Paneadis incola, humillime precatur.

'Juſtitia, & erga homines benignitas, & qvodcunqve eſt virtutum omnium, divinum caput veſtrum, ceu corona cingunt. Qvod ego

σοῦ, στήλην αὐτῷ ἀναστῆσαι. Καὶ μὴ τολμῶσα, δίχα βασιλικῆς κελεύσεως, τοῦτο ποιῆσαι, δέησιν ἐπέδωκε τῷ αὐτῷ Ἡρώδῃ βασιλεῖ, αἰτοῦσα ἀναστῆσαι στήλην τῷ σωτῆρι Χριστῷ, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. Ἥτις δέησις ἔχει οὕτως.

Σεβαστῷ Ἡρώδῃ, τοπάρχῃ, καὶ θεσμοδότῃ Ἰουδαίων τε, καὶ Ἑλλήνων, βασιλεῖ τῆς Τραχωνίτιδος χώρας, ἱκεσίας δεήσεις b) παρὰ Βερονίκης, ἀξιωματικῆς πόλεως Πανεάδος.

Δικαιοσύνη, καὶ φιλανθρωπία, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρετῶν πασῶν περιστέφουσι c) τὴν ἡμετέραν θείαν κορυφήν. ὅθεν κἀγὼ ταῦτα εἰδυῖα, ἧκον σὺν ἀγα-

b) Παρὰ Βερονίκης, ἀξιωματικῆς πόλεως Πανεάδος) ἀξιωματικῆς ad Beronicen, non ad urbem referendum uti Godefredus Tilmanus, Jo. Damaſceni interpres, ſenſiſſe videtur. Ἀξιωματικοὶ ſunt, qui in dignitate aliqua conſtituti ſunt, & à plebe remoti.

c) Τὴν ἡμετέραν θείαν κορυφὴν) Scr. ὑμετέραν

ἀγαθαῖς ταῖς ἐλπίσι, πάντως τῶν αἰτουμένων τευξομένη. Τίς δὲ ἡ τοῦ παρόντος προοιμίου χρῆσις, προϊὼν ὁ λόγος σε διδάξει. Ἐκπαιδόθεν ληφθεῖσα πάθει αἱμοῤῥοίας, ὀχετῶν εἰς ἰατροὺς, καταναλῶσά μου τὸν βίον, καὶ τὸν πλοῦτον· καὶ ἴασιν οὐχ ηὗρον. Ἀκηκουῖα δὲ τοῦ θαυμαζομένου Χριστοῦ τὰ ἰάματα, ὡς νεκροὺς ἐξαναστῆσαι, καὶ τυφλοὺς πάλιν εἰς φῶς ἕλκειν, καὶ δαίμονας ἐκ βροτῶν ἀπελαύνειν, καὶ πάντας τοὺς ἐν νόσοις μαραινομένους, λόγῳ θεραπεύειν. πρὸς αὐτὸν οὖν κἀγὼ, ὡς πρὸς Θεὸν, ἔδραμον. d) Καὶ προσεσχηκυῖα τὸ περιέχον αὐτὸν πλῆθος, δειλιάσασα δὲ ἐξειπεῖν αὐτῷ

'neutiqvam ignorans,
'ad te accedo; ſpem
'optimam concipiens
'vota mea omnino
'obtinendi.' Qvid ve-
'ro ſibi velit hæc præ-
'fatiuncula, ſeqvens
'te docebit oratio. Ego
'qidem ab ætate pue-
'rili fluxu ſanguinis la-
'borans, facultates
'meas omnes, & for-
'tunas in medicos pro-
'fudi; remedium vero
'inveni nullum. Ubi
'vero ad me perveniſ-
'ſet Chriſti illius fama,
'qvi in Miraculis tan-
'tus erat, ut mortuos
'reſuſcitare, viſum cœ-
'cis reſtituere, dæmo-
'nas è mortalium cor-
'poribus ejicere, qvos-
'cunqve deniqve mor-
'bos verbo ſolo ſanare
'potuerit; ipſa qvoqve
'ad illum, tanqvam

d) καὶ προσεσχηκυῖα τὸ περιέχον αὐτὸν πλῆθος) Jo. Damaſcenus habet, τῷ περιέχοντι αὐτὸν πλήθει, rectius; cæterum hoc ipſum loquendi genus barbarum apud Malalam frequenter occurrit.

'Numen confugi. 'Turbam autem animadvertens circumſtantem, verebar illi 'morbum meum inſanabilem enarrare; ne 'forte ſpurcitiem mali 'averſatus, ira in me 'commoveretur; & 'morbus me inde ſævior affligeret. Me'cum igitur in animo 'reputans, qvod ſi li'ceret vel fimbriam 'veſtimenti attingere, 'ſtatim convaleſce'rem, occulte memet 'turbæ immiſcebam; '& fimbria ejus tacta, 'medelam ſuffurata 'ſum, ſubſtitit enim 'ſanguinis mei fluxus, '& protinus ſanata fui. 'Ille vero cordis mei 'conſilia præſentiſ'cens, elata voce.

καὶ τὴν ἀήττητόν μου νόσον, μή πως τὸν μολυσμὸν τοῦ πάθους ἀποστρεφόμενος, ὀργισθῇ κατ' ἐμοῦ, καὶ πλέον μοι ἐπέλθῃ ἡ πληγὴ τῆς νόσου· καθ' ἐμαυτὴν ἐλογισάμην, ὅτι, εἰ δυνηθείην ἅψασθαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, πάντως ἰαθήσομαι· καὶ λάθρα εἰς τὸ περὶ αὐτὸν εἰσδύνασα πλῆθος, ἐσύλησα τὴν ἴασιν, τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ ἁψαμένη· e) καὶ σταλείσης μου τῆς πηγῆς τοῦ αἵματος, γέγονα παραχρῆμα ὑγιής. Αὐτὸς δὲ μᾶλλον, ὡς προγνοὺς τῆς ἐμῆς καρδίας τὸ βούλευμα, ἀνέκραξε. Τίς μου ἥψατο; δύναμις γὰρ ἐξῆλθεν ἀπ' ἐμοῦ. Ἐγὼ δὲ ὠχριῶσα, καὶ στένουσα,

τὴν

o) Καὶ σταλείσης μου τῆς πηγῆς) Damaſcenus habet, σταθήσης, (pro σταθείσης) haud recte. Στέλλω hoc loco, *reprimo*, ſive *ſiſto*, ſignificat: unde habemus apud Alexandrum Aphrodiſ. τὰ στέλλοντα τὴν κοιλίαν, quæ alvum ſiſtunt ſive adſtringunt.

τὴν νόσον θρασυτέραν ὑποστρέφειν ἐπ' ἐμὲ λογιζομένη, προσπεσοῦσα αὐτῷ, τὴν γῆν ἐπλήρωσα δακρύων, τὴν τόλμαν ἐξειποῦσα. Ὁ δὲ, ὡς ἀγαθὸς, σπλαγχνισθεὶς ἐπ' ἐμὲ, ἐπεσφράγισέ μοι τὴν ἴασιν, εἰρηκώς. Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. πορεύου εἰς εἰρήνην. Οὕτως καὶ ὑμεῖς, Σεβαστοὶ, τὴν δέησιν ὀξεῖαν τῇ δεομένῃ παράσχετε.

'Qvis, inqvit, me tetigit? Virtus enim 'ex me prodiit. Ego 'vero pallore ſuffuſa, 'ingemiſcens; reverita, ne in me repetitis 'viribus graſſaretur 'morbus; ad pedes ejus 'provoluta, & terram 'lachrymis complens, 'audaciam meam pro'fitebar. At ille, pro 'benignitate ſua mei 'miſertus, præſtitam 'mihi valetudinem 'corroboravit, hoc di'cto: Confide filia, fides 'tua te ſalvam fecit: Vade in pace. Similiter '& vos, Auguſtisſimi, uti voto meo annuatis, 'obnixe peto.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡρώδης, ἀκηκοὼς ταῦτα διὰ τῆς δεήσεως, ἐξεπλάγη διὰ τὸ θαῦμα· καὶ φοβηθεὶς τὰ μυστήρια τῆς ἰάσεως, εἶπεν· Αὕτη ἡ εἰς σε γενομένη ἴασις, ὦ γύναι, μείζονος στήλης ἐστὶν ἀξία.

Hæc ubi ex libello ſupplici intellexiſſet Herodes, ad famam miraculi attonitus ſtetit; & myſterium curationis horreſcens, petenti reſpondit: 'Hæc 'in te, O Mulier, facta 'ſanatio, maximo ſane 'digna eſt monumen-

 to.

‘to. Abi igitur & ſtatuam ei erige qvalem ‘vis, honorem optatum illi exhibens, qui ‘te ſanam reddidit.

Statim itaqve Veronica, qvæ antehac Hæmorrhuſa fuerat, in media urbe ſua Paneade, Domino Deoqve Noſtro, Jeſu Chriſto, ſtatuam erexit, ex ære ductili conflatam, auri etiam aliqvantulum, & argenti admiſcens. Qvæ quidem ſtatua adhuc viſitur in urbe Paneade, jam olim, ab eo loco ubi ſtetit, urbis in meditullio, translata in ſanctam Ædem Oratoriam. Monumentum vero hoc inveni, in dicta urbe Paneade, apud Baſſum qvendam, qvi à Judaiſmo ad Chri-

Πορευθεῖσα τοίνυν, ἐὰν θέλεις, ἀνάστησον αὐτῷ στήλην, προθέσει δοξάζουσα τὸν ἰασάμενον.

Καὶ εὐθέως ἡ αὐτὴ Βερονίκη, ἡ πρώην αἱμοῤῥοῦς, ἐν μέσῳ τῆς ἰδίας αὐτῆς πόλεως Πανεάδος, ἀνέστησε τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ Ἰησοῦ Χριστῷ στήλην ἐκ χαλκοῦ θερμελάτου, συμμίξασα βραχύ τι μέρος χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου. Ἥτις στήλη μένει ἐν Πανεάδι πόλει, ἕως τοῦ νῦν, f) πρὸ πολλοῦ χρόνου μετενεχθεῖσα ἀφ' οὗ ἵστατο ἐν μέσῳ τῆς πόλεως τόπου, εἰς ἅγιον εὐκτήριον οἶκον. Ὅπερ ὑπόμνημα εὗρον ἐν τῇ αὐτῇ Πανεάδι πόλει παρὰ Βάσσῳ τινὶ, γενομένῳ ἀπὸ Ἰουδαίων χριστιανῷ. Ἐν δὲ ὑπο-

χει

f) Ἐκ χαλκοῦ θερμελάτου) Scr. θερμηλάτου, ut habet Damaſcenus.

g) Πρὸ πολλοῦ χρόνου) Damaſcenus legit, οὐ πρὸ πολλῶν χρόνων.

χει ὁ βίος πάντων τῶν βασιλέων τῶν βασιλευσάντων πρώην τῆς Ἰυδαϊκῆς χώρας.

ſtianiſmum tranſierat; qvi in eodem etiam libro antiqvorum Judææ Regum omnium res geſtas conſcriptas habuit.

Ad pag. 214. Ex Plinii ad Trajanum Epiſtolis, *adde*, & Svetonii Auguſto cap. 49.

Ad pag. 216. In actis præſidialibus paſſionis SS. Tarachi, Probi & Andronici, ab Emerico Bigotio editis una cum Palladio de vita S. Chryſoſtomi, pag. 280. Præſes ad ſanctum: μωρὲ τῦτο οὐκ οἶδας, ὅτι ὃν ἐπικαλῇ ἄνθρωπόν τινα γεγενημένον κακῦργον, ὑπὸ ἐξυσίας τινὸς Πιλάτυ ἡγεμόνος ἀνηρτήθη ἐν ςαυρῷ ὗ καὶ ὑπομνήματα κατάκεινται.

Ad pag. 217. Ad Tertulliani locum conferendus etiam Albertus Stadenſis in Chron. & è recentioribus Franciſcus Bivarius ad Chronicon Pſeudo Dextri p. 75. Conradus Dietericus in hiſtoria Tiberii Imp. pag. 115. & D. Chriſtianus Kortholtus ad Juſtinum Martyrem pag. 44. ſeq.

Pag. 221. Inter teſtimonia de Actis Pilati addendus hic locus ex interpolato S. Ignatii Martyrio num. 3. Ἐνταῦθα γῦν καὶ μηνύεται αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον ὡς εἴη τε τὰ χριςιανῶν πρεσβεύων, καὶ χριςὸν ἴσα καὶ Θεῷ τιμᾷν τὺς ἀνθρώπυς ἀναπείθων, καὶ τᾶυτα ςαυρὸν ὑπὸ Πιλάτυ κατακριθέντα καὶ θάνατον,

 ὡς

ὡς τὰ περὶ αὐτοῦ διδάσκουσιν ὑπομνήματα. *Hic ergo ei* (Trajano) *de Theophoro ſignificatur Ignatio, quod & religionem teneret Chriſtianam, & hominibus perſuaderet Chriſtum tanquam Deum honorarent, idque cum fuiſſet à Pilato cruce condemnatus & morte, ut docent ejus Acta.* Nihil tale legas in ſinceriore Ignatii Martyrio, quale edidit in Actis Martyrum ſinceris & ſelectis C. V. Theodoricus Ruinartus, & poſt Ruinartum, Lipſienſis Eccleſiæ lumen Thom. Ittigius in Bibliotheca Patrum Apoſtolicorum. Cæterum Cotelerius teſtatur in Codice Regis Galliæ 2431. extare ἀναφορὰν Πιλάτου πρὸς Τιβέριον cum narratione eorum quæ conſecuta ſunt, ſed adeo mendaci craſſo ineptoqve commento, ut legiſſe pigeat. Ἀναφορὰν quam ex Cod. 2493. Colbertino mecum Græce communicavit Rev. Guſtavus Schrœderus, Potentisſimi Danorum Regis ad Regem Chriſtianisſimum legati tunc à ſacris, hodie Paſtor meritisſimus Eccleſiæ Glükſtadienſis, juvat hoc loco ſubjungere:

Relatio PILATI Præfecti, de JESU CHRISTO Domino noſtro, miſſa ad Tiberium Imp. verſantem Romæ.

Ἀναφορὰ ΠΙΛΑΤΟΥ τοῦ ἡγεμόνος περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ.

CUm mortem paſſus eſſet Dominus noſter JEſus CHriſtus

Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παθόντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ

ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος τῆς παλαιστίνης καὶ τῆς Φοινίκης. Ταῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις γεγόνασιν τὰ ὑπομνήματα τὰ κατὰ τοῦ Κυρίου πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ Πιλάτος μετοικίας αὐτοῦ ἀναφορὰν ἐξέπεμψεν αὐτῷ τῷ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ γράψας οὕτως.

Κρατίστῳ σεβασμιωτάτῳ καὶ Φοβερωτάτῳ Τιβερίῳ Καίσαρι Πιλᾶτος ὁ τὴν ἀνατολικὴν διέπων ἐπαρχίαν.

Μηνύσαι κέχρημαι διὰ τῶνδε; Φόβῳ καὶ τρόμῳ συνεχόμενος, κράτιστε βασιλεῦ, τὴν τῶν ἐνισταμένων καιρῶν ῥοπὴν, ἐκ τῶν ἃ ἐπίσονται λαβὼν τῶν τε λοιπῶν χρόνων ἐνδείκνυσιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἥνπερ διέπω ἐπαρχίαν, ἥτις μία τῶν πόλεων κέκληται Ἱερουσαλὴμ, ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων παρέδωκαν μοι ἕνα ἄνθρωπόν τινα λε-

ſub Pontio Pilato, Provinciæ Palæſtinæ & Phœnices Præfecto. Acta hæc compoſita ſunt Hieroſolymis, qvæ adverſus Dominum egerunt Judæi. Sed & Pilatus ex Provincia ſua ſcripto retulit Romam ad Imperatorem, his verbis:

Potentiſſimo, Auguſtiſſimo & invicto Imperatori Tiberio Pilatus Præfectus Orientis.

Cogor hiſce literis tibi Potentiſſime Imperator ſignificare metu licet plenus ac terrore, qvid nuperi temporis impetus tulerit, & jam colligo inde qvid deinceps poſtea ſit futurum. In hujus cui præſideo provinciæ urbe Hieroſolymis univerſa multitudo Judæorum mihi tradidit homi-

nem

nem cui nomen JEſu,
& multorum eum
reum egit criminum,
ſed qvæ firmis argu-
mentis probare non
potuerunt. In hoc ta-
men conſpirarunt o-
mnes, qvod Jeſus ſab-
bato feriandum non
eſſe docuiſſet. Nam
multos ſanavit illa
die, cœcis viſum re-
ſtituit, claudis ince-
dendi facultatem;
mortuos ſuſcitavit,
mundavit leproſos,
curavit paralyticos,
qvi plane debiles eſ-
ſent, neqve vires ul-
las corporis aut ner-
vorum firmitatem ha-
berent: his omnibus
non modo vocis uſum
& harmoniæ percipi-
endæ, & facultatem
ambulandi & curren-
di reddidit ſolo verbo
præcipiens infirmis,
ſed & aliud qvid majus
effecit qvod Dii no-
ſtri præſtare non poſ-

γόμενον Ἰησοῦν, πολλὰ
ἐγκλήματα κατ' αὐτοῦ
ἐπιφερόμενοι, ἅπερ οὐκ
ἠδυνήθησαν τῇ συστάσει
τῶν λόγων διελέγξαι.
Μία δὲ τοῖς αὐτοῖς αἵρε-
σις ἦν, ὅτι τὸ σάββα-
τον αὐτοῖς ἔλεγεν ὁ Ἰη-
σοῦς μὴ ἐν σχολῇ παρα-
τηρεῖσθαι. Πολλὰς γὰρ
ἰάσεις ἐπετέλεσεν αὐτῇ
τῇ ἡμέρᾳ, τυφλοὺς ἐποίη-
σεν ἀναβλέπειν, χωλοὺς
περιπατεῖν, νεκροὺς ἀ-
νέστησεν, λεπροὺς ἐκαθά-
ρισεν, παραλυτικοὺς ἰά-
σατο, μὴ δυναμένους τὸ
σύνολον μήτε ὁρμὴν τοῦ
σώματος, μήτε νεύρων
στάσιν ἔχοντας, οὐ μόνον
φωνὴν καὶ ἁρμονίαν καὶ παρ-
έσχεν αὐτοῖς δύναμιν τοῦ
περιπατεῖν καὶ τρέχειν, ῥή-
ματι μόνῳ τῷ ἀσθενεῖ ἐπι-
τρέψας, ἀλλὰ πάλιν τι
δυνατώτερον πρᾶγμα ὅ-
περ ἐστὶν παρὰ τοῖς παρ'
ἡμῖν Θεοῖς ξένον, τετραή-
μερον νεκρὸν ἀνέστησεν ἐν
λόγῳ μόνον καλέσας αὐ-
τοῦ τοῦ τεθνηκότος τὸ ὄ-
νομα

νεμα, καὶ αὐτὸν οὐκ ἰχὼρ διέφθειρεν ὑπὸ τῶν σκωλήκων, καὶ τὸ δυσῶδες τοῦ κυνὸς ἔχοντα, ὃν ἰδὼν ἐν τῷ τάφῳ κείμενον ἐκέλευσεν τρέχειν μήτε ὅλως νεκροῦ τι ἔχοντα, ἀλλ᾽ ὡς ἐκ παστοῦ νυμφῶν οὕτως ἐπῆλθεν ἐκ τοῦ τάφου εὐωδίαν πλείστην κεκτημένος. Καὶ ξένους καὶ νωφοὺς δαιμονιζομένους καὶ τὰς οἰκήσεις ἐν ἐρημίαις ἔχοντας καὶ σάρκα τρέφοντας, τὴν τ᾽ οὐσίαν ὁμοίως τοῖς κτήνεσιν, καὶ ἑρπετοῖς συναναστρεφομένους, ἵλεως ὄντας καὶ τούτους κατέστησεν οἰκήτορας πόλεων, καὶ διὰ λόγου σώφρονας ἀνέδειξεν. Σοφούς τε καὶ δυνατοὺς καὶ ἐνδόξους παρεκάλεσεν γενέσθαι συνεσθίοντας πανταπάσιν πολεμίους τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀλεθρίων. Πάλιν ἄλλος ὑπῆρχεν ξηρὰν ἔχων τὴν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὸ ἥμισυ μέρος.

ſunt. Qvatriduanum mortuum ſolo verbo & compellato tantum ejus nomine ſuſcitavit, illumqve cujus ſanies jam à vermibus corrumpebatur, & qui canis inſtar fœtebat, videns in ſepulchro poſitum juſſit currere, nullatenus amplius ſimilem mortuo ſed ex ſepulchro velut ex thalamo ſponſi prodeuntem ſvaveolentiſſimum. Præterea mente alienatos & agitatos a dæmoniis, inqve deſertis degentes beſtiarum inſtar ferarum & cum ſerpentibus enutritos, iterum mites placidosqve reddidit, ſoloqve verbo ut urbes rurſus incolerent & ad ſe redirent effecit, adeſſe juſſis hominibus mente & viribus integris ac nobilibus qvi cum illis comederent, & hoſtes jam

jam illos ac debellatores pernicioſorum à qvibus vexati fuerant dæmonum viderent. Fuit & arida homo manu, ſive potius dimidia corporis parte veluti in ſaxum mutatâ, qvi præ macilentia vix hominis formam referret. Hunc qvoqve ſolo verbo curavit & ſanitati reſtituit. Tum mulier ſangvinis profluvio laborans exhauſtis ſangvinis fluxu arteriis venisqve vix hærebat oſſibus mortuæ ſimillima & deſtituta voce, cui Medici illius loci mederi neutiqvam poterant. Hæc clam, cum prætereunte forte Jeſus ab ejus umbra vires cepiſſet, à tergo veſtis ejus fimbriam tetigit, eademqve hora repleta ſangvinis & à malo ſuo liberata fuit, qvo fa-

τοῦ σώματος ἀπολιθωθὲν ὑπῆρχεν τοῦ ἀνθρώπου, μήτε πλάσιν ἀνδρὸς ἢ σώματος ἔχειν, ὡς λίαν στενήν. Καὶ τοῦτον λόγῳ ἰάσατο καὶ ὑγιῆ ἀπέδειξεν. Καὶ γυνὴ δὲ αἱμοῤῥοοῦσα πολλοὺς χρόνους ἀπὸ τῆς ῥεύσεως τοῦ αἵματος τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας ἀντλήσασα, καὶ μήτε τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐπιφερομένη, νεκροῖς δὲ ἀπεικασμένη, ἄφωνός τε οὖσα, ὡς οἱ ἐκ τῆς ἐνορίας ἰατροὶ αὐτὴν οὐκ ἠδύναντο ἰατρεῦσαι, ὅτε γὰρ σκιὰ τῆς ζωῆς αὐτῇ ὑπῆρχεν. Καὶ μυστικῶς, διερχομένου τοῦ Ἰησοῦ, ἰσχὺν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐπισκιάσεως αὐτοῦ, ὄπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνεπλήρωσεν δύναμις τὰ κενώματα αὐτῆς, ὡς μηδέποτε παθοῦσα τὴν πεπονθεία. Καὶ ἤρξατο δρομαίως τρέχειν εἰς τὴν αὐτῆς πόλιν Καφαρναοὺμ ὡς

ὡς πλησιάζειν τὴν πορείαν ἡμερῶν ἕξ. Καὶ ταῦτα μὲν ἅπερ πρόσφατος κατὰ νοῦν ἔχων ἐμήνυσα· ὡς ὅτι καὶ παρὰ τοὺς Θεοὺς οὓς σεβόμεθα, μείζονα κατενόησα θαυματουργήματα παρ' αὐτοῦ γεγονότα, Τοῦτον δὲ Ἡρώδης καὶ Ἀρχέλαος, Φίλιππος, Ἄννας καὶ Καϊάφας παρέδωκάν μοι σὺν παντὶ τῷ λαῷ, ἐπὶ τῇ τούτου ἀνεξετάσει πολλὴν στάσιν ποιήσαντες κατ' ἐμοῦ. Ἐκέλευσα οὖν τοῦτον σταυρωθῆναι, πρῶτον φραγελλώσας αὐτόν. Μηδεμίαν αἰτίαν εὗρον κατ' αὐτοῦ κακῶν ἐγκλημάτων ἢ πράξεων. Ἅμα δὲ ἐσταυρώθη, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, τοῦ ἡλίου μέσον τῆς ἡμέρας σκοτισθέντος καὶ τῶν ἀστέρων φανέντων, ἐν οἷς λαμπεδόσιν οὐκ ἐφαίνετο, ἡ δὲ σελήνη τὸ φέγγος ὡς αἱματίζουσα διέλιπεν, κόσμος δὲ τῶν καταχθονίων κατεπόθη, ὡς

cto, feſtinato greſſu in civitatem ſuam Capernaum accurrit, & ſex dierum iter abſolvere potuit. Atqve iſta majora à Jeſu qvam à Diis qvos noſmet colimus facta miracula expoſui, prout ſtatim memoria cogitanti ſuggeſſit. Hunc Herodes, Archelaus, Philippus, Annas & Caiphas una cum toto populo mihi tradidere, magno ſuper ejus inqviſitione facto adverſus me tumultu. Juſſi igitur prius flagellatum in crucem egere, licet nullam cauſam in eo maleficiorum criminumqve reperi. Simul autem crucifixus eſt, ſimul tenebræ univerſam terram opplevere, ſole per meridiem obſcurato & aſtris comparentibus, dum interim inter ſtellas deſideraretur

nec

nec ſplenderet luna ſangvine veluti ſuffuſa atqve deficiens: Tunc ornatus omnis rerum terreſtrium ſepultus erat, ita ut præ tenebrarum denſitate nec ipſum à Judæis poſſet conſpici qvod ita vocant ſanctuarium: terræ vero dehiſcentis chaos & dejectorum fulminum ſtrepitus percipiebatur. Inter hunc ipſum terrorem è mortuis ſuſcitati videndos ſe præbuere, ut ipſi Judæi teſtes affirmarunt, in his Abraamus, Iſaacus, Jacobus, duodecim Patriarchæ, Moyſes & Joannes, qvorum pars ante ter mille & qvingentos ut ajunt illi annos diem obierunt. Et plurimi qvos in vita etiamnum noverant, jam vero plangentes bellum qvod inſtet propter ipſorum

αὐτὸ ὅπερ εἶχον ἁγίασμα ναοῦ λεγόμενον αὐτοῖς Ἰουδαίοις μὴ ὀφθῆναι τῇ τούτου πτώσει, χάσμα δὲ τῆς γῆς ἐλλειπομένης, βροντῶν τ᾽ ἦχος καταβαινουσῶν. Ὤφθησαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ νεκροὶ ἀναστάντες, ὡς αὐτοὶ Ἰουδαῖοι μαρτυρήσαντες εἶπον, ἐν οἷς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς δώδεκα Πατριάρχας καὶ Μωυσῆν καὶ Ἰωάννην τοὺς προτελευτήσαντας ὥς φασιν ἐκεῖνοι πρὸ τρισχιλίων πεντακοσίων ἐτῶν. Καὶ πλεῖστοι πολλοὶ οὓς καὶ εἶδον ἐν σώματι φανέντας, θρῆνον δὲ ποιήσαντας δι᾽ αὐτὴν γενομένην δι᾽ αὐτῶν παράνομον πρᾶξιν, καὶ ἀπόλειαν τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῦ νόμου αὐτῶν. Ἔστη δὲ ὁ φόβος τοῦ σεισμοῦ ἀπὸ ὥρας ἕκτης παρασκευῆς ἕως ἐννάτης. Ὀψίας γενομένης τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων ἦχος ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε τὸν

τὸν οὐρανὸν γένεσθαι φωταγωγὸν ἑπταπλασίονα ὑπὲρ πάσας τὰς ἡμέρας. Ὤφθη δὲ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς ἥλιος, ὡς οὐδέποτε, πολλὰ φαιδρύνας, ὥσπερ ἀστραπαὶ ἄφνω χειμόνος ἐπέρχονται· οὕτως ἐφάνησαν ἄνδρες ἐν νεφελικῇ στολῇ καὶ δόξῃ μεγάλῃ ὑπάρχοντες, πλῆθος ἀναρίθμητον κράζοντες, καὶ φωναὶ ἠκούοντο ὥσπερ παμμεγέτους βροντῆς· ὁ σταυρωθεὶς ἀνέστη Χριστός. Ἀνῆλθον τε ἐξ ᾅδου οἱ δεδουλωμένοι ἐν τοῖς καταχθονίοις τοῦ ᾅδου, καὶ ἦν τὸ χάσμα τῆς γῆς ὡς μὴ ὄντων ἐδρασμάτων, ἀλλ' οὕτως ἦν· ὡς αὐτὰ τὰ ὕδατα ὑποκάτω ἀβύσσου φαίνηται, μετὰ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς καίπερ ὑπαντώντων ἐν σώματι ἐν μέσῳ τοῦ πλήθους τῶν ἀναστάντων νεκρῶν. Ὁ δὲ ἀναστήσας πάντας τοὺς νεκροὺς καὶ συνδήσας τὸν ᾅδην, ἔλεγεν· Εἴπατε

impietatem, Judæorumqve & legis ipſorum everſionem qviritantes. Tremor ex terræ motu duravit à ſexta hora diei paraſceves usqve ad nonam. At die prima ſabbatorum facto mane ſonus de cœlo auditus eſt, cœlumqve lumine perfuſum ſeptuplo tanto qvantum aliis ſolet diebus. Die tertia noctis ſol viſus eſt incomparabili ſplendore prolucens, & qvemadmodum fulgura in tempeſtate ſubito promicant, ſic viri lucida veſte & gloria magna induti apparuerunt cum innumerabili multitudine clamantium, & voce magni tonitrui inſtar proloqvente: *Chriſtus crucifixus reſurrexit.* Et qvi ſub terra apud inferos ſervitutem ſervierant, prodierunt

dierunt in vitam, hiatu terræ tanto ac ſi fundamenta nulla eſſent, ita ut aqvæ ipſæ ſubter abyſſum apparerent, dum mortuis plurimis reſuſcitatis obviam veniebant cœleſtes ſpiritus corpore præditi. Qvi vero ſuſcitaverat mortuos omnes, & inferna vinculis conſtrinxerat Jeſus, Dicite diſcipulis, inqvit, qvod antecedet vos in Galilæam, ibi eum viſuri eſtis. Per totam porro noctem lumen iſtud lucere neutiqvam deſiit. At Judæorum non pauci voragine terræ abſorpti ſunt, ut altera die deſiderarentur multi Judæi ex iis qvi in Chriſtum dixerant. Aliis qvalia non qviſqvam noſtrum vidit Phasmata ſeſe conſpicienda obtulerunt. Neqve una

NEroné Auguſto adhuc adoleſcente, penes Senecam ac Burrum Reipublicæ adminiſtratio erat. Interim Nero vacabat ſtudiis philoſophiæ, atqve inter cætera de Chriſto inqvirebat, qvem qvidem adhuc ſupereſſe in vivis arbitrabatur. Sed cùm comperiſſet illum à Judæis in crucem actum eſſe, iratus Annam & Caipham Pontifices cum Pilato vinctos ſiſti juſſit, ab iisqve ſciſcitatus eſt qvæcunque in ejus judicio acta eſſent. & Annas qvidem & Caiphas illum à ſe ex præſcripto legum ſuarum judicatum eſſe dixere, nec ſe adverſus maje-

Ὅτι βασιλεύοντος νέου τοῦ Νέρωνος Βούῤῥας καὶ Σενέκας διῴκουν τὰ πράγματα. ὁ δὲ λόγοις ἐσχόλαζε φιλοσόφοις, καὶ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ κατεμάνθανεν. * ἔτι γὰρ ἐνόμιζεν αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφεσθαι. καὶ μαθὼν ὅτι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐσταυρώθη, ἠγανάκτησε, καὶ προστέταξεν ἐλθεῖν τοὺς ἱερεῖς Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, καὶ τὸν Πιλάτον σιδηροδέσμιον, καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ πεπραγμένα κατεμάνθανεν. οἱ οὖν περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν ἔλεγον, ὅτι ἡμεῖς τοῖς νόμοις αὐτὸν πα-

* Conferendi Suidas voce Νέρων, & Jo. Malala p. 323. Chronographiæ.

παρεδώκαμεν, καὶ εἰ καθοσιώσιν οὐχ ἡμάρτομεν. ὁ γὰρ Πιλάτος ἂν ἄρχων ὅσα ἠβουλήθη ἔπραξε. καὶ τοῦτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέκλεισεν, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄνναν ἀπέλυσεν. ὕστερον δὲ τὸν Πιλάτον τῆς κεφαλῆς ἀπέτεμεν, ** ὡς τηλικοῦτον ἄνθρωπον ἀνελεῖν τολμήσαντα δίχα βασιλικῆς κελεύσεως. καὶ μετὰ ταῦτα Πέτρον μὲν ἐσταύρωσε, Παῦλον δὲ τῆς κεφαλῆς ἀπέτεμε.

ſtatem principis qvidam deliqviſſe: à Pilato enim præſide cuncta pro arbitrio eſſe geſta. Qvibus auditis, Nero Pilatum qvidem conjecit in carcerem, Annam verò cum Caipha indemnem dimiſit. Nec multò pòſt in Pilatum gladio animadvertit, qvòd tantum virum absqve principis auctoritate auſus eſſet morte mulctare. Poſthæc Nero Petrum in crucem tolli, Paulum capite truncari juſſit.

* * *

Hiſtoria Apocrypha *de ſepultura CHriſti*, Græce exſtat MS. in Bibl. Coisliniana. "Vide Catalogum MSS. Græcorum ejus Bibl. editum ab Eruditiſſ. Montfaucono. p. 412.

** Apud Coptos fertur traditio de Pilato denique ad CHriſtum (quem condemnaverat) converſo, & Martyre: cui fabulæ anſam dediſſe Chriſtianum quendam Coptum, nomine Pilatum, notatur in libro *Nouveaux memoires des Miſſions de la Compagnie de Jeſus dans le Levant*, Tomo II. Vide Memorias Trevoltinas A. 1717. p. 1757.

DE JOSEPHO Arimathæo, & LAZARO.

Ex diſſ. B. D. Thomæ Ittigii de Patribus Apoſtolicis p. 21. ſeq.

AC primum qvidem JOSEPHUM ARIMATHÆUM commemorare lubet, qvem ad ecclesias Britannorum, epiſtolas qvasdam contexuiſſe nonnulli tradiderunt, ut in prima Scriptorum Britannicorum centuria a) memorat Joannes Baleus, qvi Joſephum hunc genere Judæum, dignitate Senatorem, religione Chriſti diſcipulum, pietate, juſtitia & aliis virtutibus illuſtrem, ac imprimis ob Chriſti ſepulturam celebratum, inter Scriptores Britannicos retulit, quia a Philippo Apoſtolo ex Galliis in Britannias miſſus creditur, ubi cum ſociis evangelium prædicaſſe, multosqve ad fidem Chriſtianam perduxiſſe perhibetur. Sane Joſephum hunc Arimathienſem fundamenta religionis Chriſtianæ aliqva in Anglia jeciſſe, & inter primos hujus gentis Apoſtolos fuiſſe, rerum Anglicarum Scriptores paſſim tradiderunt, e qvibus Polydorum Virgilium, b) Guilielmum Cambdenum, Johannem Pitſeum, & Richardum Crakanthorpium nominaſſe nunc ſuffi-

a) *c. 22. p. 15.*
b) *Virg. libr. 2. hiſt. Angl. c. 37. Cambd. Brit. p. 47. Pits. relat. hiſt. rer. Angl. p. 13. Crak. def. eccleſ. Angl. contra M. Ant. de Dominis injurias c. 4. pag. 24. Godw. c. 2.*

ſufficiat. Qvi plures noſſe cupit, Franciſci Godwini de Præſulibus Angliæ commentarium & præmiſſam diſſertationem adire poterit, ubi illam traditionem multis antiqviorum & recentiorum teſtimoniis confirmat. Atqve hinc etiam Oratores Anglici pro ſui regni eminentia contra Gallos in concilio Conſtantienſi inter alia & hoc allegarunt, qvod Joſephus Arimathæus ſtatim poſt Chriſti paſſionem Angliam ingreſſus fuerit, & populos ad fidem converterit, anteqvam Dionyſius in Francia Evangelium prædicaret, ut videre licet ex diſceptatione ſuper dignitate & magnitudine regnorum Britannici & Gallici, ab utriusqve Oratoribus & Legatis in concilio Conſtantienſi habita, & in editionibus actorum concilii Conſtantienſis qvidem omiſſa, ſed A. C. 1517. Lovanii, & iterum A. C. 1690. Londini edita. Eadem controverſia ante concilium Conſtantienſe in Piſano concilio agitata, & poſt concilium Conſtantienſe in Senenſi adverſus Hiſpanos, Scotos & Gallos ab Anglis renovata fuit, iterumqve in concilio Baſileenſi inter Oratores Regis Angliæ & Caſtellæ graviſſima de hoc negotio contentio efferbuit, quam ex ſchedis Cottonianis Jacobus Uſſerius deſcribit, qvi in ſuis Britannicarum eccleſiarum antiqvitatibus c) de Joſephi in Angliam adventu prolixe agit, & hanc de Joſepho traditionem, ſi modo aliqvid veri habeat, plurimis fabulis contami-

c) *cap.* 2.

natam

natam judicat, unde ſe & otio ſuo & lectorum patientia abuſurum veretur, ſi omnia illa commenta, qvæ vel in magna Glaſtonenſium tabula de Joſepho referuntur, vel ex aliis ſtramentitiis ſcriptis a Capgravio, Hardingo & aliis referuntur, commemorare velit. Eandem de Joſephi ad Britannos adventu traditionem ut fictitiam explodunt Eduardus Stillingfleet d) in tractatu de origine eccleſiæ Britannicæ, Samuel Baſnagius e) in exercitationibus hiſtorico-criticis, & alii.

Cum autem Joſephi ad Britannos adventus infirmo admodum fundamento nitatur, ſimul qvoqve *epiſtolarum*, qvas ad Britannicas eccleſias ſcripſiſſe dicitur, autoritas labaſcit. Accedit, qvod illæ epiſtolæ in nullius conſpectum unqvam venerint. De ipſo Joſepho refert Gregorius Turonenſis, f) qvod in cellulam incluſus & ab ipſis Sacerdotum Principibus cuſtoditus, ſed Domino reſurgente, cum parietes cellulæ in ſublimi ſuſpenſi fuiſſent, ab hac cuſtodia liberatus fuerit, ideoqve Pontifices, cum a militibus corpus Chriſti repoſcerent, hoc reſponſum tulerint: *reddite vos Joſephum, & nos reddemus Chriſtum.* Sed Epiſtolæ Joſephi Arimathæi, ſi unqvam in rerum natura fuerunt, cellis ſuis adhuc incluſæ jacent, nec prodire hactenus auſæ ſunt, metuentes, credo, ne fraude agnita publico omnium ludibrio exponantur.

LA-

d) *cap.* 1. e) *pag.* 26. f) *lib.* 1. *hiſt. cap.* 20.

LAZARUM Mariæ & Marthæ fratrem a Chriſto excitatum e ſepulchro prodiiſſe ex ſacro Johannis Evangelio g) conſtat. Non item certo conſtat, qvod nonnulli tradiderunt Lazarum cum Maria, Martha, Marcella & ſociis navi ſine remis impoſitum in Gallia appuliſſe. Nam hæc traditio ad iſta Monachorum figmenta videtur pertinere, qvæ circa primos Evangelii in Gallia recens nata paſſim circumferri Franciſcus Bosqvetus in prima editione hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ Gallicanæ libere qveſtus eſt. Qvæ qverela ut juſtiſſima fuit, ita eam in ſecunda editione, qvæ A. 1636. longe auctior prodiit, omiſſam Dallæus h) & alii haud immerito mirantur. Sed ut ad Lazarum redeamus, ejus in Gallias appulſum peculiari diſſertatione Johannes Launojus impugnavit, qvi etiam hanc diſſertationem edita apologia a Gvesnæi objectionibus vindicavit. Et qvamvis Launojo etiam Natalis Alexander i) ſe oppoſuerit, irritos tamen ejus conatus fuiſſe Reiſerus in Launojo teſte veritatis k) obſervavit. Huic autem Lazaro locum inter Scriptores eccleſiaſticos non dediſſem, niſi in ſupplemento epitomes Bibliothecæ Geſnerianæ An. 1585. Lugduni per Antonium Verderium edito ex Catalogo librorum hinc inde extantium, qvem Grammatinus exhibuit, ſeqventia referri meminiſſem;

g) *c. XI. p. 44.* h) *de uſu Patr. p. 32.*
i) *diſſ. 16. ſec. 1.* k) *pag. 777.*

ſem: *liber ſancti & juſti Lazari, qui quatuor diebus ſepultus, fuit apud inferos, & quemadmodum excitavit illum Chriſtus explicant libri 4. quos videntes Apoſtoli tres eorum abſconderunt, unusque inventus eſt, eſtque primus in urbe Roma, ut audivi ex Cardinali S. Crucis.* Verum iſte Lazari liber adhuc ſepultus jacet, nunquam ut puto in dias luminis auras proditurus.

DE EPISTOLIS CHRISTO tributis.

Ad pag. 304. Ahmed ben Abdala Mahumedanus in Epiſtola ad Emanuelem Portugalliæ Regem & Mauritium Principem Auriacum, quam una cum confutatione ſua edidit D. Zacharias Grapius ὁ μακαρίτης, Roſtoch. 1705. 4. p. 116. *Dicant jam Chriſtiani, ſi CHriſtus eſt Deus, & venit ut magiſter hominum, ubi ſunt libri, ſcripta vel præcepta quæ reliquit?*

Ad pag. 308. * S. Auguſtinus ſermone de decem chordis c. 3. (T. V. edit. novae Amſtelod. *p.* 35.) *Dicitur tibi ut ſpiritualiter obſeres ſabbatum, non quomodo Judæi obſervant Sabbatum carnali otio; vacare enim volunt ad nugas atque luxurias ſuas. Melius enim faceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quam in theatro deſidioſus* (ita leg. pro *ſeditioſus*) *exiſteret: & melius foeminæ eorum die Sabbati lanam facerent, quam toto die in meniannis ſaltarent.* Moeniana & ſubmoenia intelligit in circo loca ſub peribolo, deſtinata choreis & ſaltationibus.

Ad

Ad pag. 309. * Epiſtola illa ſub CHriſti jactata nomine exſtat MS. Angloſaxonice in Bibl. Bodlejana. Vide Catalogum Codicum MSS. Angloſaxon. in Tom. 2. Theſauri Hickeſiani p. 95. ſeq.

Ad pag. 313. Libri illius Elceſaitarum, cœlitus ut jactabant delapſi mentio etiam apud Syncellum p. 326. Cæterum iis quæ erudite congeſſit Rev. D. J. Andreas Schmidius in diatriba Helmſtadii ante hoc decennium edita *de Epiſtolis cœlo & inferno delatis*, adde hanc ex Codice Huntingtoniano 583. in Bibl. Bodlejana.

Ἐπιστολὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

αὕτη ἡ Ἐπιστολὴ ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἡμέρᾳ τετράδι.

Πρόλογος καὶ διήγησις θαύματος τοῦ γενομένου ἔντονα τῆς ἁγίας Βηθλεέμ.

Λίθος ὁ πεσὼν μακρὸς ἐν Βηθλεὲμ τῇ πόλει, καὶ ὁ λίθος μακρὸς ἦν, τὸ δὲ βάρος ἦν φοβερόν. οὐδεὶς γὰρ εἰς χεῖρας αὐτὸν ἐκίνησε, εἰ μὴ ὁ πατριάρχης Ἰωαννίκιος σύναξιν ποιησάμενος μετὰ ἀρχιερέων καὶ ἱερέων ἡμέρας τρεῖς καὶ νύκτας. Καὶ τότε ἠκούσθη φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσα. Λάβε, πατριάρχη, τὸν λίθον εἰς τὰς χεῖράς σου. Καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ πατριάρχης εἰς τὰς χεῖρας, εὐθέως ἠνοίχθη ὁ λίθος, καὶ εὑρὼν τὰ αὐτὰ γεγραμμένα. Ἴδετε υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἐποίησα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἔστειλάμην προ-

Φή-

ήτας) καὶ ἀποστόλους εἰς τὸ ἐλέγχειν τὰς ἁμαρ-
ίας ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. οὐδαμῶς ἠκούσατε ὅτι
δὲ ἐμετανοήσατε, οὐδὲ τοῦ εὐαγγελίου μου τὰ
όγια ἠκούσατε τοῦ λέγοντος· οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ
αρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρελθῶ-
ν. Ἔστειλα πρῶτα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ οὐ μετενο-
σατε, οὐδὲ ἐπιστεύσατε. καὶ πάλιν δευτέραν
ιστολὴν στέλλω πρὸς ὑμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ
ὶν οὐ μετανοήσητε, ποιήσω ἐγὼ χειμῶνας πλεί-
ς, καὶ παφλαγμοὺς καὶ πῦρ καχλάζον ἐξ
ρανοῦ, καὶ ἀκρίδας καὶ βρούχους, καὶ ποταμοὺς
τάκτας. &c. Tota Epiſtola conſtat octo pa-
inis in octavo. Joannicius videtur ille qui
itriarcha CPol. fuit poſt. Ao. 1523.

Ad pag. 314. Conferenda qvæ de Petri
larævallenſis prolixa Epiſtola, A. 1053. ſub
ESU CHRISTI nomine ſcripta ad Innocen-
ım VI. Papam & Curiam Romanam, Steph.
lluzius ad Lupi Ferrarienſis Collectaneum
: tribus. qvæſt. p. 491. Atqve de aliis ejus-
modi commentis Matthæus Paris ad A. 1109.
1200. Frid. Lindebrogius ad Codicem le-
ım antiqvarum p. 1394 b. Recentiori etiam
ate fuit qvi Germanica lingva Epiſtolas ſub
Hriſti nomine vulgaret ad Chriſtianos com-
onendos, hoc titulo: *Epiſtola συμφυγεῖς* oder
ag- und Warnungsbriefe JESU CHRISTI des
eylandes der Welt an ſeine allgemeine Chriſten-
it und ſonderbare Städte und Perſonen derſelbē,
rin die Chriſten ihres Amptes erinnert und zur
uſſe vermahnet werden zu dieſen lezten böſen Zei-
ten,

ten, ſo wohl für Prediger als Zuhörer nützlich und dienlich zu leſen, fürgeſtellet und mitgetheilet durch Chriſtoph Barbaroſſam, ſonſt Rodt-Bart, zu dieſer Zeit exulem. Goslariæ 1613. 8.

Ad pag. 316. illuſtrandæ phraſi Apoſtoli Rom. II. 15. de inſcripta cordi Lege, adde hæc Æſchyli in Prometheo vincto: ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Libanius in Apologia Demoſthenis Tom. 1. pag. 454. ἐμοῦ δὲ ἐγγέγραπται ταῦτα τῇ ψυχῇ. S. Cyrillus Hieroſol. Catecheſi V. 7. οὐκ εἰς χάρτας ἀπογραφομένους, ἀλλ' ἐν καρδίᾳ τὴν μνήμην στηλογραφῶντας. Joannes Tzetzes Chiliad. X. verſ. 458.

Καὶ πᾶν τὸ λοιπὸν τοῦ χρησμοῦ ὅπερ τῆς μνήμης δέλτοις
Ἐν ἠλεκτρυγέσι γράμμασιν ἐγγεγραμμένον φέρων.

Ibid. de *Abgaro*, communi Nomine Regum Edeſſenorum Osdroënæ in Syria provinciæ, præter Sirmondum Tom. I. Opp. p. 891. confer Jo. Triſtani Hiſtoriam Imperatorum è nummis Gallice editam Tom. 1. pag. 637. T. 2. p. 511-520. Ez. Spanhemium de uſu numismatum Tom. 1. edit. Lond. p. 126. ſeq. & Frid. Spanhemium filium in Hiſtoria Eccleſ. Tom. 1. Opp. p. 793. ſeq. Henr. Noris de Epochis Syromacedonum diſſ. 2. cap. 3. §. 1. Tillemontium memor. Hiſt. Eccleſ. Tom. VIII. p. 278. ſeq. & Chriſtoph. Cellarium Hiſt. antiq. p. 216. Vocabulum *abbar* Arabibus magnum denotat. Ab alio etymo Germanis achtbar, Armenis *avagair*

gair primarius & inſignis vir, ut notavit V. C. Jo. Joachimus Schrœderus diſſ. de antiqvitate linguæ Armenicæ pag. 19. Herbelotus tamen in Bibl. Orientali mavult Regum Edeſſenorum nomen eſſe *Abgar* qvod Syris gibboſum denotat. Hujus porro Abgari cui Chriſtum Salvatorem noſtrum ajunt litteras ſcripſiſſe, ſucceſſor videtur fuiſſe Abgarus, ſivé ut apud Syncellum aliosqve ſcribitur Ἄυγαρος, qvem Imperatori Trajano obviam proceſſiſſe ſcribit vetus auctor apud Svidam in Ἔδεσσα & Ἐλλέβιον.

Apud Reinerum contra Waldenſes T. 25. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. p. 263. *Abgaro Regi Oganenſium*. In laudati Schrœderi theſauro linguæ Armenicæ pag. 373. *Abgarus Arſchami filius*. In Epiſtola Abgari pro verbis Σωτῆρι ἀγαθῷ, in MS. Bodlej. ἀγαθῷ ἰατρῷ, atqve ita etiam legitur in Conſtantini Porphyrogeneti narratione de imagine Edeſſena apud Combefiſium in faſciculo re rebus CPol. p. 79. De qva imagine CPolin allata vide continuatorem Theophanis in Romano, Imperatore pag. 268. Illius memoriam celebrant Græci 16. Auguſt. In Epiſtola qvæ ſub Chriſti nomine ad Abgarum fertur apud Gervaſium Tilberienſem in Otiis Imperialibus pag. 976. edit. illuſtris Leibnitii (Tom. I. ſcriptorum Hiſt. Brunswic.) imaginis etiam mentio his verbis: *Sed quia me corporaliter videre deſideras, en tibi dirigo linteum, in quo faciei meæ figura & totius*

corporis mei ſtatus continetur, quia tu dum videris, ardorem tui animi refrigerare poteris. Beatus tu, ſed & illi omnes beati qui ſcandalum in me non habuerunt. In DEI Patris ſapientia bene valeas per cuncta ſæcula. Plura ex Syncello pag. 329. Cedreno pag. 147. Niceta Choniate lib. X. Hiſt. Zonara, Abulfarajo, Elmacino &c. Sam. Basnage ad A. C. 31. n. 10. Lambecius VIII. p. 195. ſeq. & 202. ubi etiam commemorat πεάξεις καὶ κοίμησιν Thaddæi Apoſtoli. Jo. Joachimus Schrœder in theſauro linguæ Americæ p. 249. Otto Dapper in deſcriptione Aſiæ pag. 22. &c.

In Epiſtola Chriſti ad Abgarum apud Syncellum pag. 329. ἀποςελῶ σοί τινας τῶν μαθητῶν μου, ἵνα ἰάσωνταί σε τοῦ πάθους, καὶ ζωήν σοι καὶ τοῖς σοῖς παράσχωσι.

Ad pag. 318. * poſt Eſ. LII. 15. adde LXV. 1.

Ad pag. 319. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 414. *Abgarus Toparcha ejusdem urbis* (Edeſſæ) *Rex fuit, qui Epiſtolam manu Salvatoris ſcriptam accipere meruit, quam infans baptizatus ſtans ſuper portam civitatis legit, ſi quando barbara gens contra civitatem* * *venerit. Eadem quum lecta fuerit, aut placantur barbari, aut fugantur eminati* (f. eliminati) *tam Salvatoris ſcriptis quam orationibus S. Thomæ Apoſtoli ſive Didymi qui latus Domini contingens*

* De ejusmodi pignoribus Rerump. ſive palladiis ſecuritatis fidem quamdiu conſervantur facientibus, exſtat erudita D. Jo. Chriſtoph. Becmanni diſſertatio.

yens dixit: (Joh. XX. 28.) *Tu es Domine Deus meus.*

Ad pag. 319. * Edeſſam captam à Lucio Trajani Imp. legato teſtatur è Dione Jo. Xiphilinus pag. 240.

Epiſtola CHriſti ad Abgarum Armenice verſa exſtat in Moyſis Chorenenſis Hiſtoria Armena lib. 2. cap. 19. pag. 174.

Argumentis V. Cl. Joannis Clerici qvi in hiſtoria ſua Eccleſ. primorum duorum ſæculorum Gallice edita illius Epiſtolæ γνησιότητα oppugnavit, reſpondere conantur Memoriarum Trivultianarum auctores A. 1716. pag. 1794. ſeq. Similiter ad Natalis Alexandri atqve Eliæ Dupinii objectiones Honoratus de S Maria, Carmelita, Tom. 2. obſervationum de regulis & uſu Critices, Gallice nuper editarum lib. IV. diſſ. 2. Sed & Honorato & Trivultianis poſſunt ſatisfacere qvæ adverſus Tillemontium T. I. memor. Eccleſ. pag. 401. & 660. ſeq. pro Epiſtolæ illius fide pugnantem diſputavit Jacobus Basnage lib. I. Hiſtoriæ Judæorum itidem Gallice vulgatæ cap. 7. In eandem ſententiam etiam conſuli poterit ſchediasma triplex Enevaldi Dalhus, editum Hafniæ 1697. 4. & Obſervationum qvæ Germanice lucem viderunt, miſcellanearum ſcriptor (Rev. Jo. Chriſtianus Kochius) Tom. 3. pag. 317. ſeq.

Ad pag. 321. Similiter S. Athanaſius libro I. adverſus gentes pag. 7. Chriſto non dubitat Evangelia velut auctori tribuere: ὁ μὲν ἂν

Κύ-

Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Εὐαγγελίοις φησὶ βεβαιῶν τὰ Μωϋσέως ῥήματα, ὅτι Κύριος ὁ θεὸς εἷς ἐστι.

Latine nonnunqvam locutum, cum verſaretur in terris, Optimum Salvatorem, divinat Melchior Inchoferus S. I. in Hiſtoria ſacræ Latinitatis lib. V. cap. 4. idem qvi Latinæ linguæ uſum futurum olim in altera illa vita beata ac ſempiterna non dubitat lib. V. cap. 2. De lingua CHriſto vernacula disqvirit Claudius Fraſſenius disqviſitt. Bibl. p. 283. ſeq.

Ad pag. 321. * Sedulius in extremo libri V.

- - - Teſtes nam, jure fideles
Divinæ virtutis erant, qui plura videntes
Innumerabilium ſcripſerunt pauca bonorum.
Nam ſi cuncta ſacris voluiſſet tradere chartis
FACTA Redemtoris, nec totis cingere mundus
Sufficeret denſos per tanta volumina libros,

S. Athanaſius 2. adverſus gentes Tom I. pag. 108. *Καὶ ὅλως τὰ κατορθώματα τοῦ Σωτῆρος τὰ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ γενόμενα τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστιν ἃ εἰ διηγήσασθαί τις ἐθελήσειεν, ἔοικεν τοῖς ἀφορῶσιν εἰς τὸ πέλαγος τῆς θαλάσσης καὶ θέλουσιν ἀριθμεῖν τὰ κύματα αὐτῆς.* S. Auguſtinus adverſus Fauſtum Manichæum in dubium vocantem verba Servatoris apud Matthæum V. *non veni ſolvere Legem,* qvod illa non commemoravit Joannes: *At enim hoc ipſe Joannes in Evangelio ſuo ponere debuit,*

 ſi hoc

ſi hoc dictum à Domino audierat, qui, cum diceretur, præſens erat.' Quaſi fieri non potuerit, ut cum omnia quæ à Domino audierat, ſcribere non poſſet, inter alia quæ prætermiſit, & hoc prætermiſerit, cum in alia ſcribenda eſſet intentus. Nonne Evangelium ſuum ita ipſe concluſit dicens; (XXI. 25.) Et alia qvidem multa fecit JEſus, qvæ ſi ſcriberentur ſingula, nec ipſum exiſtimo poſſe capere mundum qvi ſcriberentur libros. *Hic utique oſtendit ſe ſcientem multa prætermiſiſſe.*

A*d pag.* 322. De Hyperbolarum formulis ibi allatis adde Buxtorfii Lexicon Talmudicum in אגם & pag. 2042. Ex aliis ſcriptoribus Euripides Hippolyto v. 1253. inducit ſervum negantem ſe qvicqvam crediturum de improbitate Hippolyti, etiamſi qvis ea de re omnem in Ida monte ſilvam ſcriptis impleverit. κἂν τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις πεύκην. Cicero ſecunda Philippica cap. 7. *nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.* Florus II. 6. *vix ſuffecere tabulæ, vix ſcribarum manus, Levino Marcelloque COSS. quum privatæ opes in publicum deferrentur.* Mamertinus cap. 2. panegyrici in Maximianum Herculeum: *Sed qui velit omnia iſta complecti, ſæcula ſibi optare debet & innumerabiles annos, & quantam tu mereris ætatem.* Sedulius:

Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet,
Centenosque ſonos humanum pectus anhelet,
Cuncta quis expediet quorum nec lucida cœli

Sidera

Sidera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ.

S. Auguſtino tributus liber qvi ſpeculum inſcribitur (in appendice ad Tom. VI., edit. Benedictin.) cap. 7. *Hoc myſterium mens humana capere non poterit, neque concipere, neque oratoria lingua narrare, neque diffuſi ſermonis Bibliothecarum volumina queunt explicare. Si totum mundum libri repleant, tua ſcientia inenarrabilis non poteſt enarrari.* Nicephorus Gregoras Monodia in Theodorum Metochitam: οἶμαι γὰρ, οἶμαι, ἂν θάλασσα μὲν ἅπασα μεταβάλη πρὸς φύσιν δακρύων, ποταμοὶ δ᾽ ἂν ὁπόσοι τὴν γῆν περικλύζουσι πρὸς δακρύων τραπῶσι φορὰν, οὐθ᾽ οὕτως ἂν ἱκανῶς δακρυθείη τὸ μέγεθος ὅσον τῶν νῦν συμφορῶν.

Ad pag. 323. Ἐκ διατάξεων Euthalius à Laur. Zaccagnio editus pag. 415. 420.

Plutarchus in vita T. Qvinti Flaminii: τοῖς δεομένοις εὖ παθεῖν μᾶλλον ἢ τοῖς εὖ ποιῆσαι δυναμένοις ἔχαιρεν, τοὺς μὲν ὕλην τῆς ἀρετῆς, τοὺς δὲ ὥσπερ ἀντιπάλους πρὸς δόξαν ἡγούμενος. Præceptum Perſicum apud Iſidorum Peluſiotam IV. 198. Epiſt. Τὸ διδόναι τοῦ λαμβάνειν εἶναι λυσιτελέστερον. Julianus Oratione III. καὶ λαβεῖν ὅτιοῦν ἀγαθὸν ᾖ, τὸ διδόναι πάντη καταδεέστερον. Ariſtides T. 3. pag. 47. οὐδαμοῦ κρείττων ὁ λαβὼν τοῦ δόντος. Libanius Epiſt. 92. Pæanium ad qvem ſcribit vocat δόξης ἐραστὴν καὶ δοῦναι ἢ λαβεῖν εἰδότα. Alia in hanc ſententiam Tho. Gatakerus ad M. Antonini VII. 13. & 74.

Ad pag. 324. *v. ult.* poſt verba: *jam liberatum a lege atque immunem*, adde: (qva ratione concidit objectio Eliæ Dupinii lib. 2. prolegom. Biblicor. pag. 40. edit. Amſtelod.

Ad pag. 327. De ultimo Marci capite conſule præter laudatos ſcriptores, & laudatiſſimam Joannis Millii in ſua Novi Teſt. editione induſtriam, Tillemontii memorias Eccleſ. T.2. p. 507. edit. Pariſ. & Eliæ du Pinii prolegomena Bibl. lib.2. pag.36.

Ad pag. 327. * lectionem ἐλαττωθῆναι videtur confirmare Latina vetus qvæ in Cantabrigienſi MS. reddit uno verbo *minui*. Qvamqvam in MS. Corbejenſi Latino legitur: *vos autem quæritis de puſillo creſcere, & de majore minores fieri.* MS. S. Germani de Pratis: *& de minore majores fieri.* MS Monaſterii S. Andreæ: *& de magnis majores eſſe.*

Poſteriorem etiam partem additamenti illius in ſuo Evangelii Matthæi Codice legit S. Hilarius Pictavienſium Epiſcopus, qvi ante Leonem M. & ipſum Hieronymum ſcripſit. In Commentario enim ad Matthæum Canone XX. poſt titulum *de filiis Zebedæi* exhibet titulum *de primo accubitu*, & in commentario ipſo habet hæc verba: *Ad gloriam autem humilitatis iſtius cœnæ eos & convivii modo inſtruit, monens in locis eminentioribus accubari non oportere, ne forte eo adveniente qui clarior eſt, per Dominum cœnæ, occupato loco concedendi, contumelia admonitus decedat. Porro autem ſi in humilibus accubuerit, advenientibus hu-*

humilioribus, ad gloriam loci celſioris procedet, atque ita non præſumere aliquid honoris decet, ſed humilitatis operibus promereri. Etiam in duobus exemplaribus Latinis Evangeliorum in Bibliotheca Bodlejana exſtat illa clauſula. Cæterum cum ad oram Codicis Cantabrig. non notetur tanqvam diſtincta περικοπὴ, nec in Euſebiano Codice locum habet, pro adjectitia certe habenda eſt judice Jo. Millio, qvi putat ſumtam è Luca vel etiam Evangelio Nazaræorum. Eadem Eliæ du Pinii ſententia lib. 2. prolegom. Bibl. p. 32. qvi variis argumentis evincit hoc Matthæi Codicibus aſſutum eſſe, qvod nulli Græcorum veterum, paucis Latinis lectum fuit, in Latinis Codicibus diverſimode effertur, & fortaſſe in nullo Græco exemplari extitit, ſed ex Latino Græce verſum atqve ita inſertum Codici Cantabrigienſi.

Ad pag. 329. Athenagoras legatione pro Chriſtianis cap. XXVIII. pag. 128. Πάλιν ἡμῖν λέγοντος τοῦ Λόγου. Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ ὅτι ἤρεσεν αὐτῷ. Καὶ ἐπιφέροντος, οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα δεῖ, ὡς εἴ που μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραθολωθείη, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς. Iterum nobis ait Scriptura: *ſi quis oſculum ſua cupiditatis cauſa repetierit,* & infert: *ita igitur moderari oſculum vel ſalutationem potius oportet, ut quæ, ſi vel parum impura cogitatione inquinata fuerit, à vita æterna nos alienet.* Memorabile

ic ex Evangelio qvodam Apocrypho ad erba Chriſti Matth. V, 28. additamentum ocat Rev. D. Chriſtophorus Matthias Pfaffius diſſ. Critica de Variis Lectionibus Novi eſt. pag. 12.

Ad pag. 329. * adde locum Clementis lex. IV. Strom. p. 488. ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν ασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ τὴν δικαιοσύνην, ταῦτα ὰρ τὰ μεγάλα. τὰ δὲ μικρὰ καὶ περὶ τὸν βίον, ῦτα προστεθήσεται ὑμῖν. *Quærite primum Regm cælorum & Juſtitiam, hæc enim magna: Parautem, & quæ ad hanc vitam pertinent, hæc jicientur vobis.*

Ad pag. 330. Catena in Matthæum Tom. I. 214. ex Theodoro Monacho: ἓν δὲ καὶ τοῦτο ν τοῦ χριστοῦ παραδόσεων; τὸ ὡς ἔτυχε πράττειν πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος, καὶ μηδενὸς ἐπιλεῖσθαι πλὴν ἀρετῆς. *Una eſt & hæc ex Chriſti ıditionibus: quæ ad corporis neceſſitates faciunt s qualia obtingant eſſe contentum, nihilque ſollie curare præter virtutem.*

S. Hermæ Paſtor lib. III. ſimilitud. 9. c. 32. ra pag. 1030. *Clementiam, inquit, ejus nolite care, ſed potius honorificate eum quod tam pans eſt ad delicta veſtra & non eſt ſicut vos.*

Macarius Alexandrinus ſub extremum miliæ 12. διὰ τὰ σημεῖα, ἃ εἶπον, ἠγάπων

(οἱ

(οἱ Ἀπόστολοι) τὸν Κύριον. Λοιπὸν ὁ Κύριος ἔλεγεν αὐτοῖς. τί θαυμάζετε τὰ σημεῖα; κληρονομίαν μεγάλην δίδωμι ὑμῖν, ἣν οὐκ ἔχει ὁ κόσμος ὅλος. *Propter ſigna, quæ* (tum ipſe tum per illos) *faciebat, Dominus ab Apoſtolis diligebatur. Cæterum hic ad eos, quid miramini, inquit, ſigna hæc? Hereditatem magnam do vobis, quam univerſus mundus non habet.* Non dubito Macarium reſpexiſſe ad Luc. X. 17 - - 20. atqve aliis verbis expreſſiſſe qvæ apud illum Evangeliſtam legerat. Idem homilia XXXVII. ſub init. Ἀλλ' ἀκούων τοῦ Κυρίου λέγοντος ἐπιμελεῖσθαι πίστεως καὶ ἐλπίδος δι' ὧν γεννᾶται ἡ φιλόθεος καὶ φιλάνθρωπος ἀγάπη, ἡ τὴν αἰώνιον ζωὴν παρέχουσα. *Sed audiens Dominum jubentem ſtudere fidei ac ſpei, per quæ generatur Charitas erga Deum hominesque quæ operatur vitam æternam.* In hoc loco Macarius non unum aliqvem locum Evangeliſtæ, aut ſingulare Chriſti dictum, ſed univerſam doctrinæ Chriſti ſummam complexus eſſe videtur.

S. Hieronymus in Ezechielis XVII. p. 807. Tom. 3. edit. Marcianæi; *Tale quid & illud Evangelii ſonat: Eſt confuſio quæ ducit ad mortem, & eſt confuſio quæ ducit ad vitam.* Annotat Marcianæus Hieronymum hanc ſententiam in aliqvo Evangelio Apocrypho, vel in exemplaribus antiqvæ Vulgatæ additam reperiſſe. Potuit etiam memoria lapſus eſſe præclarus Doctor, cujus-

cujusmodi multa Patrum in citandis S. Scripturæ dictis σφάλματα μνημονικὰ annotavit Dan. Heinſius prolegom. ad Exerc. ſacras, Jo. Crojus in Obſervationibus ſacris ad Nov. Teſt. cap. 18-28. & Dan. Whitby in examine Variantium Lectionum Novi Teſt. Jo. Millii lib. 1. c. 1. Cæterum ſimile qviddam dicto illi apud Hieronymum eſt hoc Siracidis IV. 24. ἔστιν αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις.

Dictum γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, tanqvam locum S. Scripturæ citat præter Nicephorum Calliſtam X. 2. 26. Hiſt. Eccleſ. Nicephorus alter Gregoras lib. XXIII. Hiſt. pag. 681. Tanqvam ex Evangelio petitum Cæſarius qvæſt. ult. p. 204. ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οἰκετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα (confirmans dicta ſervorum ſuorum, Jobi, Davidis &c.) ἐν Εὐαγγελίοις φησί· γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκίμου τὸ κίβδηλον. Ex Evangelio Nazaræorum petitum ſuſpicatur præter pag 330. * laudatos Salmaſius pag. 809 de fœnore trapezitico, qvem vide ſis etiam p. 549. ſeq. Alii putant alludi ad locum Pauli 1. Theſſ. V. 21. πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, alii ad parabolam Chriſti Matth. XXV. 27. qvam in mente habuit Clemens 1. Strom. pag. 314. Confer illuſtris Potteri notas ad Clementem Alex. p. 425. 436.

Ad pag. 333. Dictum ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω ἐν τούτοις καὶ κρινῶ, verba DEi per Prophe-

phetam vocat etiam Athanaſius junior qvæſt. 36. ad Antiochum.

Ad pag. 334. Palmes ὁ βλαςὸς, brachia οἱ ἕλικες, flagella οἱ ἀκρεμόνες, uva ὁ βότρυς Weintraube. Acinus ἡ ῥάξ Weinbeere. Vide Baſilium in Hexaëmeron. T. 1. p. 61. Ambroſium in Hexaëm. III. 12. Jo. Weitzium ad Copam Virgilii pag. 54.

Ad pag. 334. * Allegorice intelligi à Judæis emunctioris naris qvæ de Convivio magno in diebus Meſſiæ parando tradunt, apud Bartoloccium Tom. I. Bibl. Rabbin. p. 507. ſeq. &c. conſtat e Maimonidis More Nevochim III. 43. & pluribus aliis locis: ex Moſis Albeldæ libro qvem inſcripſit Draſch Moſe, ex Elieſeris Germani Maaſeh haſchem p. 22. ex libris Caphtor Uperach, Beer Haggola &c. Menaſſe ben Iſrael de reſurrect. è libro Saar haagada de qvo Bartoloccius Tom. IV. pag. 309. Nezach Iſraël &c. Ex Chriſtianis idem Judæos facere agnoſcunt Theodorus Hackſpanius ad Lipmanni Nizachon pag. 347. Jo. Wulferus in Theriaca Judaica pag. 371. (qvi ὁμοψήφως laudat Paulum Fagium in Pirke Abot pag. 61. Guil. Henr. Vorſtium in præf. ad Pirke Elieſer) D. Jo. Ben. Carpzovius Fil. in diſſertationibus Academicis junctim editis pag. 127. & in Homiliis Erotematicis ad Evangelia Germanice vulgatis Tom. 2. pag. 76. Jacobus Gaffarellus curioſitatt. in audit. cap. 2. David Humphrey in diſſ. 1. præmiſſa Anglicæ verſioni Athenagoræ. Qvam

fri-

Ad pag. 341. De reliqviis S. Barnabæ ſub Zenonis, vel ut Nicephorus ſub Anaſtaſii Imperio in Cypro inſula repertis, ſuperqve iis S. Matthæi Evangelio, meminerunt præter laudatos Svidas in Θεῖνα, Martyrologium Rom. Ado, Uſuardus &c. XI. Junii, Nicephorus XVII. 28. Hiſt. Herm. Contractus ad A. C. 477. Marianus Scotus lib. 2. Chron. &c. E recentioribus videndi Jo. Meurſius in Cypro lib. 2. cap. 28. & Tillemontius T. I. momor. p. 688. T. 16. p. 379. ſeq.

MS. Barocc. 39. Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος ἔφη ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται a) πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας. *Barnabas Apoſtolus ait: in pravis concertationibus miſerior eſt qui vincit, majori enim abit onuſtus peccato.*

Tertullianus c. 20. de pudicitia Epiſtolam Barnabæ receptiorem apud Eccleſias eſſe affirmans qvam Hermæ Paſtorem, Epiſtolam ad Hebræos intelligit: Et Clemens Alex. VI. Strom. 646. Barnabæ tribuit ex memoriæ lapſu dictum qvod exſtat in Clementis ad Corinthios Epiſt. I. cap. 48.

De Matthæi Evangelio à Barnaba reperto auctor ineditus periodi martyrii S. Barnabæ, apud Cangium ad Zonaram p. 51. ἐπινεύσας δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀπέστειλεν ἕνα τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων μετὰ τοῦ πιστοτάτου ἀνθρώπου τοῦ βασι-

λέως

a) Ita recte Thomas Mangey, in libro: remarks upon Nazarenus p. 21. pro ἐπέρχεται apud Grabium T. I. ſpicileg. Patrum p. 302. & Tolandum in Nazareno p. 8.

λέως, καὶ λαβόντες τὸ εὐαγγέλιον ἀνήγαγον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔχον ἐκ θυΐνων ξύλων τὰ πτυχία. Λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ καταφιλήσας καὶ χρυσίῳ κατακοσμήσας, ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ μέχρι τῆς σήμερον φυλάττεται. ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τοῦ Πάσχα, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐν αὐτῷ ἀναγινώσκουσιν τὸ εὐαγγέλιον ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ παλατίου. *Annuens itaque Epiſcopus miſit unum ex præſentibus qui aderant Epiſcopis una cum fidiſſimo quodam Imperatoris* (Zenonis) *miniſtro qui ſumſerunt illud attuleruntque CPolim exaratum in foliis ex ligno thyino. Accepit hinc Imperator & exoſculatus, auro ornari & in palatium reponi juſſit ubi in præſens usq; tempus aſſervatur, & feria magna quinta magna hebdomadis ante Paſchatos feſtum quotannis in oratorio Palatii ex illo legitur.* Fallitur Lud. Vives ad Auguſtinum de Civ. Dei XV. 23. de Evangelio Barnabæ affirmans qvod erat de Matthæi Evangelio tradendum: *Evangelium Barnabæ, quod ipſius chirographo ſignatum Alexandriam delatum eſt Zenone principe.*

De Evangelio qvod ſub Barnabæ nomine fertur Italice (ex Arabico ut licet credere translatum, & à Mahomedano aliqvo ſuppoſitum) dixi ſupra p 373. ſeq.

Ad pag. 342. Joannes Gerſon in procemio Harmoniæ Evangelicæ: *Evangelium latum eſſe & magnum, & rurſus conciſum divinus Bartholomæus dixit.* Nicolaus Cuſanus lib. 1. de docta ignorantia cap. 16, *Maximus ille divinorum ſcrutator Dionyſius Ariopagites in myſtica ſua*

Theologia dicit beatiſſimum Barptolomæum mirifice intellexiſſe Theologiam, qui ajebat eam maximam pariter & minimam. Qui hoc enim intelligit, omnia intelligit, omnem intellectum creatum ille ſupergreditur. Laudat hoc dictum etiam Joannes Cypariſſiota Decade VI. cap. 10.

Ad pag. 342. *S. Hippolytus de Antichriſto, c. 30. Καὶ γὰρ μισήσαντές σε (Eſaiam alloqvitur) οἱ ἄνομοι ἔπρισαν. Iſidorus Peluſ. IV. 205. Epiſt. δι᾽ ἣν αἰτίαν τόσων Μωϋσῆς κατελεύσθη, ὁ ἱεροφάντης, Ἡσαΐας δὲ ἐπρίζετο ὁ τῶν Σεραφεὶμ θεωρός, Ἱερεμίας δὲ εἰς λάκκον βορβόρου κατεκλείετο, καὶ Πέτρος μὲν ἀνῃρεῖτο, Παῦλος δὲ ἀπετέμνετο. Chronicon Paſchale pag. 117. Ἡσαΐας ὁ προφήτης πρισθεὶς ὑπὸ Μανασσῆ ἐλεγχομένου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ εἰδώλων σεβάσματι & p. 155. θνήσκει δὲ ὑπὸ Μανασσοῦ πρισθεὶς εἰς δύο. Joannes Antiochenus in excerptis Peireſc. p. 786. Ὅτι Μανασσῆς τόν τε Ἡσαΐαν ξυλίνῳ πρίονι διαλαὼν καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας φυγάδας καταστήσας τῆς Ἱερουσαλήμ. Alia veterum loca in hanc ſententiam produxi in Codice pſeudepigrapho Veteris Teſt. p. 1088. ſeq.

Ad pag. 344. Nominum in ignominiam detortorum exemplis allatis a me tum iſto loco tum lib. 1. Bibl. Græcæ cap. 29. §. 8. addi poterunt: *Anomius* pro *Eunomio*, pro *Cerdone* ἀκέρδων, Coteler. III. monument. p. 627. pro *Paſſieno Graſſienus*, Senec. Præf. V. Controverſ. *Caldius Biberius Mero* pro *Claudio Tiberio Nerone*, Sueton. c. 42. Pro *Herode*, *Choerodes* Theophani

phani; Cerameo homilia XXVII. p. 199. Pro *Juliano*, *Idolianus*. Naz. *Aſynetus* pro *Syneſio*, & *Antichriſtophorites* pro *Hagiochriſtophorite*, Nicetæ Choniati X. Hiſt. p. 319. 312. 359. *Follis amarus* pro *Folmaro* apud Decanum Reicherſpergenſem T. 23. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 240 Io. Damaſcenus pro *Manſure* qvod parentis ejus nomen, *Mamzer* (ſpurius Deut. XXXII. 2.) Cedren. *Picritiani* pro *Meletianis* Coteler. III. p. 636. Pro *Barthoceba*, *Barchozibas* filius mendacii. Ac ne recentiora deſint exempla, pro *Philelpho Philelcus*, Reuchlin. defenſione f. 59. Pro *Eraſmo Erraſmus*, vide ipſum T. IX. Opp. edit. Baſil. 896. *Geckius* pro *Eccio*. D. Luther. T. 1. Epiſt. p. 210. *Pereus* pro *Pareo*, pro *Magiro Megarus*. Wolf. ad Origenis philoſophum. p. 90. Judaicarum ejusmodi annominationum, qvibus ſacra noſtra blasphemant, exempla plura produxit Jo. Andreas Eiſenmengerus in detecto Judaismo T. 1. pag. 65. ſeq. 141. &c.

Ad pag. 344. * Solum Matthæi Evangelium à Cerinthianis receptum teſtatur etiam Philaſtrius hæreſi 36. Sed genealogiam tantum & pauca qvædam illius alia, atqve adeo non integrum admiſiſſe tradit Epiphanius XXVIII. 3. Hoc igitur nomine ſingulare qvoddam fuit Cerinthi Evangelium, nempe Matthæi mutilatum, qvo eodem uſi etiam Carpocratiani. Idem Epiphanius XXX. 14. Ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκρᾶς τῷ αὐτῷ

ϱάμμενοι ἤδη παρ' αὐτοῖς Εὐαγγέλιον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν χριστόν.

Ad pag. 347. Confer Sam. Baſnage Annales ad A. C. XXX. num. 7.

Ebionitarum Evangelium ab Evangelio Nazaræorum diverſum fuiſſe, recte ut mihi videtur contra Grotii & Grabii ſententiam ſtatuit D. Godfridus Olearius ὁ μακαρίτης, cujus vide ſis Obſervationes ſelectas ad Matthæum p. 94.

n homiliis Clementis, ex Ebionitarum ut videtur Evangelio laudantur hæc dicta:

Oportet bona venire, & beatus per qvem veniunt. Similiter neceſſe etiam venire mala, at væ illi per qvem veniunt. *Confer Matth. XVIII. 7.*

Τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ, μακάριος δὲ δι' οὗ ἔρχεται· ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ ἀνάγκη ἐλθεῖν, οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.

Amen dico vobis, niſi regeneremini aqva vitæ in nomen Patris, Filii & ſancti Spiritus, neutiqvam ingrediemini in regnum cœlorum. *Confer. Joh. III. 5.*

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζωῆς, εἰς ὄνομα πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Etiam hoc in Clementin. XIX. 2. μηδὲ δότε πρόφασιν τῷ πονηρῷ ne date occaſionem malo. *Confer Epheſ. IV. 27.*

Ad

Ad pag. 348. * Similiter omiſſam Chriſti Genealogiam in antiqvo MS. Codice Hibernico verſionis Latinæ Evangelii Matthæi, teſtatur Jo. Tolandus in Nazareno pag. 18. ita ut Evangelium incipiat à commate XVIII. Capitis primi.

Ad pag. 352. Johannem nihil de morte Mariæ ſcripſiſſe, diſerte teſtatur Auguſtinus ſerm. XXXV. de Sanctis. Tamen liber *de tranſitu B. Mariæ* ſub Johannis a) nomine jactatus olim fuit, qvi Græce occurrit MS. in variis Bibliothecis, & Latine lectum pridem oportuit, è qvo nonnulla refert Gregorius Tur. lib. 1. cap. 4. de gloria Martyrum & in legenda aurea Jacobus de Viragine, ad libellum Apocryphum, qvi Joanni Apoſtolo adſcribitur, diſertis verbis provocans. Cæterum fallitur vir doctus Elias du Pin qvi T. 2. prolegom. Bibl p. 94. idem eſſe ſcriptum putat qvod Latine ſub *Melitonis* b) nomine in Bibliothecis Patrum (Tom. 2. edit. Lugd. parte 2. pag. 212-216.) & in Tomo VII. Bibl. Concionatoriæ Combefiſianæ exſtat de conventu Apoſtolorum ad mor-

a) Etiam commentarium Apocryphum de Pilati morte in Codice Colberteo & aliis, S Johannis Theologi nomen falſo præferre, teſtatur Cangius in notis ad Zonaram pag. 21.

b) De hoc Pſeudo Melitone (qui rejicitur a Gelaſio & in Bedæ retractatt. ad Actor. VII.) Natalis Alex Hiſt Eccleſ. Sec. II. pag. 278. ſeq. edit in fol & Florentinius ad Martyrolog. S. Hieronymi pag. 263. ſeq. unſchuldige Nachrichten vom Alten und Neuen in Theologiſchen Sachen A. 1711. p. 794 ſeq.

mortem Mariæ, Mariæqve reſurrectione & adſcenſione in Cœlum. Ambo recte diſtinguit, & de utroqve fuſius diſſerit Pertus Lambecius in Diario ſacri Itineris Cellenſis à p.96. ad 199. è qvo nonnulla inferius ſubjiciam. Franciſcus vero Combefiſius in notis ad Joannis Theſſalonicenſis Orat. de CHriſti reſurrectione Tom 1. Auctarii novi Bibl. Patrum pag. 821. *Extat Joannis Theſſalonicenſis Oratio alia in Mariæ aſſumptionem paucis diverſa ab iis quæ exſtant nomine S. Melitonis, ac pleraque ejusmodi ex Apocryphis enarrans: quam quidem mihi paraveram ac eram conatus illuſtrare, ſed poſtea viſum potius mihi premere, quam minus certa nixis veritate aliorum fidem elevare. Extat & Oratio in Bibl. Regia, ut & alia* Joannis Theologi *nomne narratio eodem argumento* (Melitone ut videtur antiqvior, paucioraqve qvam ille, ut Melito Joanne Theſſalonicenſi commemorans) *plane Apocrypha.* Idem Tom. 1. Bibl. Patrum Concionatoriæ pag. 43: Sophronii *exiſtimatur, etſi nec ejus forte ſit qui* Hieronymo *falſo adſcriptus eſt* de tranſitu S. Mariæ, *qui & fucum fecerat ut in iis Breviarium Rom. irreperet; ſed ejecit quæ ſaniore* c) *conſilio ſecuta expurgatio eſt.* Plura idem Tom. VII. pag. 643. ſeq. Porro Melito ille ſub initium libelli ſui teſtatur *Leucium* non modo plurima de Apoſtolorum Actibus in

c) Idem viſum Joanni Launojo in judicio de controverſia ſuper ex ſcribendo Pariſienſis Eccleſiæ Martyrologio exorta contra Parthenicas vindicias Nicolai Billialdi. Confer B. Reiſeri noſtri Launojum Confeſſorem pag. 748. ſeq.

in libris ſuis inſeruiſſe, ſed etiam tranſitum beatæ ſemper Virginis Mariæ genitricis DEi impio depravaſſe ſtylo. *Joannis Geometræ* orationem ἐξόδιον in dormitionem Mariæ qva etiam ex Apocryphis qvædam hauſiiſſe ſe teſtatur, memorat Allatius lib. de Simeonibus pag. 95.

Petrus Lambecius in Diario ſacri Itineris Cellenſis pag. 196.

Uti ergo apud *Latinos* tenebrio neſcio qvis ſub nomine *Melitonis Epiſcopi Sardenſis* libellum de Obitu & Aſſumptione B. Dei-Genitricis edidit, ſic qvoqve apud *Græcos* fuit, qvi de eodem argumento componeret libellum, & ſub *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ* nomine publicaret; ut teſtatur *Epiphanius monachus & Presbyter* in principio Opuſculi ſui de Vita Sanctiſſimæ *Deiparæ* his verbis: Ἐγκωμιαστὰ δὲ αὐτῆς πολλοὶ ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων γεγόνασιν. οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν περὶ τῆς βιώσεως αὐτῆς, καὶ τῶν χρόνων ἢ τῆς ἀναστροφῆς, ἢ τοῦ τέλους ὀρθῶς καὶ ἀναποδέκτως ἐσήμανεν. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες, καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐκ ὀρθοτόμησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐγένοντο κατήγοροι· οἷος Ἰάκωβος Ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρσης, καὶ ἄλλοι τινὲς μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως ἀπεσιώπησαν. περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεοσαλονικεὺς πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν· καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης ἑαυτὸν Θεολόγον ἐπιχρώσας, τὸ τοῦ ψευ-

δυς ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτῶ ἐπεσπάσατο. Hoc eſt: V.Cl. *Leone Allatio* interprete: *Laudatores autem Ipſius* (ſc. B. Dei-Genitricis) *multi ex Sanctis Patribus fuere, ſed nullus de ejus vita, annis, educatione & vita fine certa aſſertaque pronuntiavit: verum & ipſi qui ad hoc manus admoverunt, & quædam ſingulatim narraverunt, non recte rem peregerunt; immo alter alterum improbavit: qualis fuit Jacobus Hebræus, & Aphrodiſianus Perſa, & alii, qui principiis de ejus Nativitate prolatis, illico ſibi ſilentium indixerunt: de ejus autem dormitione ſive obitu Joannes Theſſalonicenſis quanquam Orationem ſatis prolixam edidiſſet, non multam laudem conſecutus eſt; & alius Joannes, qui Theologi nomen ſibi vendicat, notam mendacis in ſe accepit.* Hæc Epiphanius. Opinor autem Hiſtoriam hanc de Obitu & Aſſumptione B. Dei-Genitricis qvæ *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ* nomine falſo fuit inſcripta; hactenus nondum prodiiſſe in lucem, ſed eandem eſſe, qvæ in *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea* Codice manuſcripto, inter Theologicos Græcos *quadrageſimo nono*, *S. Jacobo Apoſtolo*, qvi Ἀδελφόθεος ſive *Frater Domini* cognominari ſolet, attribuitur his verbis: Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν καὶ Θεοτόκου Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου. h. e. *Obdormitio ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ & Dei Genitricis Mariæ, conſcripta à Jacobo Fratre Domini* attribuitur, in ipſa tamen Narratione *S. Joannes Evangeliſta* ita loqvens introducitur, ut ipſe potius, qvam *S. Jacobus*, autor ejus ſimuletur; qvem-

qvemadmodum ex hoc fragmento videre eſt: Παρεγενόμην ἐγὼ Ἰωάννης, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἁρπάσαντός με διὰ νεφέλης ἀπὸ Ἐφέσου, καὶ στήσαντός με ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἀπέκειτο ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου. εἰσελθὼν δὲ πρὸς αὐτὴν, δοξάσας τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα, εἶπον· χαῖρε ὦ μήτηρ τοῦ κυρίου μου, ἡ γεννήσασα χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. εὐφραίνου, ὅτι ἐν δόξῃ μεγάλῃ ἐξέρχῃ τοῦ βίου τούτου. καὶ ἐδόξασε τὸν Θεὸν ἡ ἁγία Μαρία, ὅτι ἦλθον ἐγὼ Ἰωάννης πρὸς αὐτήν. Hoc eſt: *Adfui ego Joannes, raptus à Spiritu ſancto in nube ex urbe Epheſo, & collocatus in eo loco, ubi Mater Domini recumbebat. Ingreſſus autem, laudato eo, quem ipſa pepererat, dixi: Ave o mater Domini mei, quæ peperiſti Chriſtum Deum noſtrum: lætare, quia cum magna gloria migras ex hac vita. Et laudavit Sancta Maria Deum, quod ego Joannes ad ſe veniſſem.* Hæc incognitus ille narrationis iſtius autor ſub perſona *S. Joannis Evangeliſtæ* ſive *Theologi*. Verum enimvero ſive *S. Joanni Evangeliſtæ*, ſive *S Jacobo Fratri Domini* ea Narratio titulotenus adſcribatur, minime dubium eſt, qvin æqve ſuppoſititia ſit, qvam altera illa, qvæ ſub nomine *Melitonis* latine circumfertur. *Hæc Lambecius.*

Ad pag. 353. Nicetas theſauro Orthodoxæ fidei IV. 11. ubi de Cainis ſive Cainianis: *Proinde opuſculum proferunt, quod auctori Judæ proditori adſcribunt. Angelorum porro & Poteſtatum nominibus confictis Ephoros eos appetitionum rationis expertium eſſe dicunt.*

Ad pag. 353. * In Catalogo MSS. Angliæ Tom. 1. pag. 98. n. 1963. memoratur pars Evangelii Nicodemi ex verſione *Carini & Leuthii.* leg. *Charini Leucii.* Pag. 102. n. 2004. 28. Narratio de miraculis apocryphis quæ JESUS infans patravit.

Ibid. In Gelaſiano decreto ubi Evangelia rejiciuntur *quæ falſavit Lucianus*, pro Luciano *Tatiani* nomen reponendum, veriſimili conjectura exiſtimavit B. D. Ægidius Strauchius, Vide W. E. Tentzelii diſſertationes ſelectas T. 1. p. 226. Tatianum etiam puto perſtringi à Clemente Alex. IV. Strom. p. 490. *Μακάριοι φησὶν οἱ δεδιωγμένοι ὑπὸ τῆς δικαιοσύνης, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.* ἢ ΩΣ ΤΙΝΕΣ ΤΩΝ ΜΕΤΑΤΙΘΕΝΤΩΝ ΤΑ ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ, *μακάριοι, φησιν, οἱ δεδιωγμένοι ὑπὸ δικαιοσύνης, ὅτι αὐτοὶ ἔσονται τέλειοι. Καὶ μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκα ἐμοῦ, ὅτι ἕξουσι τόπον ὅπου οὐ διωχθήσονται.* Beati, *inquit* (Matth. V. 10.) *qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur.* *VEL UT NONNULLI EX IIS QUI EVANGELIA TRANSPONUNT*, *Beati, inquit, quos perſequitur juſtitia, quoniam ipſi erunt perfecti: & Beati qui perſecutionem patiuntur propter me, quoniam locum habebunt ad quem non perveniet perſecutio.* Sane conſtat Tatianum non modo in transponendis, ſed etiam in interpolandis ſacris ſcriptis plurimum ſibi permiſiſſe, unde Theodoritus Cyri Epiſcopus *κακουργίαν* ejus improbans lib. 1. de hæreticis

ticis fabulis c. 20. teſtatur ſe in Eccleſiis dioeceſeos ſuæ ultra ducenta exempla Evangeliorum Tatiani reperta ſuſtuliſſe, atqve integris Evangeliſtarum Codicibus permutaſſe. Victor Capuanus Præf. ad Harmoniam Tatiani Evangelicam: *Sed & dictis Apoſtolicis manus profana emendationis, vel ut dicam verius, corruptionis dicitur intuliſſe.* Et Euſebius lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 29 Τοῦ δὲ ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαι τινὰς αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Rufin. *Dicitur autem & nonnulla ex ſermonibus* Apoſtoli (Pauli) *permutaſſe, tanquam qui emendare velit ordinem compoſitionemque verborum.* Qvod vero Victor Tunnenſis ad A. C. 506. ſcripſit: *Meſſala V. C. Conſule, CPli, jubente Anaſtaſio Imp ſancta Evangelia tanquam ab idiotis Evangeliſtis compoſita reprehenduntur & emendantur.* Et Iſidorus Hiſp. in Chron. *Anaſtaſius Acephalorum errorem vindicans Epiſcopus Chalcedonenſis Synodi defenſores exilio damnat: Evangelia quoque, tanquam ab idiotis Evangeliſtis compoſita reprehendit & emendat.* Rich. Bentleius d) vir doctiſſimus recte explicat ex Liberato Diacono, in cujus breviario c. 19. ev Ioannis Ægeatæ Rhetoris Hiſt. Eccleſ. & auctore vitæ Severi traditur *Macedonium CPli Epiſcopum ab Imperatore Anaſtaſio dici expulſum tanquam Evangelia* falſaſſet, & maxime illud Apoſtoli dictum (1. Tim. III 16.) qvi apparuit in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu, *hunc enim immutaſſe, ubi habet*

d) Remarcks upon a late discourſe of Freethinking I. P. 79. ſeq.

bet ΟΣ, *id eſt* qvi, *monoſyllabum Græcum, littera mutata* Ο *in* Θ *vertiſſe, & feciſſe* ΘΣ, e) *id eſt ut eſſet:* Deus apparuit per carnem. *Tanquam Neſtorianus ergo culpatus expellitur per Severum Monachum.* Hincmarus T. 2. in Opuſculo LV. capitulorum, c. 18. p. 449. *Quidam nimirum ipſas Scripturas verbis inlicitis* (f. inſititiis) *impoſturaverunt, ſicut Macedonius CPolitanus Epiſcopus, qui ab Anaſtaſio Imp. ideo a civitate expulſus legitur, quoniam falſavit Evangelia, & illum Apoſtoli locum ubi dicit*: qvod apparuit in carne, juſtificatum eſt in Spiritu, *per cognationem Græcarum litterarum* Ο *&* Θ *hoc modo mutando falſavit. Ubi enim habuit* qvi, *hoc eſt* ΟΣ *monoſyllabum Græcum, littera mutata* Ο *in* Θ *vertit & fecit* ΘΣ *id eſt ut eſſet*: Deus apparuit per carnem. *Qua propter tanquam Neſtorianus fuit expulſus.* Ex his apparet qvod de falſatione Evangeliorum dicitur, de unico loco Epiſtolæ Paulinæ intelligendum: cujus immutationem ſcripturæ Macedonio etiam impingit Fulbertus Carnotenſis Epiſt. 1. ad Adeodatum: & ob cujus aliam lectionem à Macedonio probatam, qvo major invidia illi fieret, dictus eſt Evangelia falſaſſe, hoc eſt falſam lectionem intuliſſe Codici Novi Teſtamenti, ſiqvidem & Pauli Epiſtolas Evangelii venire nomine jam monui T. 1. p. 373. præterea injuriam Macedonio factam illa crimina.

e) In Liberati editionibus, etiam Garneriana vitioſe legitur: *litera mutata* ο *in* ω *vertiſſe & feciſſe* ως. Neque placet Cotelerii conjectura T. 2. monument. p. 663. ſeq.

minatione, neqve illum aut Neſtorianos eſſe auctores lectionis ΘΣ, pro ΟΣ, certiſſimis argumentis probant Jo. Pearſonius in Expoſitione Symboli Apoſtolici p. 226. edit. Latinæ Ed. Stillingfleet in Vindiciis Doctrinæ de SS. Trinitate, Anglice editis p. 156. 162. ſeq. Joannes Millius ad locum Apoſtoli, Jo. Eduardus in Exercitationibus Criticis ad loca S. Scripturæ vulgatis Anglice p. 348. ſeq. & Rev. D. Chriſtoph. Matthæus Pfaffius in diſſ. de Evangeliis ſub Anaſtaſio Imp. non corruptis, edita Tubingæ 1717. 4. pag. 29. ſeq.

Ad pag. 355. * Jo. Tolandus in Amyntore ſuo p. 22. ex neſcio qvibus Apocryphorum mercium inſtitoribus memorat S. Mariæ *librum de Miraculis Chriſti & de annulo Regis Salomonis*. Idem in Nazareno pag. 78 ſeq. nimius eſt in Evangelio Nazaræorum extollendo, atqve non modo adverſus Apoſtolorum judicium ac Chriſtiani orbis praxim, ſed & naturam ipſam cultus Levitici defendit Nazaræos, putatqve recte feciſſe qvod gente Judæi, CHriſtum licet amplexi, Moſaicos ritus obſervare non neglexerint. Nazaræos illos ab aliis etiam *Symmachianos* dictus conſtat ex Fauſto Manichæo apud Auguſtin. lib. XIX. contra ipſum ſcripto cap. 4. & Auguſtino lib. 1. contra Creſconium cap. 31. ita autem appellati fuere à Symmacho illo notiſſimo qvi libros Vet. Teſt. Græce vertit, atqve Nazaræorum & Ebionitarum hæreſin firmare conatus eſt in ſuis ad Matthæum

nioris, qvi Cenſor centurias récognoſcens eqvitum, poſtqvam C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiſſe animadvertit, dixit ſe ſcire illum verbis conceptis pejeraſſe, proinde ſi qvis eum accuſare vellet, uſurum teſtimonio ſuo. Sed nullo ad id negotium accedente, *traduc eqvum*, inqvit, *Sacerdos*, *ac lucrifac cenſoriam notam, ne ego in tuam perſonam & accuſatoris, & teſtis & judicis partes egiſſe videar*. Refert Valerius Maximus IV. 1. 10.

Ad pag. 360. * De genealogia Chriſti apud Matthæum repudiata à qvibusdam hæreticis, dictum jam ad pag. 348. * Illam rejiciebat etiam Marcion teſte S. Irenæo lib. 1. cap. 29.

Ad pag. 361. * non omittenda illa Origenis qvæ exſtant in Catena Græcorum Patrum ad Pſalmos Tom. 3. pag. 548. Δοῦλοι Κυρίου Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πνεῦμα καὶ σῶμα. παιδίσκη δὲ Κυρίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ψυχή. Τὰ τρία Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστι, οἱ γὰρ τρεῖς τὸ ἕν εἰσι. Puto ſcribendum εἰς τὸ ἕν ut 1. Joh. V. 7. ad qvem locum alludi ab Origene non eſſet dubitandum, ſi hæc ita ab eo ſcripta ſatis tuto liceret credere Catenarum collectoribus.

Ad pag. 365. * De hoc Evangelio ſecundum Hebræos, qvod ex Hebraico ſive Chaldaico vertiſſe ſe Græce & Latine Hieronymus teſtatur, accipiendus eſt Theodorus Mopſueſtenus apud Photium Cod. CLXXVII. ubi *Aramæum*,

hoc

hoc eſt Hieronymum in Aram ſive Syria verſantem perſtringit velut *quinti* effictorem *Evangelii*: Ἐυαγγέλιον προσαναπλάσαι λέγει, ἐν ταῖς Ἐυσεβίȣ τȣ̃ Παλαιςίνȣ βιβλιοθήκαις ὑποπλαττόμενον ἐυρεῖν. *Hunc & quintum ait confinxiſſe Evangelium, quod in Bibliotheca Euſebii Palæſtini reperiſſe ſe fuerit commentus.* Confer ad illum Photii de Aramo locum Henricum Noris lib. 1. Hiſt. Pelagianæ cap. 9. Jo. Garnerium ad Marium Mercatorem Tom. 1. pag. 101. Rich. Simonem Hiſt. Critica Novi Teſt. lib. 3. pag. 444. ſeq. D. Tho. Ittigium appendice de hæreſiarchis pag. 469. 476. ſeq. Gvil. Caveum in hiſtoria litteraria ſcriptorum Eccleſiaſticorum ubi de Theodoro Mopſueſteno, Tillemontium T. XII. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 443. ſeq. & Humfredum Hody de editionibus Græcis Bibliorum poſt Origenis tempora lib. IV. pag. 629. ſeq.

Ad pag. 367. * Satisfacere, idem eſt ac culpam fateri, ut docent præter laudatos Hadr. Turnebus XVIII. 25. Adverſar. Petrus Nannius II. 7. Miſcell. & Lud. de la Cerda Adverſar. ſacr. c. XXXV. n. 9.

Ἐπιούσιον *diurnum* Sedulio II. 263. De illa voce etiam Salmaſius lib. de fœnore trapezit. p. 795. ſeq.

Ad pag. 368. * adde hunc locum S. Hieronymi Epiſt. CXLIX. ad Hedibiam, quæſt. VIII. *In Evangelio autem quod Hebraicis litteris ſcriptum eſt, legimus non velum templi ſciſſum, ſed ſuperliminare templi miræ magnitudinis corruiſſe.*

Ad pag. 369. * Sam. Petitus lib. 1. Variar. Lect. c. 12. *Ego vero puto Epiphanium appellaſſe τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν Φυτὸν quod Hebraice primum ab auctore ſcriptum ſive editum ſit in lucem, ut opponat Hebraico Joannis Evangelio aut Actis Apoſtolorum, quæ Hebraica quoque aſſervabantur in Tiberiadenſium Judæorum gazophylacio; Putavit ergo Epiphanius cum aliis veteribus Evangelium Matthæi Hebraicum eſſe Φυτὸν, ita natum & à Matthæo editum, germanumque illius partum, non autem è Græco verſum, ut Evangelium Joannis & Apoſtolorum Acta.*

Ad pag. 370. * In extremo paginæ, adde: Cæterum ex his omnibus qvæ attuli Evangelii ſecundum Hebræos fragmentis, abunde patet diverſum illud fuiſſe a Canonico S. Matthæi Evangelio, adeoqve Eliam du Pin præter rem reprehendi ab auctore libri Gallici cui titulus: *diſſertation Critique ſur la Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques, à Francfort* 1688. 12. qvod Evangelium illud Apocryphis adſcripſerit, & a γνησίῳ S. Matthæi Evangelio tanqvam diverſum diſtinxerit.

Ad pag. 371. Qvod narrationem illam Apocrypham de JEſu, repertam Tiberiade tradit Svidas in Ἰησοῦς, huic qvodammodo congruunt qvæ de libris Sacris in Tiberiadenſi gaza repertis narrat Epiphanius hæreſi XXX. 6. Refertur narratio illa de Servatore noſtro itidem ex Svida Latine a Bartholomæo Chaſſanæo parte IV. Catalogi gloriæ mundi, ſed ipſe errat cum ait commen-

mentum hoc referri a Lactantio, licet editioni antiqvæ Venetæ Lactantii ſubjectum legitur. Græce & Germanice exſtat qvoqve in Jo. Andreæ Eiſenmengeri detecto Judaiſmo T. 1. p. 122. a qvo nolim tamqvam fide dignum Judæis opponi, qvod faciunt etiam Philippus Mornæus de veritate Religionis Chriſtianæ c. 30. p. 479. Jo. Wolfius T. 1. lectionum memoriabil. p. 5. Erneſtus Ferdinandus Heſſ. in flagello Judæorum, vulgato Germanice Francof. 1703. p. 593. ſeq. & Georgius Selenæus perſonatus ſcriptor qvi A. 1620. 8. eandem narrationem edidit Germanice ſplendido hoc titulo: Kurtze und deutliche Hiſtoriſche Beſchreibung wie die Juden auch ohne die heilige Schrifft, aus einem beſondern Arcano, das gantz fleißig bey ihnen aufgehoben wird, wol wiſſen, daß Chriſtus GOttes und Marien Sohn, und alſo der Welt Heyland ſey. Occurrit etiam Germanice in Erdmanni Uhſenii Critieo erudito, tribus voluminibus edito Lipſ. 1704. 8. T. 1. qvæſtione 3. & in collectione Epiſtolarum varii argumenti qvæ inſcribitur: Der beſchäfftigte Secretarius T. 2. pag. 916. Latine pridem transtulit qvoqve Vitus Amerbachius: & Gallice Franciſcus Faber teſte Franciſco Crucimanio in Bibl. Gallica p. 96. qvi ex Apocrypha hac narratione duo diverſa ſcripta & duos Svidæ libros facit: *François le Feubure au Fevre, natif de Bourges en Berry, a traduit du Grec en François, le premier & ſecond livre de Svidas, & en*

a fait un extrait qu'il inttiule le ſecret & myſtere de Juifs, imprimé à Paris chez Jaques Kerver l'an 1557 Il a traduit de Grec en François l'Hiſtoire de Theodoſe Pontiſe de la Loy & de Philippes homme Chrétien, par la quelle le ſecret des Juifs eſt revelé. Imprimé à Rouen par Iaspard de Remortier & Masguerin d'Orvial, l'an 1557. Præter Hentenium narrationi illi Apocryphæ fidem detraxit Matthæus Boſſus, in ſuis Epiſtolis, de qvo Celſus de Roſinis in Lyceo Lateranenſi T. 2. lib. 11. p. 60. *Sacerdotium temporale Chriſti Domini, Apocrypham cantilenam evidentiſſimis rationibus confutat Boſſus ſcribens ad Polycletum Phyſicum: quam tamen ineptiſſime Bartholomæus Chaſſanæus in ſuo gloriæ mundi theatro inſeruit ex libello ineptiore.* Exploditur etiam à B. D. Jo. Chriſtfried Sagittario in diſſ. *de quæſtione an noſter Salvator cum totius Collegii Hieroſolymitani conſenſu in numerum Sacerdotum Leviticorum aſſumtus fuerit?* quæ prodiit Jenæ 1646. & inter ejus diſſertationes ſelectiores junctim editas eſt octava: nec non à Martino Diefenbachio τῷ μακαρίτῃ in Judæo converſo p. 180. ſeq.

Ad pag. 372. * Per Evangelium ſuum nihil aliud intelligit Paulus qvam doctrinam Evangelicam divinitus ſibi manifeſtatam. Sic Chriſtus ad Judæos Joh. X. 34. *in Lege veſtra ſcriptum eſt*, id eſt in Lege vobis data a DEO. Confer Auguſtinum XVI. 13. contra Fauſtum Manichæum. Nihil qvoqve de Evangelio qvod Paulus ſcripſerit, apud veteres

res traditum, itaqve Origenes p. 6. ad Johannem: *ἐν γράμμασι Παύλου οὐκ ἔχομεν εὐαγγέλιον συνήθως καλούμενον. Inter ſcripta Pauli nullum habemus quod Evangelium appellari conſuevit.* Doctrina tamen ejus merito poterat vocari Evangelium, erat enim Evangelii illius qvod à DEO edoctus erat prædicatio, unde & ipſe traditur *εὐαγγελιζόμενος* Actor. XIV. 15. Et ex ſcriptis ejus qvi aliqvid proferunt, poſſunt dici ex Evangelio haurire, ut S. Athanaſius pro fuga ſua T. 1. p. 707. *τὰ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον* vocat qvæ commemorat ex 2 Cor. XI. 33. Etiam Nyſſenus laudans verba ex Johannis Epiſtola, addit *καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον.* Sic qvi locum in Epiſtola Pauli ad Timotheum aliter legerat Macedonius, dictus eſt Evangelia falſaſſe, ſupra, p. 540. Ita porro eſt Evangelium Pauli, ut ſimul ſit maneatqve CHriſti Evangelium, non enim Apoſtolus ſimilis illis, qvi prædicando perperam vel interpretando faciunt ut de Evangelio CHriſti fiat Evangelium hominis, de qvibus S. Hieronymus in 1. ad Galatas: *Grande periculum eſt in Eccleſia loqui, ne forte interpretatione perverſa de Evangelio CHriſti, hominis fiat Evangelium.*

Ad pag. 373. Legis nomine venire ſcripta qvælibet Veteris Teſt. docet etiam Humfredus Hody de verſionis Græcæ Bibliorum auctoribus veris lib. 2. p. 159. ſeq. S. Athanaſius lib. 1. contra Gentes p. 29. laudans locum Pſalmi XIX. 2. *ἥ φησι καὶ ἡ θεία νομοθεσία.*

Legem pro ſacris litteris Novi pariter ac veteris Teſt. poſuit Commodianus inſtruct. 1. verſ. 6. *abſtuli me tandem inde, legendo de Lege.* Etiam תורה de Evangelio Eſ. II. 3. *De Sion exibit Lex:* Νόμος πίστεως Rom. III. 27.

Ad pag. 375. *Rev. D. Jo. Henricus Május in examine Hiſtoriæ Criticæ Novi Teſt. p. 31. *Evangelium Perfectionis* idem eſſe putat cum *Evangelio Evæ* de qvo ſupra, ſuo loco. Sed ni fallor ab eo diſerte illud diſtinguere videtur Epiphanius. *Evangelium conſumationis* vocat Philaſtrius hæreſi 33. *Alii autem Evangelium conſumationis & viſiones inanes & plenas fallaciæ & ſomnia videre diverſa aſſerunt, delirantes.*

Ad pag. 376. Greg. Nazianzenus carmine XLIV.

Μάρκος δ' Αὐσονίοισι Θεοῦ τάδε θαύματ' ἔγραψε
Πέτρῳ θαρσαλέος χειρὶ μεγάλῳ θεράποντι.

Marcus at Auſoniæ Chriſti miracula genti.
Hæc memorat, Petri nixus ſermone fideque.

Ad pag. 378. * Partem exiguam Harmoniæ TATIANI lingua veteri Theotiſca vulgavit *Jo. Iſaacius Pontanus* Originum Francicarum lib. VI. cap. 24. Clariſſimus enim Menagius fallitur, qvi in Originibus linguæ Gallicæ vocabulo *Ambaſſadeur* integram publicaſſe affirmat. Integram vero debemus egregio Viro *Jo. Philippo Palthenio*, nuper in Academ. Gryphiswaldenſi

Pro-

Profeſſori celebratiſſimo, qvi eam cum verſione Latina & notis eruditis vulgavit Gryphiswaldiæ 1707. 4. & qvum longe plura ac majora ſive linguæ veteri Theotiſcæ, ſive Hiſtoriæ Germanicæ, Pomeranicæ præſertim illuſtrandæ moliretur, morte inopina ereptus eſt rebus humanis prid. Cal. Jun. Anni 1710. magno omnium qvi eum noverunt dolore ac deſiderio. Conferendum etiam ſpecimen Harmoniæ veteris Evangelicæ veteri lingua Francica ſcriptum, qvod cum Latina verſione exhibet *Georgius Hickeſius* Vir eruditiſſimus in linguarum ſeptentrionalium veterum theſauro Oxoniæ 1705. fol. Tom. I. pag. 189-191. Eſt autem Harmonia illa a laudato Palthenio Theotiſce edita, non ut anteqvam eam vidi mihi perſvaſeram eadem qvam ex Græco vertit Ottomarus Luſcinius, quamq; ſub *Ammonii* Alexandrini nomine paſſim legimus, editam primum Latinæ Auguſtæ Vindelicor. A. 1523. & recuſam Erfurti A. 1544. 8. ex recognitione Caſparis Bruſchii, & in Orthodoxographis Patrumqve Bibliothecis, & qvam Tatiano malunt tribuere viri qvidam eruditi, a) & Tatiani nomine legendam dat editio Biblio-

a) Illam quoque ſub Ammonii vulgatam nomine Harmoniam Tatiano præter rem tribui, contendit poſt Valeſium & alios a me laudatos Antonius Pagi in Critica Baron. ad A. 172. n. 3. Verſio autem Theotiſca male Tatianum vocat Alexandrinum, cum Aſſyrius fuerit. At Alexandrinus fuit Ammonius alterius Harmoniæ auctor.

thecæ Patrum Lugdunenſis A. 1677. Tom. 2. parte 2. pag. 204. Sed Theotiſca illa Tatiani Harmonia eadem eſt qvam ſub Tatiani nomine jam ſæculo ſexto venditavit *Victor* Capuanus, & Orthodoxographa utraqve ac Bibliothecæ Patrum exhibent, Zachariasqve Chryſophitanus b) ſæculo XII. illuſtravit commentario, licet autorem illius Harmoniæ non eſſe Tatianum, tum aliis argumentis, tum ex eo clariſſime elucet, qvod capite qvinto Genealogiam Chriſti habet, qvam à Tatiano reciſam eſſe Veteres diſerte teſtantur. De Tatiani in ſacris libris interpolandis audacia dictum ſupra pag. 538. ſeq.

A*d pag.* 380. TIMOTHEO Evangelium tribuunt Græci recentiores in Menæis, 22. Jan. c) ſed neminem novi qvi diceret illud ſe vidiſſe, aut qvi aliqvid ex eo proferret. Apud veteres etiam altum ubiqve de illo ſilentium: qvemadmodum & de altero Timotheo Apoſtolico Viro, qvem Britannis Evangelium cum Fagano, Dervviano & Aarone prædicaſſe ſcriptores exigua fide digni pro-dide.

b) Zachariæ Chryſopolitani Commentarius in Harmoniam illam prodiit Colon. A. 1535. fol. & in Bibliotheca Patrum edit. Colon. Tom. XII. & edit. Lugd. A. 1677. Tom. XIX.

c) Elias du Pin lib. 2 prolegom Bibl p. 91. *Les Grecs diſent dans leurs Menées que Timothée avoit écrit un Evangile Mais on ne ſçait pas s'il y en avoit un effectivement ſous ſon nom, ou s'ils l'avancent par conjecture.*

diderunt. Vide Jac. Uſſerii Antiqvitates Britannicas cap. 3. & 4.

Ad pag. 380 * Valentinum etiam perſtringens Tertullianus lib. de reſurrectione capite ult. *arcana Apocryphorum* ab eo *ſuperduci* affirmat, *blaſphemiæ fabulas*. Qvales autem fuerint Valentini & Valentinianorum expoſitiones, qvibus Evangelium ad ſuos detorſere errores, cognoſci poteſt ex Origine & Epiphanio, maxime vero ex Clementis Alex. Stromatibus, & ex epitomis Theodoti ſive prolixis ex opere Hypotypoſeon ejusdem Clementis apoſpasmatiis qvæ Stromatum libris ſubjiciuntur. Fragmenta qvæ ex Valentini hæretici ſcriptis in veterum monumentis occurrunt, congeſſit V. Cl. Jo Erneſtus Grabe Tom. 2. ſpicilegii Patrum pag. 50-58. qvi de Valentino ipſo conſulendus, ut de ejusdem hæreſi Theologus eruditiſſ. D. Jo. Franciſcus Buddeus, qvi Valentinianorum æonas ex Judæoruum Cabbala lderivat. Hos ex veteri Ægyptia Theologia repetere viſum illuſtri Bathonienſi & Wellenſi Epiſcopo D. Hoopero in conjecturis de Valentinianorum hæreſi, Lond. 1711. 4. Et jam pridem Salmaſius in funere lingvæ Helleniſticæ pag. 145. *Omnia*, inqvit, *æonum Valentinianorum nomina Ægyptiaca fuiſſe liquet, quæ pro Ebraicis interpretantur viri magni.* Sed fortaſſe hæc duo inter ſe non pugnant, ut & Judaicis & Ægyptiis commentis originem ſuam debuerint Valentinianorum ſomnia. Nam Judæi plurimi ſub

Ptolemæorum temporibus in Ægypto verſantes potuerunt ſane Cabalam ſuam Ægyptiacis in cruſtare dogmatibus & opinionibus.

Ad pag. 382. * Laudatis de Canone librorum ſacrorum, ac ſpeciatm Novi Teſt. ſcriptoribus addes *Anglice* editas lucubrationes Coſini Epiſcopi Hiſtoriam ſcholaſticam Canonis S.Scripturæ, Lond. 1683. 4. Jo. Richardſoni Canonem Novi Teſt. vindicatum, Lond. 1701. 8. C. G. La Mothe librum pro aſſerenda Novi Teſt. Divina inſpiratione. Lond. 1694. 8. Jo. Eduardi diſſ. de auctoritate, ſtylo & perfectione librorum Vet. & Novi Teſt. Lond. 1693. 8. & Danielis Whitby prolegom. 3. ad Commentar. in Novum Teſt. Præterea *Gallice* Lud. Eliam du Pin in Prolegomenis ſive diſſertationibus Biblicis, & Jac. Basnagium in prolegomenis ad Hiſtoriam Vet. Teſt. imaginibus in æs inciſis, obſervatonibusqve Criticis & moralibus illuſtratam, nec non in diſſ. Apologetica adverſus Richardſonum: *Latine* deniqve Franciſcum Gomarum in anti-Coſtero Tom. 2. Opp. pag. 185. ſeq. Frid. Spanhemium in diſſ. de Hiſtoriæ Evangelicæ ſcriptoribus Tom. 2. Opp. pag. 265. ſeq. Simonem Epiſcopum libro IV. Inſtitutionum Theolog. Jo. Leusdenium in Philologo Græco, Joannem Ens in Bibliotheca ſacra ſive diatribe de librorum Novi Teſt. Canone, Amſt. 1710. 8. Thomam Milles ad Cyrilli Hieroſol. Catecheſ. IV. 22. Guilelmum Bonjour in triduana de Canone

ne librorum ſacrorum concertatione, Rom. 1704. 4. Hiſtoriam Canonis librorum Vet. Teſt. erudite perſecutus eſt Georgius Calixtus in diſſ. de auctoritate S. Scripturæ & numero librorum Canonicorum Vet. Teſt. Helmſtad. 1648. 4. *Ad pag.* 382. *ſeq.*

De Rationibus Myſticis ſive allegoricis Veterum à me allatis, qvibus qvaternarium Evangeliorum genuinorum numerum commendaverunt, addere licebit hæc loca:

Qvatuor plagas mundi advocat Anaſtaſius Sinaita qvæſt. 164. & Chriſtianus Druthmarus ad Matthæum, Hieronymi ſententiam ſecutus, cujus hæc ſunt prologo ad Matth. *Iſti igitur quatuor Evangeliſtæ univerſo terrarum orbe notiſſimi, & ob hoc fortaſſe quatuor, quoniam quatuor ſunt partes terræ* d) *per cujus univerſitatem Chriſti Eccleſiam dilataturi, quod ipſo ſui numeri ſacramento quodammodo declararunt* &c.

Qvatuor ventos Cardinales Germanus CPol. in Theoria Eccleſiaſtica & Myſtagogica Cyrillo Hieroſol. vel Baſilio Cæſar. perperam tributa: Τέσσαρα δέ εἰσι τὰ Εὐαγγέλια, ἐπειδὴ καὶ τέσσαρά εἰσι καθολικὰ πνεύματα, ἢ διὰ τὰ τετράμορφα ζῶα.

Qvatuor διαθήκας ſub Adamo, Noe, Abrahamo & Chriſto, θεοσεβείας καὶ θείας νομοθε-

σίας

d) Hodie id dicere licet alio etiam ſenſu veteribus ignoto, de quatuor patribus Orbis terrarum Europa, Aſia, Africa, America.

σίας νόμους καὶ τρόπους vocat Anaſtaſius Sinaita lib. 1. Contemplat. anagogicar.

Qvatuor virtutes Cardinales, *τὴν τῶν τεσσάρων ἀρετῶν γενικῶν διδασκαλίαν* Nicetas in præfat. Catenæ ad Matthæum, Theophanes Cerameus homil. V.

Qvatuor elementa, idem Theophanes Cerameus: *τέσσαρα. μένουσι τὰ στοιχεῖα τὰ συμπληροῦντα τόνδε κόσμον τὸν αἰσθητόν. τέσσαρες δὲ αἱ γενικαὶ ἀρεταὶ αἱ κοσμοῦσαι τὸ ἐν ἡμῖν νοερόν.*

Qvatuor tempeſtates ſive partes anni, Sedulius Operis paſchal. lib. 1. v. 343.

> *Quatuor hi proceres una Te voce canentes*
> *Tempora ceu totidem latùm ſparguntur in orbem.*

Qvatuor annulos qvibus arca Domini geſtabatur. Hieron. prologo in Marci Evangelium.

Qvatuor apud Ezechielem animalia. Germanus CPol. in verbis ſupra allatis & Anaſtaſius quæſt. 144. ex Irenæi lib. 3. cap. 11. p. 190. ſeq. edit. Renati Maſſueti.

Per quartum diem reſurrectionis Lazari, quatuor Evangeliorum demonſtrat figuram, inqvit Theophilus Antiochenus allegoriis in Johannem, Tom. 2. Bibl. Patrum edit. Lugd. part. 2. pag. 175. B.

Quatuor jejunia per annum celebranda de qvibus Philaſtrius hæreſi CXLIV. *Hæc etiam*

jeju-

jejunia in quatuor Evangelia nos oportet accipere de Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus & Apoſtolis, quæ in nobis complenda ſunt.

Qvatuor flumina Paradiſi cum Evangeliis qvatuor qvibus in Eccleſiam gratia ſalutaris cœleſti inundatione exuberat, conferunt poſt S. Cyprianum plurimi veteres, è Græcis Theodoretus in Pſal. 43. & Anaſtaſius Sinaita anagog. contempl. lib. 8. è Latinis Ambroſius, Eucherius, Iſidorus Hiſp. Gregorius M Incocentius III. & Beda, qvorum loca congeſſit Paulus Aringhus in Roma ſubterranea lib. VI. cap. 13. Similiter è Græcis Nicetas præf. Catenæ in Matthæum, è Latinis Chriſtianus Druthmarus cujus verba adſcribam: *Ideo reſpuit Eccleſia Catholica aliorum Pſeudodoctorum deliramenta, & ſuſcipit hæc quatuor Evangelia in ſimilitudine quatuor fluminnm quæ profluunt de une fonte ex paradiſo, ſimiliter hæc ex ore Domini JEſu Chriſti. Per* Geon, *qui dicitur* terrenus, *ſignificatur* Matthæus, *qui terrena acta de Chriſto narravit. Per* Tigrim *qui* velocitas *interpretatur*, Marcus *qui curſim acta Domini expoſuit. Per* Eufratem, *qui* fertilitas *interpretatur*, Lucas: *& per* Phiſon, *qui* inſufflatio *poteſt dici*, Joannes, *qui excellentius afflatus Spirito S. de Domini Divinitate attigit.*

AuctorCommentariorum in Novum Teſt. Strabus forſan Fuldenſis, editus inter ſcripta S. Hieronymo ſuppoſita Tomo V. edit. Marcianæi p. 848. *Adam à quatuor literis & à quatuor,*

or ſtellis nomen accepit quod eſt arctos, dyſis, anatole, meſimbria (ita legendum) *vel quatuor ſignificat Evangeliſtas, & ſicut de Adam omnis homo naſcitur, ita per quatuor Evangeliſtas omnes ad fidem veniunt. Item arca Noë quadrata legitur ex lignis facta. - Item arca teſtamenti ubi erant duæ tabulæ lapideæ & virga Aaron quatuor circulis aureis portabatur - - & ſicut quadratum lignum in qua parte verſum fuerit, firmum ſtat, ita homo ex quatuor Evangeliſtis edoctus contra hæreſin & tribulationem firmus ſtat. - - Matthæus donatus, Marcus donum excelſum, Lucas conſurgens, Johannes gratia Domini. - - Item vas linteum & ſuper ipſum quatuor lineæ quatuor Evangeliſtas ſignificant, in hoc ſunt munda & immunda, Judæi & Gentes. Item quatuor animalia - - quatuor Evangeliſtas ſignificant, Matthæum facies hominis, Lucam vituli, Marcum leonis, Johannes aquilæ.* (ita leg.) *Dominus JEſus Chriſtus totum implevit, homo naſcendo, vitulus immolando, Leo ſurgendo, aquila aſcendendo. Rota in rotam, Lege in Legem, Vetus in novum. Cur quatuor Evangelia* (ita leg.) *non per quatuor Apoſtolos ſcribuntur, nec ſi per duos diſcipulos & duos Apoſtolos? quia filii Jacob de duabus liberis & de duabus ancillis nati ſunt. Matthæus mel, Marcus lac, Lucas oleum, Johannes vinum.*

Bartholomæus Chaſſanæus Catalogo gloriæ Mundi parte IV. conſideratione 9. *Quatuor Patriarchæ, ſcilicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus obtinent*

nent primum locum e) *poſt Apoſtolicum* - - *Et iſti quatuor repræſentant quatuor Evangeliſtas in Eccleſia DEI ut eſt text. In c.* ſcriptum eſt *de elect. & dicuntur mundi Cardinales: quia per quatuor Evangelia inceſſabili tuba didicimus & quod per orbem terrarum illum illuſtrantes prædicamus & agimus, dicit text in c.* hujus 75. *diſt. & per Ludo. Rom. in conſ. ſuo* 524. *incip. Vos eſtis lux mundi in 6. Col.*

Ad pag. 383. * Ex qvatuor animalibus Ezechielis, *Matthæo* hominem, *Marco* leonem, bovem *Lucæ* & *Joanni* aqvilam tribuit Theophilus Antiochenus in limine commentarii in Evangel. Gregorius M. in Ezechiel. Chriſtianus Druthmarus in c. 1. Matthæi, & è Græcis Nicetas præf. Catenæ in Matth. Sed *Lucæ* Leo, *Marco* bos aſſignatur ab Anaſtaſio Sinaita lib. 4. anagog. Contemplatt. Alia vide notata a Cotelerio III. monument. Eccleſ. Græc. p. 540. ſeq. Campegio Vitringa libro IV. ſacrar. Obſervatt. Jac. Thomaſio τῷ μακαρίτῃ programate XXXVIII. & Rev. D. Jo. Diecmanno ſcriptis miſcellaneis Theologicis

e) Romano una computato, Patriarchæ quinque ſenſibus conferuntur. Hinc Petrus Antiochenus Aquilejæ Epiſcopum negabat dicendum eſſe Patriarcham, quinque enim ſenſus corpori noſtro ſufficere. ὡς γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον πέντε αἰσθήσεσιν οἰκονομεῖται, οὕτω καὶ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ ἡ ἐκκλησία τῶν πιστῶν ὡς ὑπὸ πέντε αἰσθήσεων τῶν ἐ θρόνων οἰκονομεῖται. Montfauconi Diar. Italic. p. 220.

cis editis Germanice II. p.165. Viſum Ezechielis longe aliter interpretantur Juſtinus qvæſt. 44. ad Orthodox. Philaſtrius hæreſi 56. & 135. Vide & Photium Epiſt. 157. Macarium homilia 1. &c.

Ad pag. 384. De varia interpunctione loci Joh. 1. 3. præter Jo. Millium in notis, videndus Joannes Crojus Obſervatt. ſacris in N.T. cap. 25. In illo poſt verba: *& ſine ipſo factum eſt nihil*, interpungunt præter laudatos à me S. Ambroſius in Pſal. CXVIII. T. 1. p. 1148. Philaſtrius hæreſi 97. Honorius Auguſtodunenſis lib. 1. de imagine Mundi cap. 2. & è Græcis Cyrillus Alex. Gregorius Naz. aliiqve etiám Nyſſenus 1. contra Eunomium p. 348. & Origenes p. 19. in Matthæum. Confer Benedictinorum notas ad Ambroſ. III. 6. de fide T. 2. p 504. & 494. Poſt verba: *factum eſt nihil quod factum eſt*, ςιγμὴν faciunt Euſebius Orat. de laudibus Conſtantini p. 640. Athanaſius contra omnes hæreſes T. 1. p. 1077. Eutychius T. 2. Annal. p. 54. &c.

De Precatione Magica
Quæ ſub S. MARIÆ Virginis Nomine fertur apud Æthiopes.

Jobus Ludolfus in Hiſtoria Æthiop. III. 4. n. 51.

VIx memoria dignus eſſet libellus qvidam vaniſſimus pariter & ineptiſſimus niſi toties

toties in Europa reperiretur. k) Gregorius eam non aliter qvam *Precationem Magicam* vocabat, & plane non receptam, ſed rejectam in Æthiopia eſſe aſſerebat. Tanta vecordia ſcriptus eſt, ut ſacratiſſimæ Virgini Mariæ orationes ad Filium ſuum Θεάνθρωπον affingantur, monſtrificis nominibus plenæ, qvibus plus qvam divinæ virtutes adſcribuntur. Talia ſunt:

Adnael.	*Filelmejus.*
Adotawi.	*Cuercuerjanos.*
Adotael.	*Flaſlaſlaqiel.*

& alia multa, his multo monſtroſiora. Satis apparet *Judæorum* gerris ſimiles eſſe, qvi portentoſis ejusmodi nominibus, qvibus ſuperos atqve inferos nuncupant, afficiuntur, ut cum *in formula anathematis* ſui dicunt: l)

Et ſit maledictus per Addirion & Achtariel, & per Sandalphon & Hadarniel, & per Anſiciel, & Patchiel & per Seraphiel & Zeganzael, & per Michaël & Gabriel, & per Raphael & Meſchartiel: & ſit interdictus

k) 1. In Bibliotheca Cæſar. Vindobon. 2. In Bibliotheca Leydenſi & quidem in Legato Scaligeri. 3. In Bibliotheca Aldorfina. 4. In Bibliotheca Abbatis S. Columbæ Lutet. Pariſior. 5. Ibidem apud privatum quendam le Bé.

i) Buxtorf. in Lex. Chad. & Talm. rad. חרם ex antiquo Manuſc. Hebræo; ſed & alii eorum libri talibus ſcatent.

ſtus per Tzautzeviv & per Havbeviv. It eſt Deus ille magnus: & per ſeptuaginta nomina Regis illius magni: & a parte Tzortak ſigilliferi magni.

Sed plus ſatis nugamentorum, qvibus veniam lector dabit. Hæc attuli, exiſtimans Habeſſinos, illorum veſanorum libellorum compilatores, non ex ſuo cerebro inſanire.

Idem in Commentario ad Hiſt. Æthiop. pag. 349.

Plures ejus farinæ dantur, qvi, qvoniam ſub Mariæ nomine toties in Europa, & aliqvoties in Bibliotheca Vaticana reperiuntur, ſpecimina qvædam ex illis hic proferemus, ut eruditi libellos forte oblatos cognoſcere, & diſcernere posſint. Gallicum ut & Altorfinum, nec non Viennenſe exemplar ſic incipit:

In nomine Patris & Filii &c.

Hæc eſt oratio *Dominæ noſtræ Mariæ*, qvam oravit in ipſa urbe *Berytho*. m) Et ſoluta fuerunt omnia vincula ferrea, qvæ erant in urbe; & liberavit *Matthiam* diſcipulum, & crediderunt cives illius urbis.

De hoc diſcipulo Matthia, quare carceri incluſus, vel quomodo liberatus fuerit, non dicitur. Extare talem aliquam Hiſtoriam Apocrypham apud Ætiopes colligo etiam ex Poëta meo, qui de hoc miraculo ſic ſcribit: Enc. 21. Octob 2.

E vinculis erroris exſolve me, O genitrix Chriſti Dei!
E compede valido, & vinculis atrocibus,
Sicut exſolviſti hodie Matthiam *miniſtrum.*)

Mox

m) Phœniciæ urbs eſt, in littore Maris mediterranei ſita.

Mox ex abrupto incipit:

Ait Dominus noſter & Salvator noſter *JESUS CHRISTUS* angelis ſuis puris, & diſcipulis ſuis ſanctis & bonis, de hac oratione: *Neminem eſſe qui noverit eam, neque Angelos cœleſtes, neque Archangelos, neque Seraphim, neque Cherubim, neque quenquam ex copiis cæleſtibus, niſi Patrem & Filium & Spiritum Sanctum unicum Deum.*

Paulo poſt ad matrem converſus ait:

Rurſus ego ſignifico tibi, *O Maria genetrix mea! ut ſuſcipias hoc opus magnum, ac petitionem tuam facias hac oratione.* Et factum eſt, cum audiſſet Domina noſtra hoc ex filio ſuo dilecto, erexit ſe in pedes ſuos, ac rogavit tamdiu Dominum noſtrum *JESUM CHRISTUM*, donec liberaret *Matthiam diſcipulum* è compedibus; Et aperta ſunt omnia vincula, qvæ erant illo tempore in urbe. Et extendit manus ſuas verſus Orientem, & reſpexit dilectum filium ſuum *JESUM CHRISTUM.* Et cœpit hac oratione, dicens: *Invoco te Domine mi! & Deus mi! Fili mi! & Rex mi & Salvator mi JESU CHRISTE!*

Ego mater tua Maria, *ego* Mariham n) *ego* genetrix vitæ univerſi mundi. *Supplex oro te hodie, & precor te, ac peto a te, ut audias vocem precum mearum, ac mittas mihi robur angelorum, Seraphim & Cherubim, & omne robur cœlorum, ut efficiant*

n) Sic inepte putant *Mariam* Hebraice vocari.

ciant quod eſt in corde meo, & omnem petitionem meam, & quidquid bonarum rerum deſideravero ab ipſis. Quia tu es adjutor meus, & ſpes mea, & in te fiducia mea, Adonai, Adonai, *Fili mi dilecte.* &c.

Deinde digreditur ad varias ſalutationes, ut mos Æthiopibus; & ſalutat monſtroſa illa nomina, qvorum in Hiſtoria noſtra meminimus, hoc modo:

Pax nominibus magnis, LX. nominibus Patris boni. Illa autem ſunt: Alfa Ijasjontodech. Hedra. Jodarſvvoaflopalomes. Uuſſenojaccavvôs. Heſewondenſes. Aronjos. Dehdi. Kenelo, Ghecpeneldecan. Hebededi. Matarodadulamaris. Deael. Rebebarus. Dejos (forte Deus) *Keel.*

Iſta nomina aliqvoties repetuntur, ut numerum ſexagenarium exſolvant.

Plura addere tædet, & tantum addidiſſe piget. Animo faſtidioſo iſta ſcribere coactus fui, qvia animadverti, abſurdiſſimorum iſtorum libellorum apud eruditos, argumenti illorum ignaros, paſſim mentionem factam eſſe, cum illius, qvi in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi aſſervatur: tum alterius, qvem D. Johannes Erneſtus Gerhardus p. m. in Bibliotheca Altdorfina deſcripſit; cum neuter ulla mentione dignus eſſet. Alioqvin ſciendum eſt, Muhammedanos etiam plurima talia ſuperſtitioſa nomina habere, qvibus certas virtutes adſcribunt.

Sed tota iſta deteſtabilis ſcientia a Judæis ori-

origenem habet, qvi *Cabalam* qvandam *practicam* qvam קבלה מעשית vocant, ſe habere tradunt, ſed valde ſecretam & paucis notam. Iſtam doctrinam Cabaliſticam conſiſtere nugantur in ſcientia genuinorum nominum Angelicorum. Fingunt enim unicuiqve rei, etiam minimæ, Angelum præfectum eſſe cujus nomen ſi qvis ſciat, eumqve provocare poſſit, eum mirabilia qvævis ope angeli iſtius, qvem מלאך משבע *Angelum adjuratum* vocant, præſtare poſſe. Qvam *quiritationem* illi non כשפנות cum *Magica arte*, vulgo *Kiſchuf*, dicta: neqve cum שרים *Dæmonibus* aut רוחות *Spiritibus* qvicqvam commune habere, ea propter nec incantationem Diabolicam, ſed *Magiam* qvandam *naturalem* & qvaſi Angelicam eſſe prædicant. Scilicet proximus eſt ad præſtigias Diabolicas gradus. *Hæc Jobus Ludolfus.*

*

* *

Apud Lambeciun VII. p. 247. 248. memoratur Precatio ſuperſtitioſa ſeu potius magica, Mariæ cujus principium Ὁ Θεὸς τȣ̃ Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς τȣ̃ Ἰσαὰκ, Ὁ Θεὸς τȣ̃ Ἰακὼβ, διαφύλαξον τὴν δȣ́λην σȣ Μαρίαν &c. Necnon alia contra infirmitates corporis aliaqve varia mala, cujus principium: Δέσποτα Κύριε, ὁ ἰατρὸς τῶν σωμάτων, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ μὴ βȣλόμενος εἶναι τὸν ἄνθρωπον νοσερὸν ἢ κατώδυνον, ἀλλὰ ἱλαρὸν καὶ ὑγιῆ ὁλοτελῆ, αὐτὸς καὶ τὴν δȣ́λην σȣ Μαρίαν &c.

DE MARIA MAGDALENA
Apocryphæ narrationes.

Caſar Baronius ad Martyrolog. Rom. 22. Jul.

DE famoſiſſima & antiqvitus diſputata qvæſtione an una vel plures fuerint Magdalenæ, diſſeruimus pluribus in Annalibus Eccleſiaſticis, a) ibiqve unam tantum fuiſſe Magdalenam profeſſi ſumus. Multa qvidem de eadem *Apocrypha* legimus, ut Hiſtoriam qvandam *Joſephi* nomine, cujus eſt principium: *In diebus Claudii.* Libellum inſuper de ejus acceſſu ad Senatum Romanum, ut Pilatum de nece CHriſti, poſtularet judicio, & alia ejusmodi, nobis qvidem inſulſa viſa.

Tillemontius nota 3. ad Vitam S. Mariæ Magdalenæ T. 2. memor. Eccleſ. p. 478.

Nous ne rapportons rien de l'hiſtoire de Ste Madaleine qv'on pretend avoir eſté écrite en hebreu par *Marcelle* ſervante de Ste Marthe & traduite en Latin par un *Synthex.* Il n'y a perſonne aujourd'hui parmi ceux qvi ont qvelqve gouſt de l'Antiqvité, qvi ne reconnoiſſe qve c'eſt une pure fable tres mal compoſée. Ceux qvi en douteront encore, n'ont qv' a voir les traitez qve feu Mr. de Launoy b) a faits ſur cette matiere.

AD

a) Ad A. C. 32. Cum Baronio unam nuper ſtatuit Magdalenam P. Maudit diſſ. XI. in Evangelia, Bernardus Lamy diſſ. de unica Magdalena &c. Duas vel tres diſtinguunt Jacobus Faber Stapulenſis, & B. Chemnitius noſter, tum nuper Tillemontius &c.

b) Confer B. Reiſeri Launojum confeſſorem p. 778.

AD NOTAS
IN
ABDIAM;

Et Notitiam Actuum Apoſtolicorum Apocryphorum,

Nec non

EPISTOLAS

S. MARIÆ VIRGINI ET APOSTOLIS
ſuppoſitas

Et

APOCRYPHAS APOCALYPSES
Paralipomena.

Ad Teſtimonia & Cenſuras de Hiſtoria Apoſtolica, ABDIÆ tributa.

AD *pag.* 389. Lib. VIII. Abdiæ cap. 8. *non everti, ſed converti eum.*

Ad pag. 392. Antoninus Epiſcopus Florentinus parte prima Hiſtoriarum, titulo VI. capite 14. pag. 414 *Horum* (Simonis & Judæ) *Legendam ſcripſit Hebraice Abdias Epiſcopus Babylonia, ſed in Latinum transtulit Africanus.* Plura ex Abdia idem Antoninus, ubi Apoſtolorum geſta perſeqvitur. Similiter Xaverius in ſua Petri Apoſtoli Hiſtoria: ne miremur Jo. Baptiſtam. Mantuanum libris faſtorum qvos ſcripſit carmine, pleraq; Apoſtolorum Acta ex Abdia inſeruiſſe. Rodulphus vero Tungrenſis (laudatus Florentinio notis ad Martyrologium Hieronymi pag. 175.) monuit *Abdiæ hiſtoriam bic inde ſub quadam devotione indiſcreta collectam, periculoſe in Eccleſiis legi.*

Ad pag. 398. E Reformatis idem de Abdia ferunt judicium Salmaſius ad Tertullianum de pallio, Lud. de Dieu ad Hiſtoriam Petri Apoſtoli Xaverianam, aliiqve innumeri etiam ex noſtris, ut Jac. Thomaſius ὁ μακαρίτης in programmatis &c.

Ad notas in Abdiam.

Ad pag. 409. De qvatuor vigiliis noctis apud veteres Romanos Gilbertus Gaulminus notis

notis ad Euſtathii Erotica pag.28. AloyſiusNo- varinus lib. V. cap. 14. ſchediaſmatum, Jo. Bona de Divina pſalmodia cap. 3. pag. 421. ſeq. Frid. Spanhemius in Chronologia ſacra Tom. 1. Opp. pag. 68. &c. Vide etiam Clariſſ. Collegæ mei Georgii Elieſeris Edzardi notas ad Codicem Talmudicum Berachot c. 1. p. 155. De Vigilum cohortibus ab Auguſto Imp. inſti- tutis Lipſius ad Taciti IV. 65. Hiſtor.

*Ad pag.*410. Ante notam (m) adde: licet Xaverius illam rem ſuæ Hiſtoriæ PETRI p 62. inſerere non dubitavit. Conſule Ludovici de Dieu animadverſiones ad Xaverium pag. 115. ſeq.

*Ad pag.*411. Sic apud Herodotum IV. 119. μεγέομεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖσι, *domi noſtra.* Et in S. Nili narratione V. πρὸς ἡμᾶς *ad domum no- ſtram.* Apud Terentium *a me exit* pro e domo mea &c.

Ad pag. 412. ad verba, *prior Civitatis*) Caſſiodorus VIII. 26. Var. *Quidilanem Sibiæ filium Priorem vobis quidem facere diſponebat.* Alia vide ſis apud Cangium in gloſſario.

Ad pag. 417. Scriptoris Angli nomen Asgillus. Locis vero allatis addendum hoc libri Sapientiæ V. 16. δίκαιοι δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσιν, καὶ ἐν Κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν.

*Ad pag.*419. Juſtini Martyris ſententiam de ſtatua Simoni Mago Romæ erecta tuetur Torchillus Erasmides Grænovius ſingulari diſ- ſertatione Hafniæ edita A. 1698. 4. Contra

tum pag 749. *Aſaphat Judæus Tarſis oriundus ob grandem nummum e patria pulſus, Romæ quieſco. Poſteros veto ne quis ſepulchrum ingrediatur quousque reſurgam.*

Ad pag. 445. Saulus nomen mali ominis, non tantum propter Regem impium hoc nomine, ſed & proper vocis ipſius apud Græcos appellationem. Nam ut in ſcholiis ad Veſpas Ariſtophanis p. 353. annotatum legitur, σαῦλον καλεῖται τὸ φαῦλον καὶ διεῤῥυηκός. Ex Saulo Paulum factum ajunt Auguſtinus, Alcuinus, Bernardus, Petrus Bleſenſis. Sed idem Auguſtinus ſerm. XXV. de ſanctis: *qui fecit ex Saulo Paulum, fecit ex Simone Petrum.* Vide Novarinum in limine adagiorum Eccleſiaſticorum, Martium Mileſium Sannazarium ad S. Damaſi carmen 1. & Thomam Maſſutium in vita Pauli Apoſtoli, libro & capite primo. Si Glycæ credimus p. 237. Probi uxor in Hiſpania vidit Apoſtoli in fronte aureis ſcriptum litteris: Παῦλος ὁ τοῦ χριστοῦ κῆρυξ, atqve inde converſa fuit ad Chriſtianam fidem.

A*d pag.*446. Jac Lopez Stunica ad Actor. XIX. 9. *Tyrannum hoc loco non primatem ac potentem ſive magnatem aliquem ſignificare, ſed proprium eſſe viri nomen, ex eo inprimis apparet, quod ei additum eſt* τινός. *Eſt enim Græcis uſitatus hic loquendi modus, præſertim cum is de quo agitur ignotus eſt. Sic Actor XIX.*24. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι ἀργυροκόπος. *& XXI.* 10. ἄγαγόντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ.

& XXII.

& *XXII*. 12. Ἀνανίας δέ τις ἀνὴρ εὐσεβής. *Marci etiam XV*. 21. καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντα τινα Σίμωνα Κυρηναῖον. & *Job*. *XI*. 1. ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας. & 2. *Maccab*. *VI*. 18. Ἐλεάζαρός τις τῶν πρωτευόντων γραμματέων. *Apparet ergo* Tyrannum *hoc loco nomen eſſe proprium viri alicujus, qui Epheſi ſcholam ſive ludum literarium tenebat*. *Siquidem* Tyrannum *fuiſſe olim nomen hominis proprium ex Seneca apparet, in libro de brevitate vitæ c. ult. ubi ſic ait:* Tyrannus fuit exactæ diligentiæ ſenex, qvi poſt annum nonageſimum cum vacationem procurationis a C. Cæſare ultro accepiſſet, componi ſe in lecto & velut exanimem a circumſtante familia plangi juſſit. *Tyrannion quoque fuit Grammaticus, cujus Strabo lib*. 13. *facit mentionem*.

Ibid. Per oſſa S. Pauli Apoſtoli & λείψανα dæmones pulſos & abactos ſcribit S. Chryſoſtomus homilia 1. ad populum Antiochenum.

Ad pag. 447. De *ſudarii* vocabulo qvod recurrit apud Abdiam IV. 2. videndi etiam Salmaſius ad Solinum p. 1211. & Lindenbrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1449. De *ſemicinctio* præter Cangium gloſſario Latino, Svicerius in σιμικίνθιον.

Ibid. Μίαν σαββάτων Joannes Walliſius diſſ. de ſabbato T. 3. Opp. p. 363. exponit μίαν ἡμέραν ἀπὸ σαββάτων. Qvi vero μίαν pro πρώτῃ volunt, notabunt μίαν pro πρώτῃ dixiſſe etiam Dionyſium Halicarnaſſeum, ut monuit Jacobus

Upto-

Uptonus ad ejus librum de ſtructura ſermonis p. 102. Sic Geneſ. I. 5. ἡμέρα μία, exponunt ἡμέρα πρώτη, licet alias rationes hujus locutionis reddunt alii, ut Cæſarius qvæſt. 53.

Ad pag. 452. Apud Glycam pag. 236. Annal. ubi de Paulo: κατηχήσας ἐπίεραςον ἀυτῦ (τῦ Νέρων☉) παλλακήν, interpres ἐπίεραςον male habuit pro nomine proprio, eadem pagina: τὸν οἰνοχόον Νέρων☉ καὶ παλλακὴν ἀυτῦ ἐπίεραςον, *valde dilectam.*

Ad pag. 455. Gladius qvo caput Apoſtoli amputatum Romæ eſt, etimanum oſtentatur Toleti in Cœnobio Hieronymianorum Monachorum qvod appellant Laſiſia. Ex una parte illius legitur charactere litterarum vetuſtiori: NERONIS CÆSARIS MUCRO. Ex altera parte, recentioribus litteris: *Quo Paulus truncatus capite fuit.* Vide Martini de Roa ſingularia S. Scripturæ Tom. 2. p. 377.

Ad pag. 457. Alii tradunt S. ANDREAM Apoſtolum Evangelium prædicaſſe Sarmatis, ut notavit Chriſtophorus Hartknochius in veteri & nova Pruſſia pag. 454. Conſule etiam, ſi placet, ejusdem doctiſſimi Viri Hiſtoriam Eccleſiaſticam Pruſſiæ, Germanico idiomate editam.

Ad pag 462. Sic *proſtrati ſolo*, apud Abdiam III. 33. pag. 500.

Ad pag. 477. De carruca, qva voce utitur etiam Symmachus, X. 60. Epiſt. videndus Henricus Valeſius ad Ammiani XIV. 6.

Ad

Ad *pag.* 480. ſuis me virtutibus *incendere poteſt*) Sic infra VIII, 3. *Apoſtole Bartholomae, incendunt me orationes tua.*

Ad *pag.* 482. Lampridius in Heliogabalo cap. 21: *habuit & leones & leopardos & exarmatos in deliciis, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis quod exarmati eſſent, ad pavorem & ridiculum excitandum.*

Ad *pag.* 483. De ſerpentibus miræ magnitudinis adeundus etiam Bochartus parte 2. Hierozoici lib. 3. cap. 10.

Ad *pag.* 385. Sic *ſalventur* pro *ſalvabuntur* in Actis Archelai cum Manete a Clariſſimo Zaccagnio vulgatis p. 47.

Ad *pag.* 488. Paulinus natali XI. S. Felicis v. 78.

Sic dedit Andream Patris, Epheſoque Johannem.

Ad *pag.* 494. Salluſtius in fragmentis: *ſe regibus devovent, & poſt eos vitam refutant, adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis,* Ambroſius de fide reſurrectionis: *omnes enim benignus illuſtrat, nec refutare levem ſed emendare vult.* Ennodius lib. 1. Epiſt. V. *proceſſus affectionis, terminum refutantis.* Et paullo poſt: *vota noſtra modum refutant.* Victor Vitenſis 1. de perſecutione Vandalica: *Maxima namque, jam DEO conſecrata humanas nuptias refutabat.* Et iterum: *diſcedente muliere cum filiis refutata.* Ratramus præf. de eo qvod CHriſtus ex virgine natus eſt: *non igitur velut alienum refutes quem ſuperna*

cen-

conditio tibi fratrem conciliavit proprium. Sic & alibi ut p. 323. Chronicon S. Benigni p. 388. *tributa Sarracenis implendum refutat.* Ita JCtis *refutare feudum*, idem eſt atqve illi renunciare. Alia loca congeſſit Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 69.

Ad pag. 507. De ſignaculo Crucis apud veteres Chriſtianos frequentato inſignis locus Cyrilli Hieroſol. Catecheſi IV. 10. *ἀλλὰ κἂν ἄλλος ἀποκρύπτῃ, σὺ φανερῶς ἐπὶ μετώπου σφραγίζου, ἵνα οἱ δαίμονες τὸ σημεῖον ἰδόντες τὸ βασιλικὸν, μακρὰν φεύγωσι τρέμοντες. Ποίει δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πράγματι.* Plura Petrus Poſſinus ad S. Nili Epiſtolam LVIII. (Allat. II. 304.) Jonas Aurelianenſis lib. contra Claudium Taurinenſem (p. 1546. Orthodoxograph.) *An ignoras quia arma fidelium eſt crux Chriſti? hoc vexillo frontes fidelium muniuntur; Hoc quippe vexillo hoſtes invifibiles petuntur: Per hoc ſignum cuncta nobis ſanctificantur.*

Ad pag. 511. Secundum Menæa Græcorum, 30. Nov. & Nicephorum II. 39. Andreas Apoſtolus cruci *προσήλωται clavis affixus eſt.* Itaque funibus alligatum, qvod volunt nonnulli, negat Bellarminus II. 27. de imaginibus. Nam etiam pictores qvando funibus ad cruces alligatos cum Servatore noſtro pingunt duos latrones, falli & errare non dubitat Horatius Nicqvetus lib. 1. de titulis crucis CHriſti, cap. 8.

Ad

Ad pag. 512. Lucas Tudenſis T. 3. contra Albingenſes cap. 21, *Multos Martyres legimus in ſua paſſione gaudere, ut legitur de beato Apoſtolo Andrea, qui cum duceretur ad mortem, dicebat: Securus & gaudens venio ad te.*

Ibid. De cruce S. Andreæ non decuſſata ſed erecta qvæ Maſſiliæ aſſervatur, fuſe Jo. Jacobus Chifletius in Veſontione part. 1. cap. 48. pag. 200. ſeq.

Ad pag. 519. Non eſt diſciplinæ noſtræ, ut invitus aliqvis convertatur.) In eandem ſententiam Abdias infra, VI. 17. pag. 625. *Non dignatur DEus habere coacta ſervitia.*

Ad pag. 520. Pro *Zabarias* Salmaſius utroqve Abdiæ loco ex veteri MSto Codice Jureti legit *Zabernas*. Vide ejus notas ad Ælium Lampridium f. 189.

Ad pag. 530. Sic in Hiſtoria tripartita III. 2. *ſpiculator* eſt qvod Sozomeno II. 9. & 10. δήμιος. *carnifex.*

Ibid. Jacobi majoris memoriam celebrant menologia qvædam XV. Nov. ut illud qvod edidit Ferdinandus Ughellus Tom 6. Italiæ ſacræ pag. 1135. ſeq. Alia pridie Cal. Maji. Sed Martyrologia Latinorum XXV. Jul.

Ad pag. 533. Templum Amazonum precibus JOHANNIS Apoſtoli everſum memorat Simeon Metaphraſtes in ὑπομνήματι de Johanne pag. 1000.

Ad Nervæ usqve tempora vitam produxiſſe Johannem legas etiam apud Svidam in Νέρβας.

Ad *pag.* 535. Pro verbis apud Abdiam: *ſtatim ut conjectus in æneo eſt*, Philalethes Euſebianus habet: *conjectus in eo eſt*. Ad metalla in Patmo inſula damnatum Joannem ſcribunt Victorinus & Primaſius in Apocalypſin. Confer Barthii Adverſaria XLIII. 12. Exilii poena non minus gravis habita olim qvam ſupplicium capitale. Simeon Metaphraſtes p. 1002. Ἐν ἴσῳ θανάτου ὑπερορία πάλαι νομιζομένη.

Ad *pag.* 536. Poſt verba: *Habent & Syncellus pag.* 345. ſeq. adde *& Simeon Metaphraſtes*.

Ad *gag.* 541. Simeon Metaphraſtes p. 1005. πρὸς τὴν ἐκκλησίαν μετανάγει τὸν νεανίσκον.

Ad *pag.* 559. Sedulius II. 94.

Theſaurisque ſimul pro relligione ſolutis
Ipſa etiam ut poſſent ſpecies *oſtendere Chriſtum*.

Ad *pag.* 569. Ephraim Syrus a V. C. Laur. Zaccagnio editus pag. 118. *Nam in ſtudio veſtro ac vigilantia Angeli & Archangeli omnesque Virtutes cælorum exultant. Similiter & negligentia veſtra & ſtupore cum ipſius ſatellitibus Inimicus tripudiat.*

Ad *pag.* 570. De Zæta ſive Diæta adde Guil. Stuckium Antiqvitat. Convival. II. 14. Et de mutatione literarum *di*, in *z*, exempla allata a Steph. Baluzio notis ad Lactantium de mortibus perſecutorum Tom. 2. Miſc. pag. 570. Chronicon S. Benigni Divionenſis pag. 381. Tom. 1. ſpicilegii Dacheriani: *horruiſſent velut ſub carnis velamine Zabulum* i. e. *Diabolum*.

Vi-

Viciſſim in Actis Archelai cum Manete pag. 19. edit. eruditiſſimi Zaceagnii, *exorcidiatum* pro *exorcizatum*.

Ad pag. 571. Pro *libro vitæ*, vocatur 1 Sam. XXV, 29. *faſciculus viventium*. Vide & Eſaiæ IV. 3.

Ad pag. 575. Paulinus natali XI. Felicis v. 95.

Fugit & ex Epheſo trudente Diana Johanne
Germanum comitata ſuum, quem nomine
CHRISTI
Imperitans Paulus pulſo Pythone fugavit.

Fuſius hæc referuntur apud Prochorum cap. 4. ſeq.

Ad pag. 576. Alia narratio obvia apud Simeonem Metaphraſtem p. 1005-1007. de obærato qvodam, ac præ deſperatione venenum ab Ebræo qvodam venefico redemtum hauriente, ſed qvod propter crucis ſignum tertia licet vice adhibitum ſumenti non nocuit. Deinde ſuperveniens Johannes fœno per ſignum crucis in aurum mutato obæratum omnis debiti exſolvit moleſtia.

Ad pag. 577. inſidia, πληροφορία. Coteler. III. monument. pag. 613.

Ad pag. 597. Plautus Trinummo V. 2. 30. *Tunica pallio propior eſt.*

Ad pag. 584. Foveam ingentem in crucis formam foſſam memorat Menologium XXV. Sept. apud Ughellum Tom. VI. Italiæ ſacræ pag. 1084.

Ad pag. 586. Joannes *παρθένος καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν* Simeoni Metaphraſtæ in commentario de Johanne. *Παρθένος Θεολόγος* Svidæ in *Νόννος*. Matthias Flacius libro de diſſidiis Romanæ Eccleſiæ refert picturam veterem operis Moſaici exſtare Venetiis qvatuor Evangeliſtarum cum Monoſtichis ad ſingulas imagines adſcriptis. Sub Matthæo qvidem legi hoc: *Ablue cuncta rea mentis mala ſancte Mathæe.* Sub Johanne autem: *Quo ſine fine manes, perduc nos Virgo Johannes.* Ratramus IV. 6. contra Græcos, in Dacherii ſpicileg. T. 2. pag. 132. *Joannes amoris privilegium à CHriſto meruit, quoniam plus CHriſti diſcipulatum quam nuptias elegit.* Itaqve cæteri Apoſtoli ex Ratrami ſententia cœlibes non manſere.

Ad pag. 589. Vacuum Joannis ſepulchrum poſtea repertum legas in Menologio Ughelliano 25. Sept. Tom. VI. Italiæ Sacræ pag. 1084. *Αἱ κρηπῖδες κείμεναι μόναι.* Simeon Metaphraſtes p. 1008. commentarii de Johanne.

Ad pag. 590. Idem Simeon Metaphraſtes: *πηγάζει λεπτὴ κόνις θεραπείαν τῷ προσιόντι παντὸς, ἐπαρκοῦσα πάθους. - - - ὅσῳ πλέον ἀρύονται, τοσούτῳ πλέον πηγάζει.* Alia *κόνεως μνήμη* 6. Novembr. Vide Cangii CPolim Chriſtianam lib. IV. ſect. V. num. 2.

Ad pag. 591. Pro verbis: *ut diſtinguatur a Jacobo majore IV.* legendum; *a Jacobo majore de quo ſupra libro IV.*

Ad

Ad pag. 591. In Actis Sanctorum de JACOBO Minore fuſe agitur Cal. Maji Tom. 1. pag. 18-34. & pag. 730-738. ubi ex Codice Regis Chriſtianiſſimi Græce editum ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰάκωβον τὸν Ἀπόστολον καὶ ἀδελφόθεον. Incipit: οὐχ οὕτως ἡδύ τι τῷ Φιλαρέτῳ.

Ad pag. 597. Narrationem eandem de Jacobo ex Euſebio repetunt Syncellus pag. 337. ſeq. Glycas pag. 228. Annalium, & alii juniores.

Ad pag. 598. Ex veteri traditione creditum fuit qvod Jacobum CHriſtus ipſe Epiſcopum Hieroſolymitanum ordinaverit. Chryſoſtomus homilia XXXVIII. in 1. ad Corinth. pag. 423. e. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν λέγεται κεχειροτονηκέναι καὶ Ἐπίσκοπον ἐν Ἱεροσολύμοις πεποιηκέναι πρῶτον.

Ad pag. 599. Ad verba Abdiæ: *ferrum in caput ejus non aſcendit.*) Hoc ſi verum eſt, certe falluntur qvi originem tonſuræ Monachalis a Jacobi exemplo repetunt, ut Germanus Patriarcha CPol. in theoria Eccleſiaſtica Myſtagogica p. 331. ad calcem ſcriptorum Cyrilli Hieroſol. edit. Oxon. τὸ δὲ κείρασθαι τὴν κάραν ὁλοτελῶς, κατὰ μίμησίς ἐστι τοῦ Ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου καὶ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου καὶ τῶν λοιπῶν. Glycas pag. 228. Annal. de Paulo Apoſtolo: τοσοῦτον δὲ διὰ τῆς αὐτοῦ μετεχειρίζετο διακονίας, ὡς καὶ πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον εἰσελθεῖν καὶ συμβουλὴν ἐξ ἐκείνου

δέξασθαι ξυρηθῆναι καὶ ἁγνισθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἕνεκα.

Ibid. Siceram Levitic. X. 9. & alibi, μέθυσμα reddunt alii interpretes Græci teſte Euſebio ad Eſaiæ V. 22. p. 273. & ad XXVIII. 7. p. 464. Methodius apud Photium p. 505. ὅτι σίκερα πᾶν τὸ μέθην φέρον μετὰ οἶνον τὸν ἐξ ἀμπέλων. *Sicera eſt quicquid præter vinum ex uvis expreſſum inebriat.* In eandem ſententiam Iſidori, Heſychii & Zonaræ teſtimonia produxit Meibomius cap. 3. libri cereviſiis. Sed Hieronymus Epiſt. 2. ad Nepotianum: *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur quæ inebriare poteſt.* Confer Crodogangi regulam Canonicorum c. 62. Hadrianus tamen Relandus vir doctiſſimus parte 2. diſſ. Miſcell. p. 301. acute colligit ſiceram proprie fuiſſe vinum ex palmis confectum, qvod poſtea confirmari obſervavi a Theophilo Antiocheno initio allegoriarum in Lucam: *ſicera eſt ſuccus dactyli.* Tom. 2. Bibl. Patrum edit. Lugd. parte 2. p. 172. E.

Ad pag. 602. De hæreſibus Judæorum ex veteribus addendus Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 321. & Philaſtrius c. 45. E recentibus Carolus Sigonius lib. V. de Rep. Hebræor. cap. 11. & in eum notæ Joannis Nicolai.

Ad pag. 606. S. Cæſarius Arelatenſis homilia VII. earum qvas edidit vir præſtantiſſimus Stephanus Baluzius: *Intuemur etiam & beatum*

tum Jacobum, qui & ipſe cum a Judæis lapidaretur, fixis genibus pro ſuis perſecutoribus ſupplicavit.

Pag. 607. Ad locum Jeremiæ confer Melch. Leydeckerum de Rep. Hebræorum XII. 4.

Ibid. Fuſtibus interfectum Jacobum minorem tradit etiam Glycas p. 228. Annal. & Menologium Ughellianum p. 1099. 9. Octobr. *varia affectum cruciatu, demum ſcipionibus caſum interemere.* Idem legas ad 23. Octobr. p. 1111. T. VI. Italiæ ſacræ.

Pag. 608. Conjungenda ſunt nomina SIMON *Chananæus* & qvod idem ſignificat *Zelotes* ut notavi p 688. Cæterum hæc diſtractio non videtur eſſe ab ipſo autore, nam Ordericus Vitalis qvi fere ubiqve Abdiam ſeqvitur, illa conjungit libro II. Hiſt. Eccleſ. (in Scriptoribus Normannicis egregii viri Andreæ du Cheſne) p. 419. *Simon Chananæus (qui & Zelotes ad diſtinctionem Simonis Petri & Judæ traditoris, qui & ipſe Simon Scariotes dictus eſt) de Chanaan vico Galilææ fuit.* Judam proditorem etiam dictum fuiſſe Simonem affirmat idem Ordericus pag. 423. *Judas Simon Scariotes de tribu Iſaſchar ortus eſt.* Sane Judam Simonis vocat Joannes cap. VI. 71. XII. 4. XIII. 2. & 26.

Ibid. De Vet. Teſt. libris a Manichæi ſecta rejectis, Manes ipſe in Actis Archelai p. 25. *Bonum nobis eſt ex omnibus quæ usque ad Joannem* (Baptiſtam) *ſcripta ſunt, nihil omnino ſuſcipere, a die-*

diebus verò ejus evangelizatum regnum cælorum ſolum amplecti.

Ad *pag*. 610. In iisdem Actis Archelai cum Manete §. 4. *Sum quidem Meſopotamenſis, de Perſida autem venio*. Pro: *de Perſide*. Plura hujuſcemodi notata Thomæ Munckero diſſ. de Hygino, & Salmaſio ad Florum IV. 2.

Ad *pag*. 615. Κάμηλοι δρόμαδες S. Nilo narratione 3. p. 27. Tales camelos per diem mille & qvingenta ſtadia decurrere teſtatur Diodorus Siculus lib. XIX. T. 2. p. 683.

Ad pag. 628. Ordericus Vitalis libro II Hiſt. Eccleſ. p. 420. *Craton Apoſtolorum diſcipulus quæ per annos tredecim egerunt* (Simon & Judas) *& quæ in Perſide paſſi ſunt, longa enarratione deſcripſit & in decem voluminibus univerſa comprehendit, quæ Africanus Hiſtorigraphus in Latinam Linguam tranſtulit. Abdias etiam* &c.

Ad *pag*. 631. Sennes habent etiam Orderici Vitalis codices, ſed pro *Saanyr* exhibent *Sanir*, lib. II. Hiſt. Eccleſ. p. 422.

Ad *pag*. 636. Paulinus Natali XI. S. Felicis, v. 81. in Anecdotis Latinis eruditiſſimi Viri Lud. Antonii Muratorii p. 6.

Parthia MATTHÆUM complectitur, India Thomam.

Lebbæum Libyes, Phryges accepere Philippum.

Creta Titum ſumſit, Medicum Bœotia Lucam,

Marcus Alexandria tibi datus - - -

Levin apud Origenem eundem eſſe cum Lebbæo

bæo ſive Thaddæo, placet etiam Grabio T. 2. ſpicilegii Patrum p. 233. Neqve aſſentiri juvat Heſychio Hieroſol. qvi Levin unum e LXX. diſcipulis fuiſſe exiſtimavit, in Cotelerii monumentis T. 3. p. 10.

Ibid. Æthiopum duplicium ἀνατολικῶν & δυτικῶν mentio in ſcholiis Græcis ad librum ſecundum tetrabibli Ptolemæi p. 56.

Ibid. Hierapolin martyrio Matthæi illuſtrem fuiſſe traditur etiam in Menologio Ughelliano 16. Nov. p. 1136. Tom. VI. Italiæ ſacræ. At urbi Æthiopiæ Naddaver hoc tribuit Venantius Fortunatus alio etiam loco: *Quos Patra,* (Andream) *quos Epheſus* (Joannem) *Naddaver arce tenet* (Matthæum.)

Ad pag. 637. In Orderici Vitalis Codicibus lib. II. p. 417. *Eglippus.*

Ad pag. 640. Pro ſententia communi qvæ locum Geneſ. XI. 1. de uno idiomate interpretatur, adeundus Jacobus Guſſetus in Commentariis linguæ Hebrææ, vocabulo שפה.

Ad pag. 645. Tertullianus contra Nationes p. 57. de paradiſo: *nullis ſubjacebant arva colonis.* Vide qvæ viri docti ad Lactantium lib. V. cap. 5.

Ad pag. 647. De invidia Diaboli in hominem Coſmas Indopleuſtes lib. 2. p. 151. (qvi tamen ſuperbiam qva Deo æqviparari voluit, peccatum præcipuum ejus fuiſſe non dubitat lib. 3. pag. 167. 168.) Manaſſe Annal. pag. 14.

Ἀλλ᾽ ὁ Σατᾶν ἐβάσκηνεν. - -
βλέπειν αὐτὰς οὐκ ἔφερε βιῶντας ὡς ἀγγέλους.

Ex Muhammedanorum qvoqve ſententia Diabolus lapſus invidia in Adamum qvem noluerit adorare. Vide Hadr. Relandum de religione Muhammedica p. 140 ſeq.

Ad pag. 650. Euphœniſſa, Orderico lib. II. pag. 418. vitioſe Euphemiſia.

Ibid. De Meroë Inſula, Reginæ imperio ſubjecta Jobus Ludolfus commentario ad Hiſt. Æthiopicam p. 89. ſeq.

Ad pag. 651. Non contemnenda illuſtris & eruditiſſimi Viri Gisberti Cuperi conjectura qvi apud Abdiam legit: *cum cereis & lampadibus*, pro: *& lapidibus*.

Ad pag. 652. Diaconi Anaſtaſis i.e. ad Anaſtaſeos templum Hieroſolymis, ut docuit Sirmondus anti Triſtano ſecundo pag. 12. ſeq. S. Hieronymus Apologia in Rufin. Tom. 2. pag. 165. *Ergo ideo in Anaſtaſi immolato agno dexteras junximus, ut tuas Romæ ſchedulas furaremur.*

Ad pag. 654. Hirtacus Adelphus, Oderico Vitali pag. 418.

Pag. 656. Poſt Auguſtinum de bono conjugali, adde, Methodium in Convivio decem Virginum

Pag. 668. Ordericus Vitalis lib. II. p. 419. cum dixiſſet Matthæum *primum Hebræo ſermone* conſcri-

conſcripſiſſe Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, addit: *quod tempore Zenonis Imp. inventum eſt ipſo revelante.* Vide eundem p. 425. & qvæ dicta a me primo tomo p. 341. & hoc novo p. 528.

Ad pag. 669. De BARTHOLOMÆO Indorum Apoſtolo videndi præterea Socrates lib. 1. cap. 19. Rufinus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 9. Theodoritus lib. 1. cap. 23. Sozomenus lib. 2. cap. 24. Vita Bartholomæi Apoſtoli edita a Petro Poſſino in theſauro Aſcetico, nec non Ordericus Vitalis lib. II. p. 415.

Pag. 673. Pſeuſtius, Orderico Vitali Seuſticus. Et pag. 674. pro Polymio, Polemius.

Ad pag. 677. Terra virgo, ἀνήροτος Methodio p. 79. Convivii Virginum. Vide Iſ. Voſſium p. 169. ad Catullum & Chriſtophori Arnoldi notas ad diras Valerii Catonis p. 133. Coſmas Indopleuſtes lib. V. p. 245. ὥσπερ γὰρ ὁ προτόπλαστος Ἀδὰμ ἐκ γῆς μήπω σπαρείσης, μηδὲ γεωργηθείσης παρὰ ἀνθρώπου, δυνάμει θείᾳ παρήχθη, οὕτω καὶ ὁ τῆς δευτέρας καταστάσεως ἀρχηγὸς ἐκ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄν τις εἴποι ἐκ παρθένου γῆς ἀσπόρως ἄνευ ἀνδρὸς δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρήχθη. Sedulius IV. 267.

Sed dignante DEO mortalem ſumere formam
Tegminis humani, facta eſt ex virgine nobis
Terra ſalutaris - - - -

Ad pag. 687. THOMÆ, *Didymi, & gemi-*

ni

ni nomina non aliter differunt qvam qvod unum Hebraicum eſt, alterum Græcum, tertium Latinum. Igitur non ſatis accurate Sedulius v.378. *Thomas, cui Didymus cognomen erat.* Vide Herib. Roſweidi notas ad Paulinum pag. 859. ſeq. & Rev. D. Georg. Henrici Goezii diſſ. de gemellis in S. Scriptura memoratis, Lubec. 1713. 4.

A*d pag.* 688. Vir doctiſſimus Samuel Baſnage in Annalibus ad A.C. 31. n. 71. Simonem Καναvίτην putat dictum a patria Cana Galilææ Civitate. Sed veriſimilior mihi videtur altera ſententia, cum non meminerim a patriæ etymo cuiqvam ejusmodi cognomen Græcum ut Simoni τȣ ζηλωτȣ fuiſſe impoſitum.

Ibid. Apud Euſebium lib. 1. Hiſt. Eccleſ. capite ult. Thaddæus ad Abgarum miſſus traditur anno Edeſſenorum CCCCXXX, qvi reſpondet anno Tiberii XV. qvo veteres qvidam CHriſtum mortuum, reſuſcitatum atq; in cœlos receptum ſibi perſuaſere. Supponit igitur narratio iſta Thaddæum miſſum fuiſſe ad Regem Edeſſenorum ſtatim a tempore effuſi in Apoſtolos ſancti Spiritus. Qvod Actis Apoſtolicis a divino ſcriptore Luca conſignati contrarium, adeoqve commentitium eſſe notat Elias du Pin T.3. prolegom. Biblic. p. 88.

A*d pag.* 689. Apud Malabares in ora Coromandalenſi communis increbuit opinio S. Thomam in illis tractibus Evangelium prædi-

caſſe

caſſe. In Bibliotheca Anglicana qvam Gallico idiomate cum eruditis communicat vir ipſe doctiſſimus atq; humaniſſimus Michael de la Roche, hæc legas T. IV. p. 522. *On croit communement ſur la Coté de Coromandel que St. Thomas y a preché l'Evangile, & fait pluſieurs miracles. Les Payens mémes en ſont perſvadez. La Montagne de S. Thomas, ou l'on dit que cet Apôtre faiſoit ſa reſidence, eſt à preſent occupée par un Eveque Catholique Romain. On y montre ſur diverſes pierres l'empreinte des genoux de ce ſaint Homme. Pour ce qui eſt des Chrétiens de St. Thomas, nous n'en avons aucune Hiſtoire, à laquelle on puiſſe ajouter ſoi.*

Ad pag. 691. Apud Sozomenum lib. 2. cap. 11. memoratur Ἀζάδης Regis Perſarum Eunuchus, qvi in Hiſtoria Tripartita III. 2. *Azanes*. Etiam *Azadanes* Diaconus apud eundem *Sozomenum* lib. 2. c. 13.

Ad pag. 704. Mereri, pro conſeqvi dixit etiam Terentius in Phormione, *nil ſuave meritum eſt.* Plinius lib. 1. Epiſt. 8. *ſequi gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulchrum eſt.* Sulpicius Severus lib. 1. hiſtor. cap 12. de Joſepho Patriarcha: *cum benedictionis merito majori minorem præpoſuiſſet.* Sedulius IV. 105. de muto & ſurdo qvem CHriſtus ſanaverat: *audirique loquens meruitque audire loquentes.* Similiter verſu 262. ejusdem libri. Vide & I. 381. & V. 237. 318. & alios qvos laudat Chriſtianus Daumius notis ad Columbanum p. 249. ſeq.

Ad

Ad *pag.* 706. Senſus, pro intelligendi vi, confer Grotium in florum ſparſione ad Jus Juſtinianeum p. 124.

Ad *pag.* 726. Merces, pro præmio & munere, ut Græcis μισθός: vide Sviceri theſaurum in hac voce.

Ad *pag.* 734. Lancea transfoſſum Thomam tradit etiam Iſidorus Hiſpalenſis de Vita & obitu Sanctorum.

Ad *pag.* 740. Ordericus Vitalis lib. II. Hiſt. Eccleſ. p. 410. de PHILIPPO Apoſtolo: *Malignam extinxit hæreſin Hebionitarum* (male excuſum *Hebronitarum*) *qui Dominum JESUM negant eſſe DEI Filium, nec hominis corpus ſumſiſſe de virgine verum.* Plura de Philippo Apoſtolo B. Andreas Wilckius plejade I. Oratione V.

Duodecim Apoſtolorum patriæ & nomina Parentum quibus geniti ſunt.	Τῶν ιβ Ἀποςόλων αἱ πατρίδας a) *καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γεννησάντων αὐτοὺς.*
Petrus & *Andreas* fratres, Patre Joanne, Matre Joanna, piſcatoriam profesſi artem, ex vico Bethſaida.	ΠΕΤΡΟΣ καὶ ἈΝΔΡΕΑΣ ἀδελφοὶ ἐκ Πατρὸς Ἰωάννου b) μητρὸς Ἰωάννᾶ c) ἁλιεῖς τὴν τέχνην, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ d) τῆς κώμης.

'ΙΑ-

a) Edidere Cangius ad calcem Chronici Paſchal. p. 337. & ex duobus Codicibus Bibl. Regiæ Pariſ. Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. lib. 2. cap. ult.

b) Al. Ἰωνᾶ, c) Ἰωνᾶς. d) Al. Θηβαΐδας, male.

ἸΆΚΩΒΟΣ καὶ ἸΩΆΝΝΗΣ ἀδελφοὶ ἐκ πατρὸς ζεβεδαίου, μητρὸς ἱεροκλείας, ἁλιεῖς καὶ αὐτοί.

Jacobus & *Joannes* fratres, Patre Zebedæo, Matre Hieroclea, etiam ipſi piſcatores.

ΦΊΛΙΠΠΟΣ ἐκ πατρὸς φιλισανῶς, e) μητρὸς δὲ Σοφίας, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς κώμης, ἡνίοχοι f) τὸ ἐπιτήδευμα.

Philippus, Patre Philiſanone, Matre Sophia, ex vico Bethſaida, vitæ inſtituto auriga.

ΘΩΜᾶΣ ὁ καὶ Δίδυμος g) ὢν μετὰ ἀδελφῆς λεγομένης Λυσίας, h) ἐκ πατρὸς Διοφανοῦς, i) μητρὸς δὲ Ῥώας k) ἀπὸ Ἀντιοχείας.

Thomas qvi etiam Didymus, cum Sorore Lyſia, Patre Diophane & Matre Roa, Antiochenus.

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑῖΟΣ ἐκ πατρὸς Σωσθένους μητρὸς δὲ Οὐρανίας l) νομαρείτης m) ἤτοι λαχάνια n) φυτεύων.

Bartholomæus Patre Soſthene, Matre Urania, cultor paſcui, ſive olitor.

ΘΑΔΔΑῖΟΣ ὁ καὶ Λεββαῖος, ἐκ πατρὸς Νεκρεφᾶ (Νεκροφάνους) μητρὸς δὲ Σελήνης, o) Ἰταλικός.

Thaddæus qvi & Lebbœus, Patre Necrophane (Necrepha) Matre Selene, Italicus.

Jaco-

e) Al. Φιλοσαάναν. forraſſe Φιλισάανος. f) al. ἡνίοχος. g) al. καὶ Ἰούδας, δίδυμοι. h) Ἀσίας. i) al. Διαφάνους. k) Ῥοᾶς. l) Οὐρανίας. m) πωμαρείτης. n) λαχανᾶς τὸ ἐπιτήδευμα. o) Σιανῆς Ἰταλικῆς ὁ καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.

Jacobus Alphæi, Patre Androne, Matre Eutychia ex Hierapoli, lapidum cædendorum artifex.	ἸΆΚΩΒΟΣ ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ἐκ πατρὸς Ἄνδρωνος, p) μητρὸς δὲ Ἐυτυχίας, ἀπὸ Ἱεραπόλεως, λαϊξὸς q) τὴν τέχνην.
Matthæus qvi etiam Levi, vitæ inſtituto publicanus, Patre Rufo, Matre Chirótheca, ex Galilæa.	ΜΑΤΘΑῙΟΣ ὁ καὶ Λευὶς, r) τελώνης τὸ ἐπιτήδευμα, ἐκ πατρὸς Ῥούκου (forſan Ῥούφου) μητρὸς δὲ χειροθείας s) ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. t)
Simon Cananites qvi Dominum vocavit ad convivium * & nuptias, Patre Gallione, Matre Ammia.	ΣΊΜΩΝ Κανανίτης, ἀριστόκλητος u) τοῦ Κυρίου εἰς τοὺς γάμους, ἐκ πατρὸς Γαλλίωνος, x) μητρὸς δὲ Ἀμμίας. y)
Simon cognomento Zelotes ex Salem, Patre Zenone. (*Nota quod Lucas Thaddæum, Judam Jacobi*	ΣΙΜΩΝ ὁ z) καλούμενος ζηλωτὴς ἀπὸ a) Σαλὴμ, ἐκ πατρὸς Ζήνωνος. b) Σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ Λουκᾶς τὸν μὲν Θαδδαῖον, Ἰούδαν

p) ἀνδρῶνα q) λαοξόος. r) Λευΐτης. s) Κεχειροθίας. al. χαιροθείας. t) Ἰαλλίας. u) ἀριστοκλήτους. x) Καλλιωνᾶ. y) Διανίας. z) deeſt in al.
a) deeſt in al. b) al. Ζωνανᾶ.
* Luc. XVII. 40.

δαν Ἰακώβου ἐκάλεσεν, Σίμωνα δὲ τὸν Καναναίτην ζηλωτὴν ἐκάλεσεν.	† appellat, & Simonem Cananitem** vocat Zelotem.)
Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. c)	Judas Iſcariotes.

In Veteri Codice Conſtitutionum Apoſtolicar. ad VIII. 4 hoc ſcholion reperit Lambecius VIII. p 455.

Πέτρος ὁ τῶν Ἀποςόλων πρόκριτος ἐκήρυξεν τὸ Εὐαγγέλιον Πόντῳ, Γαλατίᾳ, Καππαδοκίᾳ, Ἀσίᾳ, Βιθυνίᾳ, καὶ τελευταῖον ἐν Ῥώμῃ, ἐν ᾗ καὶ ἐςαυρώθη ὑπὸ Ἀγρίππα πραιφέκτου, βασιλεύοντος Νέρωνος, εἰς ἣν καὶ θάπτεται.	Petrus præcipuus Apoſtolorum prædicavit Evangelium in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, Bithynia, ac deniqve Romæ ubi etiam cruci affixus eſt ab Agrippa præfecto, Imperium tenente Nerone, ibiqve ſepultus.

Joannes Euchatienſis. p. 70. Poem.

Σταυροῖ Πέτρον κύμβαχος ἐν Ῥώμῃ Νέρων.	Cruci *Petrum* capite inverſo affigit Romæ Nero.
Ῥώμη ξίφει θνήσκοντα τὸν Παῦλον βλέπει.	Roma *Paulum* gladio peremptum videt:
Εἰρηνικὸς τέθνηκε Λουκᾶς ἐν τέλει.	*Lucas* in pace diem obit ſupremum.

Pp   Mar.

c) Hunc alter codex non habet.
† Luc. VI. 16.   ** id. 15. & Act. I. 13.

Matthæus ſomno, vitæ domino, ſopitur.	Ζωῆς ὕπνον πρύτανιν ὑπνοῖ Ματθαῖος.
Marcum populus interficit Alexandrinus,	Μάρκον θανατοῖ δῆμος Ἀλεξανδρέων,
Et mortuꝰ & non mortuus vivit *Joannes*.	Καὶ μὴ θανὼν ζῇ καὶ θανὼν Ἰωάννης.
Tres ſimul viri crucifigunt *Andream*,	Σταυροῦσι τε τρεῖς ἄνδρες ὁμῶς Ἀνδρέαν.
Thomam in India obtruncant haſtis.	Νεκροῦσι λόγχαις τὸν Θωμᾶν ἐν Ἰνδίᾳ.
Bartholomæus crucis ſupplicio moritur,	Βαρθολομαῖος σταυρικῷ θνήσκει πάθει.
Et *Simonem* crux e vita educit,	Καὶ τὸν Σίμωνα σταυρὸς ἐξάγει βίου.
Gladius ſecat *Jacobi* curſum:	Μάχαιρα τέμνει τοὺς Ἰακώβου δρόμους.
Philippo eadem qvæ Petro mors tributa.	Ἴσον Πέτρῳ δίδωσι Φιλίππῳ μόρον.

Catena Patrum Græcor. in Pſalm. LXVII. 28. Tom. 2. pag. 333.

Et qvi qvidem fratres Domini appellabantur, erant ex tribu Juda: Petrus vero & Andreas & Jacobus & Joannes & Philippus e Bethſaida vico erant: Matthæus vero & Jacobus Alphæi ex Capharnaum, Simon	Καὶ οἱ μὲν καλούμενοι ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, τῆς Ἰούδα ὑπῆρχον φυλῆς. Πέτρος δὲ καὶ Ἀνδρέας καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς κώμης ἐτύγχανον. Ματθαῖος δὲ καὶ Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου ἀπὸ τῆς Κα-

περ

περναοὺμ. Σίμων δὲ ὁ ζηλωτὴς Καναvίτης ἦν, ἅπερ πάντα χωρία τῆς Γαλιλαίας εἰσί.

autem Zelotes Cananites erat, qvæ omnia loca ſunt Galilææ.

Athanaſius in eadem Catena pag. 365.

Καὶ ἐκ μὲν Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, καθὼς τὸ Εὐαγγέλιον δηλοῖ. Ἐκ δὲ Ἰούδα ὁ Λευὶς ἤτοι Ματθαῖος καὶ οἱ ἕτεροι τῶν Ἀποστόλων.

Atqve ex Zabulon qvidem ac Nephthalim erant Petrus & Andreas & Jacobus & Joannes, ſicut Evangelium declarat: ex Juda vero Levi ſive Matthæus & alii Apoſtoli.

Nota de duodecim Apoſtolis è Codice MS. 1007. *Bibl. Regiæ Pariſ. edita à Cotelerio ad Conſtitutt. Apoſtol. II.* 63. *p* 171.

α. Πέτρος, ὁ καὶ Σίμων, Κηφᾶς καὶ Συμεών.
β'. Ἀνδρέας ἀδελφὸς αὐτοῦ.
γ'. Ἰάκωβος υἱὸς Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης δ'. Ἐκαλοῦντο διὰ τὸ Βοανεργὲς, υἱοὶ βροντῆς.
ε'. Φίλιππος ὁ ἐν Ἱεραπόλει.

1. Petrus qvi & Simon & Cephas & Symeon.
3. Andreas frater ejus.
3. Jacobus filius Zebedæi, & 4 Joannes, propter Boanerges vocabuntur filii tonitrui.
5. Philippus qvi in Hierapoli.

6. Bartholomæus. Hic Indos docet.	ϛʹ. Βαρθολομαῖος. οὗτος Ἰνδοὺς διδάσκει.
7. Matthæus publicanus.	ζʹ. Ματθαῖος ὁ τελώνης.
8. Thomas qvi & Didymus prædicavit Parthis & Indis.	ηʹ. Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμος, Πάρθοις καὶ Ἰνδοῖς.
9. Jacobus Alphæi. Interpretationem habet: diſcipulus vitæ.	θʹ. Ἰάκωβος Ἀλφαίου. ἑρμηνεύεται δὲ μαθητὴς ζωῆς.
10. Thaddæus. Hic a Matthæo qvidem vocatur Lebbæus, a Luca vero Judas Jacobi: a Marco autem Levis, qvi ſedebat ad telonium. Exponitur porro, laudatio.	ιʹ. Θαδδαῖος. οὗτος παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ a) Λεββαῖος καλεῖται, παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ b) Ἰούδας Ἰακώβου, παρὰ δὲ Μάρκῳ c) Λευΐς, καθήμενος παρὰ τὸ τελώνιον. ἑρμηνεύεται δὲ αἴνεσις. d)
11. Simon Cananites, cruci affixus fuit. Appellatur qve etiam Simeon & Cleophas & Judas.	ιαʹ. Σίμων ὁ Κανανίτης σταυρῷ προσηλώθη. ὁ καὶ Συμεὼν καὶ Κλεώπας καὶ Ἰούδας λεγόμενος.
12. Atqve Matthias, qvi in locum Judæ ſuffectus eſt.	ιβʹ. Καὶ Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα εἰσαχθείς.

Τέλος.

a) Matth. X. 3. b) Luc. VI. 16.
c) Marc. II. 14.
d) Ita legit Coteler. pro ἄνεσις.

Τελῶναι, Ματθαῖος, Ἰάκωβος καὶ Ἰούδας. Ματθαῖος e) λέγει αὐτὸν κεκλῆσθαι τελώνης. Ὁ δὲ Μάρκος f) τὸν Ἰάκωβον Ἀλφαίου. Ὁ δὲ Λουκᾶς g) ἐν τῷ λη' κεφαλαίῳ τὸν Λευΐν, ὡς καὶ ὁ Μάρκος h) ὀνομάζει, ἐν δὲ τῷ μδ' i) Ἰούδαν Ἰακώβου.

Publicani, Matthæus, Jacobus, & Judas, Matthæus teſtatur ſe vocatum fuiſſe publicanum. At Marcus Jacobum Alphæi commemorat. Lucas vero in capitulo 38. Levim, qvomodo etiam nuncupat Marcus: in capitulo autem 44. Judam Jacobi.

Ad Notitiam & Fragmenta ACTUUM APOSTOL. APOCRYPHORUM.

AD *pag.* 745. Adde *Abdam*, & *Abd Jeſum* Epiſcopos qvi Conſtantini M. temporibus a Sapore Perſiæ Rege interfecti traduntur a Sozomeno II. 13. necnon *Abdam* de qvo Theodoritus V. 39. Hiſt. Eccleſ. & Socrates VII. 8.

Ad *pag.* 746. Pro *Mombitio* lege *Mombritio*.

Ad *pag.* 750. De ordine librorum Biblicorum vario in variis Codicibus, veterumqve ſcriptorum Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ teſtimoniis, diligentiſſime diſſeruit V. Cl. Hum-

e) Matth. X. 3. f) Marc. II. 14. & III. 18. g) Luc. V. 27. h) Marc. II. 14. i) Luc. VI. 16.

Humfredus Hody in extrema parte operis eruditi de Bibliorum textibus Originalibus, verſionibus Græcis & Latina vulgata. Oxon. 1705. fol. Chriſtianus Druthmarus in cap. 1. Matthæi: *Vidi librum Evangelii Græce ſcriptum qui dicebatur S. Hilarii fuiſſe, in quo primi erant Matthæus & Joannes, & poſterius alii duo. Interrogavi Euſemium Græcum cur hoc ita ineſſet; dixit mihi: in ſimilitudinem boni agricolæ, quos fortiores habet boves, primo jungit.*

Ad pag. 751. In Philaſtrii loco verba aliqvot deſiderari & oſcitantia librariorum prætermiſſa eſſe exiſtimat Baltholomæus Germon S. I. libro de veteribus hæreticis Eccleſiaſticorum Codicum corruptoribus p. 223. Idem pag. 227. poſt Sirmondum obſervat auctorem libri de fide adverſus Manichæos, in qvo de corruptis S. ANDREÆ actibus occurrit mentio, non eſſe S. Auguſtinum ſed Evodium Uzalenſem Epiſcopum, S. Auguſtini æqvalem.

Ad pag. 756. Addendum teſtimonium Photii Cod. CLXXIX. pag. 210. ubi de Agapio Manichæo: Καὶ ταῖς λεγομέναις δὲ ΠΡΑΞΕΣΙ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, καὶ μάλιστα ΑΝΔΡΕΟΥ, ȣ̓ μόνον συντίθεται (ita leg. pro ȣ̓ συντίθεται) ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἔχει τὸ φρόνημα ἠρτημένον. *Nec modo probat ACTUS qui feruntur DUODECIM APOSTOLORUM nomine, & maxime ANDREÆ, ſed etiam opinionem ex illis hauſtam præ ſe fert.*

Ad

*Ad pag.*758. De S. Andrea homiliam ſub *S. Athanaſii* nomine e MS. Toinardi vulgavit eruditiſſ. Montfauconus Tom. 3. pag. 466. Incipit: *ὁρῶν λαμπρὰν ταύτην ἀγέλην.* *Procli* CPol. in S. Andream (*Chryſoſtomo* ab aliis tributa) incipit: *ἰσχυρὸν τῆς ἀποστολικῆς ἁλείας τὸ δίκτυον*, in Tom. 1. Auctarii novi Combefiſ. pag. 460. *Epiphanii* Monachi & Presbyteri de vita S. Andreæ: *ἐπειδήπερ πολλοὶ ἀνεγράψαντο βίους.* His præter Græcos Anonymos qvosdam & ineditos Tom. IX. Bibliothecæ Græcæ pag. 54. à me memoratos adde Latini Doctoris *Petri Chryſologi* Homiliam CXXXIII. & Surium 30. Nov. ubi præter Acta paſſionis S. Andreæ qvæ a Presbyteris & Diaconis Achajæ ſcripta feruntur, habes etiam homiliam *Petri Damiani.*

Ibid. Cum A. 1714. Hamburgi 8. recudendum darem librum Judaicum *de Vita & morte Moſis*, Gilb. Gaulmini notis illuſtratum, ei ſubjunxi præter *Benſira* & aliorum Orientalium ſententias, brevia veterum ſcripta de Prophetis & Apoſtolis Græce & Latine qvidem, *Dorothei* Tyrii de Prophetis, XII. Apoſtolis & LXXII. Chriſti diſcipulis, ſubjuncta Davidis Blondelli de LXX. diſcipulis diſſertatione ex ejus libro de Epiſcopis & Presbyteris: & *Hyppolyti* de XII. Apoſtolis. Græce vero: *Theodori Prodromi* jambos de LXX. diſcipulis, & *Nicephori Calliſti* Menologium: Latine deniqve *Iſidori* Hiſp. libellum de vita & obitu ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum.

lorum. Ab eo tempore, *Hyppolyti* libellum de Apoſtolis non modo iterum produxi in mea Operum S.Hippolyti Portuenſis editione, ſed ei præter notas Combefiſii, etiam libellum alterum antea ineditum de LXX. Apoſtolis ſive diſcipulis e Codice Barocciano ſubjunxi in appendice ad Tom. 1. Operum Hippolyti p.41. Hamb 1716. fol. *Sophronii* vitas Apoſtolorum Græce & Latine dedi ad calcem S. Hieronymi de Viris illuſtribus, in Bibliotheca Eccleſiaſtica A. 1718. fol. vulgata. Cum Hippolyto eadem fere tradit *Anonymus* Græcus ad calcem Oecumenii in Epiſtolas Pauli Apoſtoli editus qvi in Codicibus qvibusdam *Epiphanii* nomen præ ſe fert. Non prætermittendus etiam *Arethas*, Apoſtolos conferens cum lapidibus duodecim pretioſis Hieroſolimæ cœleſtis, in Commentario ad Apocalypſim pag 991. ſeq. ſeq. Laudabile itidem ſtudium egregii & bene meriti de ſtudioſa juventute Viri *Andreæ Wikkii*, Gymnaſ. Gothan. Rectoris cujus Ἑορτογραφίαν edidit ipſius progener Georgius Heſſus Lipſ. 1676. 8. In illius parte priore, Poëtarum veterum & recentium ſelecta loca qvibus feſta Eccleſiæ noſtræ ſolennia celebrant, exſtant notis illuſtrata, pars poſterior tota rebus laudibusqve duodecim Apoſtolorum conſecrata eſt. Vitas Apoſtolorum e recentioribus qvoqve tradiderunt Latine qvidem præter *Joach. Perionium*, *Joachimus Camerarius*, in Hiſtoria JESU CHRISTI & Apoſtolorum

rum edita Lipſiæ 1566. 8. *Georgius Major* in vitis Patrum editis Witebergæ 1544. 1559. 1578. 8. & Germanice verſis a Sebaſtiano Schwan, Paſtore Ratzeburgenſi Lubec. 1654. 4. Germanice præterea M. *Wendel Schuppe* in der legenda von den heiligen Apoſteln: Anglice præter *Guil. Caveum*, (cujus vitæ Apoſtolorum etiam Germanice verſæ exſtant Lipſ. 1696. 4.) *Wilhelmus Reading*, de cujus vita Chriſti, Apoſtolorum & Evangeliſtarum vulgata Lond. 1716. 8. vide Acta Eruditorum A. 1717. pag. 302.

Ad pag. 759. De reliqviis S. Andreæ Apoſtoli CPolin translatis conſulendi Carolus du Freſne lib. IV. CPolis Chriſtianæ cap. 5. & Muratorius ad Paulini natalem XI. S. Felicis v. 336.

Ibid. Joannes Malalas lib. X. Chronici Tom. 1. p. 329. nonnulla referens ex recognitionibus Clementis, ἅτινα, inqvit, ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποςόλων συγγέγραπται.

Διδασκαλίαι Ἀποςόλων memorantur in loco Marci Alexandrini qvem attuli pag. 950.

De Apoſtolici Concilii commentitii conſtitutione Apocrypha pro conceptione immaculata S. Mariæ Virginis mentio apud Theophilum Raynaudum Tom. VII. Operum pag. 325.

Ad pag. 760. De Recognitionibus & Conſtitutionibus aliisque Clementi Romano tribu-

tis ſcriptis & eorum editionibus plura notavi in Bibliotheca Græca lib. V. cap. 1. pag. 31-38.

Ad pag. 761. Aldhelmus ad Geruntium Regem (inter S. Bonifacii Epiſtolas XLIV.) *Nos autem ſecundum plurimorum opinionem, Simonem magicæ artis inventorem hujus tonſuræ principem fuiſſe comperimus, quia qualem quantamque necromantiæ fallaciam contra beatum Petrum fraudulenter machinaretur,* CERTAMEN APOSTOLORUM, * *&* decem libri Clementis *teſtes ſunt.* Ad qvem locum Nic. Serarius in notis: *Veteribus qui X. Recognitionis ſeu Periodorum & circuitionum libros Clementi attribuerunt, poteſt deinceps ſanctus hic noſter Aldhelmus conjungi. Ex illis ſunt apud Lambertum Gruterum præf. in Clementina D. Epiphanius hæreſi XXX. Ebionit. Auctor operis imperfecti hom.* 49. *in Matthæi cap.* 24. *Cedrenus in Hiſt. Nicephorus Calliſtus II.* 35. *III.* 18. *Rufinus in Apolog. ad Macar. V. Beda in Actor. cap. V. & lib. de ratione temporum cap.* 3. *Bridfertus in eum Bedæ libellum, Freculfus lib.* 3. *Chron. cap.* 10.

Ibid. Bardeſanis locum habent Euſebius VI. 10. præparat. & Cæſarius qvæſt. 47. ſeq.

Ibid. Auctor recognitionum IX. 27. alludere videtur ad edictum Antonini Caracallæ qvi ab A. 211. ad 217. imperio præfuit, & omnes illi ſubjectos Romana civitate donavit: unde Eruditiſſ. Vir. Ez. Spanhemius in orbe Romano ſive Exercitationibus ad illud Caracallæ edictum pag. 248. colligit non modo Cle-

* Abdiæ.

Clementem illarum recognitionum auctorem eſſe non poſſe, ſed nec Bardeſanem qvi M. Aurelii Antonini ætate vixit. Si tamen nihil aliud obſtet, dici poſſit auctorem recognitionum non reſpexiſſe ad edictum illud Caracallæ, ſed ad antiqvius aliud M. Aurelii Antonini, a qvo datam cunctis promiſcue Civitatem Romanam tradunt M. Aurelius Victor & Ariſtides Spanhemio ipſi alibi laudati. Verba in recognitionibus, ne qvis reqvireret, adſcripſi: *qui* (Romani) *omnem pene orbem omnesque nationes propriis primo & variis legibus inſtitutisque viventes in Romanorum jus & civilia ſcita verterunt.* Qvin immo ſi accuratius hæc verba expendas, non tam de civitatis Romanæ jure data omnibus nationibus, qvam de Legibus Romanis toti orbi Romano impoſitis intelligenda eſſe fateberis.

Ibid. Diſputatio uberior Petri & Apionis Euſebio memorata & Hieronymo intercidit, falliturqve Oudinus, qvi eam a Cotelerio ſub nomine Clementinorum editam eſſe ſibi perſuaſit.

Ad pag. 762. De Cratone locum Orderici Vitalis adſcripſi ſupra p. 584.

Ad pag. 761. Teſtimoniis de Actis Johannis addendus locus S. Auguſtini qvem dedi notis ad Abdiam pag. 589. Clemens Alex. in primæ S. Joannis Epiſtolæ caput verſumqve primum: *Fertur in traditionibus, quoniam Joannes Evangeliſta ipſum corpus* (CHRISTI) *quod erat*

erat extrinſecus tangens, manum ſuam in profunda miſit, & ei duritia carnis nullo modo reluctata eſt, ſed locum manui præbuit.

PASSIO S. JOANNIS EVANGELISTÆ,

Edita à Franciſco Maria Florentino ad Martyrolog. S. Hieronymi p. 130.

MELLITUS Servus Chriſti Epiſcopus Laudociæ, * univerſis Epiſcopis, & Eccleſiis Catholicorum in Domino æternam ſalutem. Volo ſoliticam eſſe fraternitatem veſtram de *Leucio* qvodam, qvi ſcripſit Apoſtolorum Acta Joannis Evangeliſtæ, & Sancti Andreæ, vel Thomæ Apoſtoli. Qvædam de virtutibus qvidem qvæ per eos Dominus fecit, vera dixit; de doctrina vero multa mentitus eſt. Dixit enim docuiſſe eos duo principia, qvod execratur Eccleſia Chriſti; Cum ipſe S. Joannes Apoſtolus in capite Evangelii ſui unum teſtetur principium, in qvo ſemper fuerit verbum, a qvo univerſa creata ſunt viſibilia, & inviſibilia. Leucius autem dicit eos docuiſſe duo principia boni, & mali, & bona a bono, mala vero à malo principe ſubſtitiſſe, cum conſtet malum nihil eſſe ſubſtantiale, & penitus nullam Creaturam, neqve viſibilem, neqve inviſibilem, qvæ poſſit mala intelligi per naturam; Sive Angelus malus, ſive homo malus à Domino bonus

* Laodiceæ.

nus factus eſt, & ideo malus, qvia contra crea-
toris ſui voluntatem præſumpſit; Nam,& An-
geli, & homines qvi mali eſſe noſcuntur, a ju-
ſto Deo damnantur. Juſtus autem injuſtitiam
ponit, qvam non oriendo Angeli, vel homines,
ſed injuſte agendo incurriſſe noſcuntur; Pro-
hibita enim a Domino ſervus ſi perpetraverit,
& juſſa non fecerit, juſte puniendum ſe eſſe
cognoſcit, qvodqve cum ſe ipſum pro ſua præ-
ſumptione humiliaverit, & ex toto corde di-
xerit, peccavi tibi Domine miſerere mei, ſub-
veniet ei pietas Domini, & qvi per juſtitiam
juſti judicis puniendus extiterat,per miſericor-
diam ad indulgentiam revocatur; Ergo ut ve-
re te peccatorem oſtendas Deum creatorem
honora, honoras autem Creatorem,ſi te ſolum
culpaveris, cum delinqvis,& non adſcripſeris
Creatori cum peccas; Ut ex omni parte tua
præſumptionem arguas, non tui qveraris ope-
ra conditoris. Si enim vere te negligentem
accuſaveris delinqventem, ad veram poteris
indulgentiam pervenire. Hæc Leucii cauſa
memoraverim, qvi mendacio plenus Apoſto-
los Domini aſſeruit docuiſſe, duo principia
hominis extitiſſe, ut animam a bono Deo edi-
tam, carnem a malo, & neceſſitate carnis ani-
mam involui peccatis; Qvod ſi ita eſſet, qvi
non peccat omnino non viveret; Sic qvi non
manducat, aut non bibit, aut non digerit, aut
non dormit, ſine dubio vivere non poteſt.
Ita & qvi non fornicatur, aut qvi non videt,
aut

aut qvi non furatur, aut qvi non aliqvid crimen admittit, non poſſe vivere monſtraretur. At vero cum doceatur homo ſine fornicatione vivere, qvi ſine victu, & veſtitu vivere non poteſt. Conſtat eum ita conditum a bono Creatore, ut ſine criminibus viveret, cum absqve alimoniis non poſſit omnino conſtare. Deniqve clauſum carcere, tentum in vinculis, deportatum exilio, absqve criminibus vivere poſſe cognoſcimus, cum absqve cibo, & potu, & digeſtione, & ſomno non poſſe vivere comprobetur. His agnitis ad B. Joannis Evangeliſtæ actus flectamus articulum, & ad Dominum de hac luce qvaliter migravit explicemus.

Secundam poſt Neronem perſecutionem Chriſtianorum Domitianus exercuit, unde factum eſt ut Sanctus Joannes Apoſtolus tolleretur de Epheſo, & in Pathmos Inſulam in exilium mitteretur, in qva Inſula Apocalipſim, qvam ei Dominus revelavit, manu ſua conſcripſit. Domitianus autem eodem anno qvo juſſit Sanctum Joannem exiliari, a Senatu Romano interfectus eſt, & qvoniam Deo cura fuit de Apoſtolo ſuo, ex totius Senatus conſulto hoc definitum eſt, ut qvicqvid Domitianus fieri voluit, caſſaretur; Hinc factum eſt, ut Sanctus Joannes, qvi voluntate Domitiani exilio cum injuria fuerat deportatus, cum honore ad Epheſum remearet. Occurrit autem illi omnis populus virorum, ac mulierum, omnes

exul-

exultantes, & dicentes, Benedictus qvi venit in nomine Domini. Cum autem ingrederetur Civitatem. *Druſiana*, qvæ ſemper ſeqvuta eum fuerat, & adventus ejus deſiderio fuerat fatigata, efferebatur, Tunc Sanctus Joannes videns flentes pauperes, & parentes, ac viduas ſimul cum orphanis clamantes, & dicentes. Sancte Joannes Apoſtole ecce Druſianam efferimus, qvæ ſanctis monitis tuis obtemperans nos omnes alebat ſerviens Domino in caſtitate, & humilitate, & qvotidie deſiderabat reditum tuum dicens, Ecce videam Apoſtolum Domini oculis meis anteqvam moriar. Ecce tu veniſti, & te videre non potuit. * Dominus JEſus Chriſtus excitat te. Druſiana, Surge, & pedibus tuis revertere ad domum tuam, & præpara mihi refectionem. Ad hanc vocem ſurrexit, & cœpit ire ſollicita de juſſione Apoſtoli, ita ut videretur ipſi Druſianæ qvia non de morte, ſed de ſomno excitaſſet eam. Factus eſt autem clamor populi per tres horas dicentes: Unus eſt Deus, qvem prædicat Joannes, unus eſt Dominus Jeſus Chriſtus. Altera autem die *Craton* Philoſophus in foro propoſuerat de contemptu mundi ſpectaculum, ut duo juvenes fratres ditiſſimi, qvos fecerat diſtracto patrimonio ſuo gemmas emere ſingulas, qvas in conſpectu omnis frangerent populi. Qvod cum facerent pueri, contigit tranſitum habere Apoſtolum, & convocans ad ſe Cratonem Philoſophum ait. Stultus eſt iſte mundi con-

tem-

temptus, qui hominum ore laudatur, ſed condemnatur divino judicio. Sicut vana medicina eſt, ex qva non abſciditur morbus, ita vana doctrina eſt, ex qva non vitia curantur animorum, & morum; Magiſter itaqve meus juvenem cupientem ad vitam æternam attingere his verbis inſtruxit, qvibus diceret, ut ſi vellet perfectus eſſe, venderet omnia ſua, & daret pauperibus; qvo facto theſaurum in Cœlo acqvireret & vitam æternam, qvæ finem non habet, inveniret. Craton dixit: Humanæ cupiditatis fluctus in medio poſitus eſt, ſed ſi vere Deus magiſter tuus, & vult hoc fieri, ut pauperibus erogetur cenſus pretii harum duarum gemmarum, fac eas redintegrari, ut qvod ego feci ad famam hominum, tu facias ad gloriam ejus fieri, qvem tuum magiſtrum eſſe commemoras. Tunc B Joannes colligens fragmenta gemmarum ponens in manu ſua elevavit oculos ſuos ad Cœlum, & ait: Domine Jeſu Chriſte, cui nihil impoſſibile eſt, qvi fractum mundum per lignum Crucis tuæ in tuis fidelibus reſtauraſti, qvi nato cœco oculos, qvod natura negaverat, reddidiſti, qvi mortuum Lazarum, & ſepultum poſt qvartum diem ad ſuperos revocaſti, & omnes morbos, omnemqve ægritudinem virtutis tuæ verbo curaſti; Adeſto nunc ſuper iſtos lapides pretioſos, qvos ignorantes fructum elemoſinæ ad plauſum hominum confregerunt, tu Domine per manus Angelorum

tuo-

tuorum modo recupera, ut precio eorum miſericordiæ uſus expletus, faciat tibi credentes pervenire ad tuum imperium, qui cum Patre vivis, & cum Spiritu Sancto, & regnas in ſæcula ſæculorum; Cumque reſpondiſſent fideles, qui cum Apoſtolo erant, & dixiſſent, Amen, ita ſunt ſolidata fragmenta gemmarum, ut nec ſignum aliqvod de eo, qvod fractum fuerat remaneret. Tunc Philoſophus Craton, ſimul cum his juvenibus, & cum univerſis diſcipulis ſuis pedibus ejus devolutus credidit, & baptizatus eſt cum omnibus, & cœpit fidem Domini Jeſu Chriſti publice prædicare. Tunc duo illa fratres vendentes omnia, quæ habere poterant, & dantes univerſa egentibus, ſeqvebantur Apoſtolum per Civitates verbum Domini prædicantem. Contigit autem ut intrantes urbem Pergamum, viderent ſervos ſuos ſericis indutos veſtibus procedentes, & gloria ſæculi fulgentes; & hinc factum eſt, ut ſagitta Diaboli perculſi triſtes efficerentur, qvod ſe in uno pallio viderent egentes, ſervos vero ſuos potentiſſimos, atqve fulgentes. Sed hos dolos Diaboli intelligens Apoſtolus ait. Video vos, & animos veſtros mutaſſe, & vultus propter hoc qvod doctrinam Domini Jeſu Chriſti ſeqvuti, omnia quæ habere potuiſtis pauperibus contuliſtis. Unde ſi vultis recuperare quæ in auro, & argento, & lapidibus pretioſis habuiſtis; Deferte mihi lapides minutos à littore maris. Quod cum feciſſent, invocata Trini-

tate Domini converſæ ſunt in gemmas. Item dixit eis: Deferte mihi virgas rectas in ſingulis faſcibus; quod cum feciſſent, invocata Trinitate Domini converſæ ſunt in aurum. Tunc dicit eis Sanctus Apoſtolus: Per ſeptem dies ite per aurifices, & gemmarios, & dum probaveritis verum aurum, & veras gemmas, nunciate mihi. Euntes autem ambo poſt ſeptem dies reverſi ſunt ad Apoſtolum dicentes. Domine omnes officinas circumivimus, & omnes dixerunt; Tunc dicit eis S. Joannes. Ite & redimite vobis terras quas vendidiſtis, emite vobis ſericas veſtes, ut pro tempore fulgeatis ut roſa, ſic dum floſ ejus, & odorem paruit, & ruborem oſtendit, repente mareeſcit; Suſpiraſtis enim in veſtrorum ſervorum aſpectu, & vos effectos pauperes gemuiſtis. Eſtote divites temporaliter, ut in perpetuum mendicetis. Nunquid non valet manus Domini, ut faciat ſervos ſuos divitiis affluentes incomparabiliter, & ſplendentes? ſed certamen ſtatuit animarum, ut credant ſe æternas habituros divitias, qui pro ejus nomine temporales opes habere noluerunt. Denique narravit nobis magiſter noſter de qvodam divite, qvi epulabatur qvotidie, & fulgebat in auro, & purpura, ad cujus fores jacebat mendicus Lazarus, qvi cupiebat, vel micas, quæ de menſa cadebant accipere, & nemo illi dabat, contigit autem ut uno die ambo deficerent, & ille mendicus duceretur in requiem, quæ eſt in ſinu Abrahæ,

ille

ille autem dives mitteretur in flammas incendii, unde elevans oculos vidit Lazarum, & ait. Obſecro te Pater Abraham, ut dimittas Lazarum, & intinctum digitum extremum in os meum mittat, quod crucior in hac flamma: cui reſpondit Abraham dicens, memento fili qvia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc iſte conſolatur, tu vero torqveris. Et in his omnibus chaos magnum inter nos, & vos firmatum eſt, ut neque inde huc, neque hinc illuc tranſiri poſſit. Ad hæc ille reſpondit. Sunt mihi quinque fratres, obſecro te, ut pergat aliquis qvi moneat eos, ne huc veniant ad hanc flammam; cui Abraham ait; Habent Moyſen, & Prophetas, audiant eos. Ad hæc ille reſpondit: Non Domine, niſi reſurrexerit aliquis, non credent. Et ait Abraham: ſi Moyſen, & Prophetas non audient, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Hos autem ſermones ſuos Dominus, & Magiſter virtutum firmabat exemplis; nam cum dicerent: ſi quis inde huc verteret, credamus ei. Dixit ei, Afferte huc mortuos, quos habetis. Cumque adportaſſent coram illo tria corpora mortuorum, velut dormientia excitata ſunt ab eo, qui dabant fidem cunctis ſermonibus ejus. Sed ut quid ego de Domino meo referam? cum in præſenti ſint, quos in ejus nomine ſuſcitavi vobis præſentibus. In cujus nomine paralyticos curatos vidiſtis, & leproſos mundatos, & cœcos in luminatos, & homines à dæmoniis li-

beratos. Sed has virtutum opes habere non poſſunt, qui voluerint divitias habere terrenas. Denique vos ipſi quando ad infirmos intraſtis, invocato nomine Jeſu Chriſti ſalvati ſunt. Fugaſtis dæmonia, etiam cœcis lumina reddidiſtis. Hæc gratia ablata eſt à vobis, & facti eſtis miſeri, qui eratis fortes, & magni. Sed cum tantus timor veſter eſſet in dæmoniis, ut juſſu veſtro homines derelinquerent, modo vos timetis dæmonia; amator enim pecuniæ ſervus eſt Mammonæ, Mammona autem dæmonis nomen eſt, qui lucris carnalibus præeſt, & dominatur his, qui diligunt mundum. Ipſi autem amatores mundi non poſſident divitias, ſed ipſi à divitiis poſſidentur. Nam cum ſit unus venter, & ſint repoſita tanta, quæ mille ventribus ſatis ſunt: & cum ſit unum Corpus, & ſint tantæ veſtes, quæ mille hominum corporibus præbere valeant indumenta, utique quod uti non poteſt cuſtoditur, & cui cuſtodiatur omnino neſcitur. Dicente Sancto Spiritu per Prophetam: Vane conturbatur omnis homo, quia theſaurizat, & ignorat cui congregat ea. Nudos fuderunt in lucem partus mulierum egentes cibo, & potu, & amictu: nudos recipit terra quos edidit. In commune poſſidemus Cœli divitias, ſplendor ſolis qui divitis, & pauperis æqualis eſt, & pluviarum guttæ, & Eccleſiarum januæ, & fontis ſanctificatio, & remiſſio peccatorum, & participatio altaris, & eſca corporis, & potus ſanguinis ſancti, & Chriſ-

matis

matis unctio, & gratia largitoris, & viſitatio Domini, & indulgentia peccati. Hæc omnia absqve perſonarum acceptione æqualis eſt diſpenſatio conditoris. Neque enim aliter dives, aliter pauper terreſtribus utitur donis, ſed miſer, & infelix homo, qvi vult plus aliquid habere, quam ſufficit. Naſcuntur enim ei dolores febrium, rigores frigorum, dolores varii in cunctis corporis membris, & neque eſca cibari poteſt, nec poculo ſatiari. Ut cognoſcat aviditas non ſibi pecunias profuturas, quæ repoſita cuſtodibus ſuis ſolicitudinem diurnam, & nocturnam incutiunt, & nec unius horæ ſpatio quietos eos, aut ſecuros eſſe patiuntur; Nam cuſtodiuntur à furibus domus, dum poſſeſſio colitur, dum aratris intendunt, dum ſolvunt fiſcalia, dum lucris ſtudent potentiorum ſe impetus mitigare nituntur; dum minus potentes ſe nudare contendunt; dum iras ſuas, qvibus poſſunt, inferunt, & in lata in ſe vix tolerare poſſunt; dum in blandimento carnis adſentiunt; dum ludere tabulis, & ſpectaculis non perhorreſcunt; dum polluere, & pollui non metuunt, ſubito exeunt de iſto ſæculo nudi, ſola ſecum peccata portantes, pro quibus ſunt pœnas paſſuri perpetuas. Hæc dicente Apoſtolo, ecce afferebatur à matre vidua juvenis, qui triginta dies habebat, quod uxorem acceperat. Venientes autem turbæ, qvæ exeqvias faciebant, ſimul cum Matre ejus vidua jactaverunt ſe ad pedes ejus, omnes pariter

mugitus, & fletus, & gemitus emittentes rogabant, ut in nomine Dei ſui ſicut Druſianam, ſic & hunc juvenem mortuum ſuſcitaret. Tantus autem omnium extitit fletus, ut etiam ipſe S. Apoſtolus vix a fletu, & lacrymis temperare. Tunc proſternens ſe in oratione diutiſſime flevit, & exurgens ab oratione expandit manus ſuas ad Cœlum, tacita prece diutiſſime oravit; Hoc cum feciſſet tertio, juſſit ſolvi involutum corpus & ait: O juvenis Stacteæ, qui amore carnis tuæ ductus, cito animam amiſiſti: O juvenis qui neſciſti Creatorem tuum, neſciſti ſalvatorem hominum, neſciſti amicum verum, & ideo hoſtem peſſimum incurriſti. Pro ignorantia tua lacrimas Domino ſimul, & preces effudi, ut exurgas mortis vinculo reſolutus, & iſtis duobus Attico, & Eugenio annunties, quantam gloriam amiſerint, & quantam incurrerint pœnam. Tunc exurgens Stacteus adoravit Apoſtolum, & cœpit increpare diſcipulos ejus dicens: Audivi Angelos veſtros, & ſatanæ Angelos in veſtra dilectione gaudentes, jam paratum vobis ex corruſcantibus gemmis dietas inſtructas plenas gaudiis, plenas epulis, plenas deliciis, plenas vitæ perpetuæ, plenas luminis æterni, plenas delectationibus, qvas amiſiſtis incauti, & acquiſiſtis vobis loca tenebrarum, plena draconibus, plena ſtridentibus flammis, plena cruciatibus, & incomparabilibus pœnis, plena pudoribus, plena doloribus, plena anguſtiis, plena timore, &

treme-

tremore; Amiſiſtis loca,plena floribus immarcifcibilibus, plena mulcentia vocibus organorum: & acqviſiſtis loca in qvibus,die,noctuque non ceſſat mugitus, vlulatus, & luctus. Jam nihil aliud vobis ſupereſt, niſi ut rogetis Apoſtolum Domini, ut ſicut me reſuſcitavit, & ab interitu ad ſalutem perduxit, ita & animas veſtras, quæ etiam de libro vitæ deletæ ſunt, reſuſcitet. Tunc iſte ipſe, qui ſuſcitatus fuerat proſtravit ſe cum omni populo, & cum Attico, & Eugenio omnes pariter exorabant Apoſtolum, ut intercederet pro his apud Dominum. Quibus Sanctus Apoſtolus hoc dedit in reſponſis, ut per triginta dies Domino pœnitentiam offerrent; In qvo ſpatio hoc maxime precarentur, ut virgæ aureæ in ſuam naturam redirent; ſimiliter, & lapides ad vilitatem in qua nati fuerant remearent. Factum eſt autem, ut triginta dierum ſpatio tranſacto, cum neque virgæ mutarentur in lignum, neque gemmæ mutarentur in lapides, venientes Atticus, & Eugenius dixerunt Apoſtolo: Semper miſericoridam docuiſti, ſemper indulgentiam prædicaſti, & præcepiſti, ut homo parceret homini: Et ſi hominem homini indulgere voluit Deus, quanto magis ipſe, cum ſit Deus, homini & indulget, & parcit? In peccato noſtro confuſi ſumus, & quod oculis concupiſcentibus mundum deliquimus, oculis flentibus pœnitemus. Oramus te Domine, oramus Apoſtole, ut indulgentiam Dei, quam ſemper prædi-

cas verbis, factis oſtendas. Tunc B. Joannes flevit, & pœnitentibus univerſis etiam pro his interim venientibus dixit: Dominus noſter Jeſus Chriſtus his ſermonibus uſus eſt, ut diceret, Nolo mortem peccatoris, ſed volo ut convertatur, & vivat. Nam & cum nos doceret de pœnitentibus, Dominus noſter JEſus ait, Amen dico vobis, quia magnum gaudium eſt in Cœlo Angelis ſuper unum pœnitentem & convertentem ſe à peccatis ſuis, & amplior lætitia illis eſt, qvam ſuper nonaginta novem qvi non peccaverunt. Unde volo vos ſcire qvia Dominus accepit pœnitentiam eorum. Tunc converſus ad Atticum, & Eugenium dixit: Ite, & reportate virgas ad ſylvam, unde eas aſſumpſiſtis, quoniam ad ſuam ſunt naturam converſæ, & lapides, qvoniam petræ effectæ ſunt, ut fuerant; quod cum fuiſſet impletum, receperunt gratiam qvam amiſerant; ita ut etiam fugarent dæmonia, & ſicut prius infirmos curarent, & virtutes multas per eos Dominus faceret. Cum autem omnis Civitas Epheſiorum, immo omnis provincia Aſiæ Joannem excolerent, & prædicarent, accidit, ut cultores idolorum excitarent ſeditionem. Unde factum eſt, ut Joannem traherent ad templum Dianæ, & urgerent eum, ut ei ſeditatem Sacrificiorum offerret. Tunc B. Joannes ait. Ducam vos omnes in Eccleſia Domini mei Jeſu Chriſti, & invocantes nomen Dianæ veſtræ, facite cadere eccleſiam ejus, & conſentiam vobis. Si autem hoc facere non poteſtis,

teſtis, ego invoco nomen Domini mei Jeſu Chriſti, & faciam cadere templum hoc, & comminui Idolum veſtrum. Quod cum fuerit, juſtum vobis videri debet, ut relicta ſuperſtitione ejus rei quæ à Deo meo victa eſt, & confracta ad ipſum convertamini. Ad hanc vocem conticuit omnis populus, & licet eſſent pauci, qvi contradicerent huic definitioni, pars tamen maxima conſenſum adtribuit. Tunc B. Joannes blandis alloqviis exorabat populum, ut à templo ſe longe facerent; Cumque univerſi ex interiori parte foras exiſſent, voce clara coram omnibus dixit: Ut ſciat omnis hæc turba, quia Idolum hoc Dianæ, dæmonium eſt, & non Deus, corruat cum omnibus manufactis Idolis, qui coluntur in eo, ita ut nullam in hominibus læſionem faciat. Continuo autem ad hanc vocem Apoſtoli, omnia ſimul cum templo ſuo Idola ita corruerunt, ut fierent ſicut pulvis, quem projecit ventus à facie terræ. Converſi ſunt autem eo die duodecim millia gentilium, exceptis parvulis, & mulieribus, & baptizati ſunt conſecrati virtute. Tunc Ariſtodemus, qui erat Pontifex Idolorum, repletus ſpiritu neqviſſimo, excitavit ſeditionem in populo, ita ut populus contra populum pararetur in bellum. Sed B. Joannes ait: Dic mihi Ariſtodeme qvid faciam, ut tollam indignationem de animo tuo? Ariſtodemus dixit; Si vis ut credam Deo tuo, dabo tibi venenum bibere, quod cum biberis, ſi non fueris mortuus, apparet verum eſſe Deum tuum. Cui

Apoſtolus ait: Venenum ſi dederis mihi bibere, invocato Domini mei nomine non poterit nocere mihi. Cui Ariſtodemus ait: Prius eſt, ut videas bibentes, & ſtatim morientes, ut vel ſic poſſit cor tuum ab hoc periculo formidare; cui B. Joannes reſpondit: Jam dixi tibi, tu paratus eſto credere in Dominum meum, Jeſum Chriſtum, dum me videris poſt veneni populum ſanum. Perrexit itaque Ariſtodemus ad Proconſulem, & petivit ab eo duos viros, qui pro ſuis erant ſceleribus decollandi, & ſtatuens eos in medio foro coram populo fecit eos bibere venenum, qui mox biberunt, ſpiritum exhalarunt. Tunc dixit Ariſtodemus: Audi Joannes; Aut recede ab iſta doctrina, qua à Deorum cultura revocaſti populum, aut accipe, & bibe, ut oſtendas omnipotentem eſſe Deum tuum, ſi poſtea quam biberis, poteris incolumis permanere. Tunc B. Joannes jacentibus mortuis his qui venenum biberant, intrepidus & conſtans accepit calicem, & ſignaculum Crucis faciens in eo dixit: Deus meus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, cui omnia ſubjecta ſunt, cui omnis Creatura deſervit, & omnis poteſtas ſubjecta eſt, & metuit, & expaveſcit, cum nos te ad auxilium invocamus, cujus audito nomine Serpens conquieſcit, Draco fugit, ſilet vipera, & rubeta illa, quæ dicitur Rana, quieta torpeſcit, & Scorpius extinguitur, Regulus vincitur, & phalangius nihil noxium operatur, & omnia venena,

& adhuc ferociora repentia, & animalia noxia tenebrantur, & omnes adverſæ ſalutis humanæ radices areſcunt. Tu extingue hoc venenum, virus, extingue operationes mortiferas, & vires, quas in ſe habet, evacua in conſpectu omnibus his, qvos tu creaſti, oculos ut videant, & cor ut magnitudinem tuam intelligant. Et cum dixiſſet, totum ſemetipſum ornavit ſigno Crucis, & bibit omne quod erat in calice, & poſtea quam bibit, dixit: Peto ut propter quos bibi convertantur ad te Domine, & ſalutem quæ apud te eſt, te illuminante mereantur. Attendentes autem populi Joannem per tres horas vultum habere hilarem, & nulla penitus ſigna palloris, aut trepidationem habentem, clamare cœperunt: Unus eſt Deus verus, qvem colit Joannes. Ariſtodemus autem nec ſic credebat, ſed populus objurgabat eum. Ille autem converſus ad Joannem dixit: Ineſt mihi adhuc dubitatio; Sed ſi iſtos qvi per hoc venenum mortui ſunt, in nomine Dei tui excitaveris, emundabitur ab omni incredulitate mens mea. Populi autem inſurgebant in Ariſtodemum, dicentes: Incendimus te, & domum tuam, ſi auſus fueris ultra Apoſtolum Dei in tuo ſermone facere laborare. Videns autem Joannes acerrime ſeditionem fieri, omnibus audientibus ait: Prima eſt de virtutibus Divinis, quam videmur imitari patientiam, per qvam ferre poſſimus incredulorum, inſipientiam. Unde ſi adhuc Ariſtodemus ab

infidelitate tenetur, ſolvemus nodos infideli-tatis ejus, & licet tarde, faciamus tamen eum cognoſcere creatorem ſuum. Non enim ceſ-ſabo hoc opere, qvomodo ejus poſſit vulneri-bus provenire. Ut ſicut medici habentes in-ter manus ægrum varia medela indigentem, ita etiam nos ſi adhuc curatus non eſt, ideoque quod factum non eſt aliud faciamus. Et con-vocans ad ſe Ariſtodemum, dedit ei tunicam ſuam, & ipſe pallio amictus cœpit ſtare. Cui Ariſtodemus ait: Ut qvid mihi dediſti tuni-cam tuam? Dicit ei Joannes. Ut vel ſi con-fuſus à tua infidelitate diſcedas. Cui Ariſto-demus ait: Et qvomodo me tunica tua facit ab infidelitate mea recedere: Cui reſpondit Apoſtolus: Vade, & mitte eam ſuper corpora defunctorum, & dices ita: Apoſtolus Domi-ni noſtri Jeſu Chriſti miſit me, ut in nomine Dei ejus ſurgatis, & cognoſcant homines, quia vita, & mors famulantur Domino meo Jeſu Chriſto. Qvod cum feciſſet Ariſtodemus, & vidiſſet eos ſurgere adorans Joannem feſtinus perrexit ad Proconſulem, & cœpit clamare di-cens: Audi me Proconſul. Memorem te pěto qvod contra Joannem freqventem iram tuam excitavi, & multa mala contra eum egi, unde vereor ne iram ejus experiar, eſt enim Deus ſub ſpecie hominis latens. Nam vene-num bibens non ſolum ipſe incolumis perſe-verat, verum etiam qvi veneno mortui fue-rant per manus meas tunicæ ejus tactu ſuſcitati vi-

vivunt, nulla ſequuntur ſigna mortis habentes. Dicit Proconſul: Et quid vis ut faciam? Reſpondit Ariſtodemus. Ut veniam poſtulemus, & quicquid nobis juſſerit faciamus. Tunc venientes ſimul proſtraverunt ſe ab Apoſtolo indulgentiam flagitantes; Quos ille ſuſcipiens oratione cum gratiarum actione obtulit Domino, præcipitque eis unius hebdomadæ jejunium agere. Quo expleto baptizavit eos. Qui cum baptizati fuiſſent cum univerſa parentela, & affinitate ſua, & familiis ſuis fregerunt omnia ſimulacra, & fabricaverunt baſilicam in nomine Sancti Joannis, quo ipſe Sanctus Joannes aſſumptus eſt hoc ordine. Cum eſſet annorum nonaginta ſeptem, apparuit ei Dominus Jeſus Chriſtus cum Diſcipulis ſuis, & dixit ei, Veni ad me quia tempus eſt, ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis. Surgens autem Joannes cœpit ire, ſed Dominus dixit ei, Dominica reſurrectionis meæ die, qui poſt quinque dies futurus eſt, ſic venies ad me; Et cum hoc dixiſſet, Cœlo receptus eſt. Veniente itaque die Dominica convenit univerſa multitudo in Eccleſia, quæ in ejus nomine fuerat fabricata, & à primo pullorum cantu agens myſteria Dei, omnem populum usque in horam tertiam allocutus eſt, dicens:

Fratres, & Conſervi mei, & cohæredes, & participes regni Dei: cognoſcite Dominum Jeſum Chriſtum, quantas virtutes, quanta prodigia, ſigna quoque, & chariſmata ſimiliter do-

doctrinam per me vobis præſtiterit. Perſeverate in ejus mandatis, me enim Dominus jam de hoc mundo vocare dignatur. Poſt hæc juxta altare juſſit foveam fieri quadratam, terram ejus foras Eccleſiam projici. Et deſcendans in ea expandens manus ſuas ad Dominum dixit: Invitatus ad Convivium tuum venio gratias agens, quia me dignatus es Domine Jeſu Chriſte ad tuas epulas invitare, ſciens quod ex toto corde meo deſiderabam te. Vidi faciem tuam, & quaſi de ſepultura ſuſcitatus ſum. Odor tuus concupiſcentias in me excitavit æternas. Vox tua plena ſuavitate melliflua, & allocutio tua incomparabilis eloqviis angelorum. Quoties te rogavi, ut ad te venirem: & dixiſti, expecta, ut populum liberes creditum mihi, & cuſtodiſti corpus meum ab omni pollutione, & animam meam ſemper illuminaſti, & non dereliquiſti me cum irem in exilium, & redirem, & poſuiſti ori meo verbum veritatis tuæ commemorans me teſtimonia tuarum virtutum, & ſcripſi ea opera, quæ audivi ex ore tuo auribus meis, & vidi oculis meis. Et nunc Domine commendo filios tuos, qvos tibi Eccleſia tua virgo vera mater per aqvam, & Spiritum Sanctum generavit. Suſcipe me cum fratribus meis ſimul, cum quibus veniens invitaſti me. Aperi mihi pulſanti januam vitæ, principes tenebrarum non occurrant mihi, & pes ſuperbiæ, & manus extranea a te non tangat me. Sed ſuſcipe me ſecun-

cundum verbum tuum, & perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim Chriſtus filius Dei, cum Patre tuo, & cum Spiritu Sancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Cumque omnis popolus reſpondiſſent Amen, lux tanta apparuit ſuper Apoſtolum per unam fere horam, ut nullus eam ſufferret aſpectus. Poſtea vero inventa eſt fovea illa plena, nihil aliud in ſe habens niſi manna; quam usque hodie gignit locus ipſe, & fiunt virtutes, orationum ejus meritis, cum omnibus infirmitatibus & periculis liberantur omnes, & precum ſuarum conſeqvuntur effectum. Amen.

Ad pag. 774 Ex his qvæ ſub Melliti nomine hîc dedi ex Florentinio, exordium ſub nomine ſimiliter commentitio Melitonis de tranſitu S. Mariæ c. 1. paullo aliis verbis legitur in Bibl. Patrum edit. Lugd. Tom. 2. parte 2. pag. 212. *Melito ſervus Chriſti & Epiſcopus Eccleſiæ Sardenſis, venerabilibus in Domino fratribus Laodiceæ conſtitutis in pace Salutem. Sæpe ſcripſiſſe me memini de quodam* Leucio, *qui nobiſcum cum Apoſtolis converſatus alieno ſenſu & animo temerario diſcedens à via juſtitiæ, plurima* de Apoſtolorum actibus *in libris ſuis inſeruit: & de virtutibus quidem eorum multa & varia dixit, de doctrina vero eorum plurima mentitus eſt, aſſerens eos aliter docuiſſe, & ſtabiliens quaſi ex eorum verbis ſua nefanda argumenta. Nec ſolum ſibi ſufficere arbitratus eſt, verum etiam* tranſitum beatæ ſemper Virginis genetricis DEI *ita impie*

depravavit ſtylo, ut in Eccleſia DEI non ſolum legere, ſed etiam nefas ſit audire. Nos ergo vobis petentibus quæ ab Apoſtolo Joanne audivimus &c.

Tillemontius Tom. 2. memor. Eccleſ. ubi de hæreſi Montaniſtarum, pag. 445.

Les diſciples de Procle ou Procule eſtoient encore celebres vers l'an 390. *du temps de S. Pacien qui les appelle les plus nobles des Phygiens, c'eſt à dire, des Montaniſtes. Ils ſe vantoient d'avoir eſté animez & illuminez par un* Leucius. a) *Baronius* b) *le prend pour le celebre auteur de tant d'actes fabuleux des ſaints Apotres, à qui le Pape Gelaſe* c) *donne l'eloge de* diſciple du diable, *que meritent ſi bien les aucteurs des pieces fauſſes & ſuppoſées, & tous les amateurs du menſonge. Photius* d) *l'appelle* Leucius Carinus, *& temoigne qu'il avoit fait* les actes de

a) Pacianus Epiſt. 1. num. 6. ait Phryges *animatos ſe à Leucio mentiri*. Non itaque animatos ab illo hæreticos credidit Pacianus, ſed Leucium pro viro Catholico habuit, longe diverſo ab illo Leucio Manichæo cui Apocrypha Acta tribuunt alii veteres. Itaque Baronio qui duos illos Leucios confundit, aſſentiri nolim. Iſtum vero Paciani Leucium eundem habeo cum illo quem Epiphanius hæreſi LI. 6. p. 427. hoſtibus divinitatis Chriſti fortiter reſtitiſſe teſtatur: ἀντιλέγοντα τῷ πολλάκις ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν Λευκίου καὶ ἄλλων πολλῶν.

b) Baron. ad A. C. 277. n. 42.

c) Confer Baron. ad A. C. 44. n. 43.

d) Photius Cod. 114.

de S. Pierre, de S. Jean, de S. André, de S. Thomas & de S. Paul. *Innocent. I. dans ſon Epiſtre troiſieme* e) *y ajoute* S. Jacque le mineur & S. Matthias. *L'auteur du traité de la foy contre les Manichéens*, f) *qu'on croit être Evode d'Uzale, cite de cet impoſteur* les Actes de S. André, *& dit qu'il attribuit ſes pieces aux Apoſtres meſmes.*

Photius g) *décrit ſon ſtyle comme rempli de tous les vices qui ſe puiſſent imaginer: & ſa doctrine comme encore plus corrompue que ſon ſtyle: ce qui peut faire juger qu'il eſtoit ou de quelqu'une des anciennes branches des Gnoſtiques, ou de l'hereſie des Manichéens, à quoy le paſſage de S. Pacien peut n'eſtre pas contraire, ſelon que nous avons expliqué ce qu'il dit de Praxeas. Evode* h) *temoigne que les Manichéens reconnoiſſent Actes faits par Leucius; de ſorte qu'il s'en ſert contre eux dans les choſes meſmes de la foy. Et ainſi ce ſont apparemment ces* Actes ecrits ſous le nom des Apoſtres par des faiſeurs de fables, *que ſaint Auguſtin* i) *témoigne eſtre receus par ces heretiques comme des Ecritures Canoniques. Dans le traité de la Nativité de la Vierge, qui eſt parmi les œuvres ſuppoſées à S. Jerome,* k) *les faux Actes des A-*

Rr *poſtres*

e) T. 2. Concil. edit. Labbei, pag. 1256.
f) de fide contra Manichæos cap. 38. inter S. Auguſtini opera tomo VI.
g) Photius Cod. 114.
h) Libro laudato de fide contra Manichæos cap. 5.
i) Auguſtinus in Fauſtum Manichæum lib. XXII. c. 79.
k) ſupra Tom. I. pag. 8.

*poſtres ſont attribuez, avec un autre ouvrage, à Se*leucus diſciple de Manichee: & *Baronius* 1) *croit que Seleucus & Leucius ne ſont que la meſme perſonne & le meſme nom.*

Ad pag. 775. pro *luxata* leg. *laxata*. Æſopus apud Phædrum III. 14.

Cito rumpes arcum, ſemper ſi tenſum habueris,
At ſi laxaris, quum voles erit utilis.

In eandem ſententiam Herodotus lib. 2. cap. 173. Ariſtides Quintilianus lib. 2. de Muſica pag. 69. Plutarchus de puerorum inſtitutione pag. 9. Apophthegmata Patrum apud Cotelerium Tom. 1. monument. pag. 343. Viciſſim ſi nimis qvis indulgeat otio animique relaxationibus, verum eſt qvod ait idem Plutarchus libro an ſeni gerenda Resp: pag. 792. Τόξον μὲν γὰρ, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. Publius Syrus: *Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.*

Ad pag. 777. Pſeudo LINI libros de paſſione Petri & Pauli, Latine verſos à Jacobo Fabro, perperam quoqve tradit Andreas Sauſſeus de Myſticis Galliæ ſcriptoribus pag. 187. At Nicolaus le Nourry in Apparatu ad Bibl. Patrum Tom. 1. pag. 74. *Illud autem,* inqvit *aſſeveramus, penes nos fuiſſe varia MSta annorum* 300., 400, 500. *ubi hæc Acta Latine tantum & breviore titulo inſcripta occurrunt*: Incipit martyrium B. Petri Apoſtoli à Lino Epiſcopo conſcriptum. *Ex qua epigraphe colligi non poteſt an è Græco verſa ſint.*

1) Baron. ad A. C. 277. n. 42.

[Ad] *[Hos] libros eſſe opus imperiti alicujus nebulonis, cujus nomen & ſcripta tenebris ſempiternis ſepeliri debuiſſent.* Verùm quicquid de his dicatur, certum eſt hos Recuſa tamen ſunt non modo in Bibliothecis Patrum ab A. 1576: omnibus, Pariſiis, Coloniæ, Lugduni, ſed etiam in Actis Sanctorum ad diem 29. Junii Tomo V.

[Ad] pag. 778. Ediderat Fridericus Nauſea, *[addo]*: non ſub nomine *Marcelli* qvidem ut tradit Henſchenius Tom. 3. Maji pag 12. ſed [Philalethis] Euſebiani. Confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum pag. 192. ſeq.

Ad pag. 781. Acta *S. MARCI* Evangeliſtæ non quarto vel qvinto ut Tillemontius, ſed ſeptimo demum vel octavo Seculo per [Chri]ſtianum qvendam Ægyptium compoſita eſſe putat Elias du Pin lib. 2. prolegom. Bibl. p. 34. illa Græce & Latine vulgavit Godfridus Heſchenius: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μάρκου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ è MS. Vatican. Tom. 3. Act. Sanctor. April. pag. XLVI. Incipit: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ προαιώνιος τοῦ Πατρὸς λόγος.

Procopii Diac. & Chartophylacis ἐγκώμιον εἰς ἅγιον Ἀπόστολον Εὐαγγελιστὴν Μάρκον è MS. Vatic. p. XLVIII. Græce. Incipit: πάλιν Ἀποστολικὴ καταστράπτει πανήγυρις. Latine p. 350. Interprete Jo. Franciſco Albano * Urbinate qui hodie eſt Clemens XI. Pontifex Max. Exſtat & Latine apud Surium 25. April. &

* Giornale de letterati d' Italia Tom. 30. p. 62. ſeq.

in Bibl. Concionatoria Combefiſii: Græce & Lat. ante Catenam Patrum Græcorum editam à Petro Poſſino Rom. 1673. fol.

Apoſtolatus S. Marci Aquilejenſis è duobus MSS. in Actis Sanctor. T. 3. April. p. 346. Incipit: *Poſt glorioſam Domini noſtri JEſu Chriſti in cœlum aſcenſionem ad Patrem.*

Apoſtolatus Alexandrinus. Martyrium è m. MSS. pag. 347. Incipit: *Per idem tempus quo diſperſi erant Apoſtoli toto orbe terrarum.*

Appendix ex vita S. Petri Epiſcopi Alex. & Martyris pag. 349.

De cultu S. Marci, Venetiis pag. 352.

Hiſtoria translationis, ex Codice Vaticano pag. 353.

Apparitio & miracula ex MS. Petri Calo pag. 356.

Appendix è breviario Carmelitano A. 1495. pag. 357.

Encomium S. Marci ſcriptum à Niceta Rhetore, exſtat Græce & Lat. in auctario noviſſimo Combefiſii Tom. 1. p. 427. Latine in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. 27. p. 419.

Plura de S. Marco ejusq; martyrio, cultu ac reliquiis G. Henſchenius Tom. 3. Act. Sanctor. April. pag. 344. ſqq. 997. ſq. Franciſcus Combefiſius in Bibl. Concionatoria Tom. VI. pag. 448. ſeq. & B. D. Jo. Georg. Dorſcheus in ſceletomania Pontificia, cui addidit relationem Anonymi de S. Marci corpore in inſula Reichenau (Augia divite) quieſcente, notis illuſtra-

ſtratam, Argentorat. 1645. 15. Relationem illam è Bibl. Ratiſbonenſi eruerat Elias Ehingerus.

Ibid. De Paſſione *S. BARNABÆ* hæc Sigebertus c.2 de ſcriptoribus Eccleſ. *Joannes qui & Marcus, ex miniſtro ſacerdotis Jovis, miniſter Pauli Apoſtoli, ſcripſit paſſionem Barnabæ Apoſtoli.* Philippus Labbeus Tom. 2. de S. E. pag. 49. *Sunt quoque qui addant* S. Marcum Evangeliſtam *ſcripſiſſe vitam S. Barnabæ Apoſtoli, quam* Beda *in Latinam linguam tranſtulerit. Sed res non tantum incerta, ſed & mihi falſa videtur, niſi quis forte intelligendum putet de* Joanne Marco *de quo in Actis Apoſt. XII,* 12.25. &c. Cæterum illi etiam Joanni Marco præter rem & falſo tribui, nemo qui leget dubitabit. Edidit Græce è MS. Vaticano & Latine ex verſione Guil. Sirleti Papebrochius Tom. 2. Act. Sanctor. Junii ad diem XI. ubi alia etiam de S. Barnaba invenies. Videtur uſus eſſe Ordericus Vitalis in iis quæ de S. Barnaba tradit lib. 2. Hiſt. Eccleſ. pag 424. ſeq. In Johannis de Deis libro quo Epiſcoporum Mediolanenſium vitam ſub titulo *ſucceſſorum S. Barnabæ Apoſtoli* deſcripſit, Rom. 1589. 8. Capite 1. hæc partim incerta etiam ipſa de S. Barnaba leguntur:

Barnabas Apoſtolus Cyprius, Hic cum B. Paulo in Apoſtolorum numero aſſcriptus, primum Antiochiæ Jeſu Chriſti fidem diſſeminavit: Deinde Tarſi Chriſtianæ fidei principia illius urbis civibus tradidit: poſt multis peragratis provinciis Evangelium prædicans

ſummatum audientium utilitate, aliquot poſt annis, quam Chriſtus Dominus in cœlo aſcendit, primus per commiſſionem B. Petri Apoſtoli Romanis fidem prædicavit. Deinde ab eodem Petro miſſus in Galliam Ciſalpinam ad prædicandum Jeſu Chriſti Evangelium Mediolanum venit, ibique Eccleſiam inſtituit, & fundavit, quam ſeptem annis ſanctiſſime adminiſtravit, & ibi Anatholio Epiſcopo, & ſucceſſore relicto, Eccleſiam Bergomenſem & Brixienſem inſtituit, & Bergomi relicto Narno ſucceſſore, & Brixiæ Anathalone, reverſus in inſulam Cypri juſſu Jacobi Hieroſolymorum antiſtitis Eccleſiam Salaminæ Cypri fundavit, in qua adminiſtratione, Neronis perſecutione pro Chriſti gloria, cruciatibus multis affectus, martyrio coronatur. Cujus cineres Mediolanum tranſlata Diu in Eccleſia SS. Naboris, & Felicis ſeu ut modo dicitur S. Franciſci quaſi ignota jacuerunt. Poſtmodum à religioſiſſimo Carolo Borromæo Archiepiſcopo Sanctæ Praxedis Cardinali in inſigniori loco recondita ſunt, & caput thecis argenteis incluſum, populo cum magna celebritate oſtenditur.

Ad p. 784. poſt verba, *nullius fidei* Adde: Nec majorem meretur qvæ *Æthiopico* charactere exſtat manu exarata Vindobonæ in Bibliotheca Auguſtiſſimi Cæſaris *Hiſtoria Apocrypha de liberatione Matthiæ Apoſtoli, Beryti è carcere & vinculis ferreis, per orationem* * *quandam beatiſſimæ Virginis Deiparæ ſimul etiam colloquium Chriſti Servatoris noſtri, cum jam memorata beatiſſima Matre ſua,* de multis ſuperſtitioſis & abſurdis nominibus

qvi-

* De hac dictum ſupra pag. 560. ſeq.

quibus virtus ſingularis adſcribitur. Vide Lambecium VIII. p. 643. ſeq. & Neſſelii Catalogum Codicum linguarum Orientalium, numero 243.

Ad pag. 786. Simile illud Joannis Gerſonis in declaratione defectuum Virorum Eccleſiaſticorum: *Cum videris populum indiſciplinatum, ſine dubio cognoſce quod ſacerdotium ejus non eſt ſanum.* Etiam ex Lacedæmonivum lege apud Plutarchum in Lycurgo p. 51. & Ælianum lil. 10. Variar. ſi peccaſſet adoleſcens, pœna repetebatur ab ejus ephoro.

Ad pag. 789. Pſeudo Melitonis liber de tranſitu B. Virginis exſtat Latine in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. A. 1677. Tom. 2. parte 2. p. 212-216.

Ad pag. 793. De vita & rebus PAULI Apoſtoli præter laudatos à me conferre juvabit Acta Sanctor. ad Junii 29 T. V. p. 398. ſeq. Jo. Chryſoſtomum Homiliis VII. in Pauli laudem quas vertit Anianus: Procli CPol. Theodori Daphnopatæ & Scutariotæ homilias de qvibus dixi Volum. IX. Bibl. Græcæ pag. 131. & S. Damali carmen I. Sarazanii notis illuſtratum & Petrum Bleſenſem de converſione Pauli T. 24. Bibl. Patrum Lugd. p. 1155. atque ut recentiorum qvoqve ſcripta commemorem; Jo. Janum Bircherodium in ſerie chronologica Actorum SS. Petri & Pauli, Hafniæ 1665. 4. Hermannum Witſium in meletematibus Leidenſibus Lugd. Bat. 1703. 4. Frid. Spanhemium

 de

de converſionis Paulinæ epocha & Pauli hiſtoria atque nomine, T. 2. Opp. p. 311. ſeq. Barthol. Gavantum in vita Pauli Apoſtoli, T. 2. theſauri rituum Eccleſiæ Catholicæ pag. 315. ſeq. Thomam Maſſutium in vita Pauli Hiſtorice & dogmatice ſcripta libris XV. Lugd. 1633. 4. Andream Sauſſæum in limine libri de Myſticis Galliæ ſcriptoribus, & Suicerum theſauro, in Παῦλος. D. Joachimi Langii Commentationem Hiſtorico hermeneuticam de vita & Epiſtolis Pauli Halæ 1718. 4. Joannem Brand, Belgice ſcripto opere de vita & Apoſtolatu Pauli, &c. Chriſtophorum Cellarium in itinerario Paulino, G. Lebrecht Wilkium qui in diſſ. de itinere Pauli Macedonici per Græciam §. 46. ſuccincte perſequitur etiam iter Pauli Apoſtoli, Jo. Henricum Schrammium in Oratione de eruditione Pauli Apoſtoli. Herborn. 1710. 4. Jo. Samuelem Stryckium de jurisprudentia Pauli Apoſtoli, Halæ 1705. 4. &c.

MARCELLI

Quem diſcipulum PETRI *Apoſtoli ferunt,*

De mirificis rebus & Actibus beatorum PETRI & PAULI, & de Magicis Artibus SIMONIS Magi.

Cum veniſſet Paulus Romam, convenerunt ad eum omnes Judæi, dicentes: Noſtram fidem, in qua na-

natus es, ipſam defende; Non eſt enim juſtum ut tu cum ſis Hebræus ex Hebræis veniens, gentium te magiſtrum judices, & incircumciſorum defenſor factus, tu cum ſis circumciſus, fidem circumciſionis evacues. Cum ergo Petrum videris, ſuſcipe contra eum contendere, quia omnem obſervationem noſtræ legis evacuavit: Excluſit Sabbatiſmum, & Neomenias, & legitimas ferias inanivit. Quibus Paulus reſpondit: Me Judæum eſſe, & verum Judæum, hic poteritis probare, cum & Sabbatum obſervare, & circumciſionem vere poteritis advertere. Nam Sabbato die requievit ab operibus Deus. Nos habemus Patres, & Patriarchas, & Legem. Quid tale prædicat Petrus in Regno gentium? Sed & ſi forte aliquam vult introducere novam doctrinam, ſine conturbatione, & ſine invidia, & ſine ſtrepitu nunciate ei, ut nos videamus, & in veſtro conſpectu illum ego convincam. Quod ſi forte doctrina ejus fuerit vero teſtimonio, & Hebræorum libris munita, decet nos omnes obedire ei. Hæc & his ſimilia dicente Paulo perrexerunt Judæi ad Petrum, & dixerunt ei. Paulus ex Hebræis venit, rogat te ut venias ad eum, quoniam hi, qui eum adduxerunt, dicunt non ſe poſſe dimittere, ut videat quem vult, antequam eum Cæſari inſinuent. Audiens hæc Petrus gaudio gavisus eſt magno, & ſtatim exurgens perrexit ad eum. Videntes autem ſe, præ gaudio fleverunt, & in amplexibus ſuis diutiſſime morati invicem ſe lacrymis infuderunt. Cumque Paulus illi omnem textum ſuorum indicaſſet, & Petrus dixiſſet illi, quas Simonis Magi pateretur inſidias, abſceſſit Petrus ad veſperum, mane die altero reverſurus.

Cumque aurora diei daret initium, ecce Petrus adveniens invenit multitudinem Judæorum ante fores Pauli; erat autem inter Judæos, & Chriſtianos, & Gentiles infinita conturbatio. Judæi enim dicebant. Nos genus electum, regale, amicorum Dei Abraham, Iſaac, & Jacob, & omnium Prophetarum, cum quibus locutus eſt Deus, quibus Deus oſtendit ſecreta ſua; Vos autem ex gentibus nihil in ſemine veſtro magnum niſi in Idolis, & ſculptilibus inquinati execrabiles extitiſtis. Hæc & his ſimilia dicentibus Judæis gentes reſpondebant dicentes. Nos mox, ut audimus veritatem, reliquimus errores noſtros, & ſecuti eam ſumus; Vos autem & paternas virtutes, ſectas, & Prophetarum ſigna vidiſtis, & legem accepiſtis, & mare pedibus ſiccis tranſiſtis, & inimicos veſtros demiſſos vidiſtis, & columna vobis per diem in Cœlo apparuit, & ignis per noctem, & manna vobis de Cœlo data eſt, & de petra vobis aquæ fluxerunt, & poſt hæc omnia idolum vobis vituli fabricaſtis, & adoraſtis ſculptile; Nos autem nulla ſigna videntes credimus Dominum hunc, quem vos non credentes dereliquiſtis. Hæc & his ſimilia contendentibus dixit Apoſtolus Paulus: Non debere eos has contentiones inter ſe ſuſcipere, ſed hoc magis attendere, quia compleſſet Dominus promiſſa ſua, quæ juravit ad Abraham Patrem noſtrum, quod in ſemine ejus hæreditarentur omnes gentes: non eſt enim perſonarum acceptio apud Dominum, quicunque enim in lege pecaſſet, ſecundum legem judicaretur; qui vero ſine lege deliquiſſent, ſine lege perirent, eſt enim in humanis ſenſibus tanta ſanctitas, ut bona laudet natura, & puniat mala, quæ inter ſe invicem cogitationes, aut accuſantes puniat, aut remuneret excuſantes.

Hæc,

Hæc, & his ſimilia Paulo dicente, factum eſt, ut mitigati eſſent Judæi, & gentes, ſed principes Judæorum inſiſtebant. Petrus vero his, qui eum arguebant, quod Synagogis eorum interdiceret, dixit. Audite fratres S. Spiritum promittentem Patriarchæ David, quod de fructu ventris ejus poneret ſuper ſedem ſuam. Hunc ergo, cui dixit Pater de Cœlis; filius meus es tu, ego hodie genui te. Hunc crucifixerunt per invidiam Principes Sacerdotum; Ut impleret autem redemptionem neceſſariam ſæculo, permiſit ſe hæc omnia ſuſtinere, ut ſicut ex coſta Adæ fabricata eſt Eva, ſic ex latere Chriſti in cruce poſiti fabricaretur Eccleſia, quæ non haberet maculam, neque rugam. Hunc Deus aditum aperuit omnibus filiis Abraham, Iſaac, & Jacob, ut ſint in fide Eccleſiæ, & non in infidelitate Synagogæ. Convertimini ergo, & intrate in gaudium Abrahæ Patris *veſtri, quia quod ei promiſit adimplevit; unde & Propheta canit: Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Sacerdos enim in Cruce factus eſt, cum hoſtia corporis, & ſanguinis pro omni ſæculo ſacrificium præbuiſſet. Hæc & his ſimilia dicentibus Petro, & Paulo pars maxima populorum credidit, & pauci fuerunt, qui & ipſi ſimulata fide non tamen aperte poſſent eorum negligere monita, vel præcepta. Videntes autem majores Synagogæ, & gentium Pontifices ſibi per prædicationem eorum finem ſpecialiter fieri, egerunt hoc ut ſermo eorum in murmuratione populi eveniret; unde factum eſt, ut Simeonem Magum Neroni præferrent, & iſtos culparent. Innumerabiles enim populi dum converterentur ad Dominum per prædicationem Petri contigit, ut etiam uxorem Nero-*

Neronis Liviam, et Agrippæ Præfecti conjugem nomine Agrippinam, ita converti, ut à latere ſe ſuorum maritorum auferrent. Per Pauli vero prædicationem multi deſerentes militiam adhærebant Domino, ita ut etiam ex cubiculo regis venirent ad eum, & facti Chriſtiani noluerunt reverti ad militiam, neque ad Palatium. Hinc populis ſeditioſa murmuratione agentibus Simon excitatus eſt in zelum, & cœpit de Petro multa mala dicere, Dicens eum magum, & ſeductorem eſſe. Credebant autem illi qui mirabantur ſigna ejus: faciebat enim ſerpentem æreum movere ſe ipſum, ipſum autem currere, & ſubito in aëre videri. Contra hæc Petrus infirmos curabat verbo, cæcos videre faciebat orando, Dæmonia juſſu fugabat, interea, & ipſos mortuos ſuſcitabat: Dicebat autem ad populum, ut ab ejus ſeductione non ſolum fugerent, ſed etiam deſererent eum, ne viderentur Diabolo conſentire. Sic factum eſt, ut omnes religioſi viri execrarentur Simonem, Magum ſceleratum eum adſeverent, Petrum vero in laudibus Domini prædicarent. Contra omnes ſcelerati, inluſores, & ſeductores, & peſſimi adhærerent Simoni, Petrum Magum adſerentes, quod ipſi erant, cum Simonem dicerent Deum eſſe. Qui ſermo uſque ad Neronem Cæſarem venit, & Simonem Magum ut ad ſe ingrederetur præcepit; qui ingreſſus cœpit ſtare ante Neronem, & ſubito mutare effigiem, ita ut fieret ſubito puer, & poſt hæc ſenior; altera vero hora adoleſcentior. Mutabatur ſexu, & ætate, & per multas figuras Diaboli miniſterio jactabatur. Quod cum videret Nero verum hunc eſſe Dei filium æſtimabat: Petrus vero Apoſtolus docebat hunc eſſe furem mendacem

Ma-

Magum turpem ſceleratum, & in omnibus quæ ſunt Dei, adverſarium veritatis, nihilque ſupereſſe niſi ut juſſu Dei ejus iniquitas manifeſtata omnibus panderetur. Tunc ingreſſus ad Neronem Simon dixit. Audi me bone Imperator; Ego ſum filius Dei qui de Cœlo deſcendi, uſque modo Petrum qui ſe dicit Apoſtolum patiebar, non ergo geminatum eſt malum: Paulus denique qui & ipſe eadem docet, & contra me ſentit ſimul dicitur cum eo prædicare, quod conſtat quia niſi de interitu eorum cogitaveris, Regnum tuum ſtare non poterit.

Tunc Nero ſolicitudine inſtigatus feſtinanter ad ſe eos juſſit adduci. Alio autem die cum introiſſent ad Neronem Simon Magus, & Apoſtoli Chriſti Petrus, & Paulus, Simon dixit. Hi ſunt diſcipuli illius Nazareni quibus non eſt tam bene ut ſint de plebe Judæorum. Nero dixit; Quid eſt Nazareus? Simon dixit. Eſt Civitas in Judæa, quæ ſemper adverſum vos fecit; hæc Nazareth dicitur, & ex ipſa fuit Magiſter eorum. Nero dixit. Deus omnem hominem monet, & diligit. Tu quare eos perſequeris? Simon dixit. Iſtud hominum eſt genus qui totam Judæam perverterunt ne mihi crederent. Nero ad Petrum ait: Quare tam perfidi eſtis, ut genus veſtrum? Tunc Petrus ad Simonem ait. Omnibus imponere potuiſti, mihi autem nunquam: Ipſos autem, quos deceperas per me Deus de tuo errore revocavit, & cum expertum tibi ſit, quod me ſuperare non poſſis, miror qua fronte in conſpectu Regis te jactes per artem tuam Magicam Chriſti diſcipulos ſuperare. Nero dixit. Quis eſt Chriſtus? Petrus dixit. Ille eſt Chriſtus, qui eſt pro redemptione mundi crucifixus, quem hic Simon Magus ſe eſſe affirmat; hic autem eſt

homo

homo nequiſſimus, & opera ejus Diabolica. Si autem vis ſcire Imperator, quæ geſta ſunt in Judæa de Chriſto, mitte, & accipe literas Pontii Pilati, miſſas ad Claudium Cæſarem, & ita cognoſces omnia. Nero autem, ut hæc audivit, juſſit eas accipi, & in ſuo conſpectu recitari. Erat autem textus ſcripturæ in hunc modum.

Pontius Pilatus Claudio ſalutem. Nuper accidit, & quod ipſe probavi, Judæos per invidiam ſe ſuosque poſteros 1 *JEſum crudeli condemnatione puniſſe. Denique cum promiſſum ſuum haberent Patres eorum, quod illis Deus eorum mitteret de Cœlo* 2 *filium ſuum, qui eorum Rex merito diceretur, & hunc ſe promiſerit per Virginem miſſurum ad* 3 *terras. Iſte itaque me Præſide in Judæa* 4 *cum veniſſet, & audiſſent eum cæcos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, paralyticos curaſſe, dæmones ab hominibus fugaſſe, mortuos* 5 *autoritate ſuſcitaſſe, imperaſſe ventis, ambulaſſe ſiccis pedibus* 6 *ſuper undas Maris, & multa alia mirabilia feciſſe. Hunc* 7 *cum omnis populus Judæorum Dei filium eſſe* 8 *diceret, Invidiam contra eum paſſi ſunt Principes Sacerdotum, & tenuerunt eum, & mihi tradiderunt, & alia pro aliis* 9 *multa de eo mihi mentientes dixerunt, aſſerentes iſtum Magum eſſe, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita eſſe, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem cru-*

cifi-

1 *In Hegeſippo deficit* Jeſum. 2. *pro* filio ſuo *Hegeſippus legit* ſanctum. 3. In terram *Heg.*
4. Deus Hebræor. cum miſiſſet eum, *Hegeſ.* 5. etiam.
6. per. 7. *Deficit vox* hunc. 8. *Deficit* eſſe.
9. *Deeſt in Heg* multa.

tifixerunt eum, & ſepulto 10 cuſtodes adhibuerunt: Ille autem militibus meis cuſtodientibus die tertia reſurrexit. In tantum 11 autem exarſit nequitia Judæorum, ut darent pecuniam eis 12 dicentes, Dicite quia Diſcipuli ejus corpus ipſius rapuerunt; & 13 cuſtodes cum accepiſſent pecuniam, quid factum fuerit tacere non potuerunt; Nam & illum ſurrexiſſe teſtati ſunt ſe vidiſſe, & 14 à Judæis pecuniam accepiſſe. Hæc ideo ingeſſi ne quis aliter mentiatur & æſtimet, 15 credendo mendaciis Judæorum.

Cumque perlecta fuiſſet Epiſtola, Nero dixit: Dic mihi Petre, ita per illum omnia geſta ſunt? Petrus ait: Ita; non te fallo bone Imperator. Hic Simon plenus mendaciis, & fallaciis circumdatus, ut putet ſe, cum homo ſit peſſimus, etiam hoc eſſe, quod Deus eſt; In Chriſto enim ſunt ſubſtantiæ duæ Dei, & hominis; Hominis itaque quem aſſumpſit illa majeſtas incomprehenſibilis, quæ per hominem hominibus dignata eſt ſubvenire; In iſto autem Simone ſunt duæ ſubſtantiæ hominis, & Diaboli, qui per hominem conatur hominibus impedire. Simon dixit: miror te, Imperator, hunc te alicujus momenti æſtimare hominem imperitum piſcatorem, mendaciſſimum, & nec in verbo, nec in genere, nec in aliqua præditum poteſtate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, modo præcipiam Angelis meis, ut veniant, & vindicent me de iſto. Petrus dixit; non timeo Angelos tuos; Illi autem poterunt me timere in virtute, & confidentia Jeſu Chriſti Domini mei, quem eſſe mentiris. Nero dixit.

Non

10. ſepulcro. 11. enim. 12. Cuſtodibus & dicerent
13. ſed cum accepiſſent pecuniam. 14. & ſe à Judæis.
15. Exiſtimet.

Non times Petre Simonem, qui divinitatem ſuam rebus adfirmat. Petrus dixit. Divinitas in eo eſt, qui cordis rimatur arcana: Si ergo Divinitas eſt in iſto, dicat nunc mihi quid cogito, vel quid facio. Quam cogitationem meam ante tuam hic mentiatur, prius tuis auribus inſinuo, ut non audeat mentire quid cogito. Nero dixit. Dic mihi quid cogitas. Petrus dixit. Jube mihi afferri panem ordaceum, & occulte dari, Cumque hoc juſſum fuiſſet afferri, & dari Petro, accepto pane fregit, & abſcondit ſub manica ſua, & dixit Petrus: Dicat nunc quid cogitavi, quid dictum, quidue factum. Nero dixit. Vis ergo ut credam, quia hæc Simon non ignorat, qui & mortuum ſuſcitavit, & ſeipſum decollatum poſt diem tertium repræſentavit, & quicquid dixit, ut faceret fecit. Petrus dixit: ſed coram me non fecit. Nero dixit. Me adſtante hæc omnia fecit, nam, & Angelos juſſit ad ſe venire, & venerunt. Petrus dixit. Ergo ſi quod maximum eſt fecit, quare quod minus eſt non facit? dicat quid cogitaverim, & quid fecerim. Nero dixit. Quid dicis Simon? Ego me inter vos non convenio. Simon dixit: Petrus dicat quid ego cogitem. Petrus reſpondit. Quid cogitet Simon me ſcire docebo, dum fecerim quid cogitaverit. Simon dixit. Hoc ſcias Imperator, quia cogitationes hominum nemo novit, niſi unus Deus. Petrus dixit. Tu ergo, qui filium Dei te eſſe dicis, dic quid cogitem, quod fecerim modo in occulto, ſi potes exprime. Petrus enim benedixerat panem, quem acceperat ordaceum, & fregerat, & dextra atque ſiniſtra in manica collocaverat. Tunc Simon indignatus, quod dicere non poſſet ſecretum Apoſtoli, exclamavit dicens. Procedant Canes magni, & de-

& devorent eum in conſpectu Cæſaris; & ſubito apparuerunt Canes miræ magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus verò extendens manus in orationem, oſtendit Canibus eum, quem benedixerat panem; Quem, ut viderunt Canes, ſubito nuſquam comparuerunt. Tunc Petrus dixit ad Neronem. Ecce oſtendi tibi, ſciſſe me quid cogitaverit Simone non verbis, ſed factis; nam qui Angelos promiſerat contra me eſſe venturos, canes exhibuit, ut ſe oſtenderet non divinos Angelos, ſed Caninos habere. Tunc Nero ad Simonem dixit. Quid eſt Simon? puto victi ſumus. Simon dixit. Hic & Judæa, & tota Paleſtina, & Cæſarea iſta mihi fecit, & ſæpe mecum certando, ideo dicit, quia hoc ei erat contrarium; Me ergo ut evaderet didicit hoc. Namque, ut dixi, cogitationes hominum nemo novit niſi unus Deus. Et Petrus ad Simonem dixit. Certe Deum eſſe te mentiris; quare ergo non manifeſtas cogitationes ſingulorum? Tunc converſus Nero ad Paulum ſic ait. Tu quare nihil dicis Paule. Paulus dixit. Hoc ſcito Cæſar, quia ſi dimiſeris iſtum Magum tanta agere, magnum malum patriæ tuæ adcreſcit, & regnum tuum à ſtatu ſuo dejiciet. Nero Simoni dixit. Quid dicis tu Simon? Simon reſpondit. Ego niſi me aperte demonſtravero Deum eſſe, nemo mihi venerationem debitam exhibebit. Nero dixit. Et ut quid modo moraris, & non oſtendis te Deum eſſe ut iſti puniantur? Simon dixit. Jube mihi turrem altam fieri ex lignis; & aſcendam ſuper eam, et vocabo Angelos meos, & præcipiam eis, ut cunctis videntibus in Cœlum perferant me ad Patrem meum. Hos iſti dum facere non potuerint, probabis eos homi-

nes eſſe imperitos. Nero autem ad Petrum dixit. Audiſti Petre quid Simon dixerit, ex hoc apparebit quantam virtutem habeat, vel ipſe, vel Deus tuus. Petrus ad hæc reſpondit. Optime Imperator, ſi velles, poteras intelligere eum, quia Dæmonio plenus eſt. Nero Imperator dixit. Quid mihi verborum ambigere circuitus facis? Craſtinus dies vos probabit. Simon dixit. Credis bone Imperator quia Magus ſum, cum mortuus fuerim, & reſurrexerim; Egerat enim perfidus Simon præſtigio ſuo ut diceret Neroni. Jube decollari me in obſcuro, & ibidem dimitti occiſum, & ſi non tertia die reſurrexero, ſcias me Magum fuiſſe; ſi autem reſurrexero, ſcias me eſſe filium Dei. Et cum hoc fieri juſſiſſet Nero in obſcuro, egit ille arte Magica ut aries decollaretur, qui aries tandiu Simon viſus eſt, quamdiu decollaretur. Decollatus autem in obſcuro, cum ſcrutatus fuiſſet is, qui eum decollaverat, & caput ejus pertuliſſet ad lumen, invenit caput berbicinum; Sed nihil voluit regi dicere, ne ſe ipſum detegeret, qui juſſus fuerat, hoc in abditis perpetrare. Hinc ergo dicebat Simon, ſe die tertia reſurrexiſſe, quia caput, & membra berbicis** tulerat, ſanguis vero ibidem congelaverat; & tertia die oſtendit ſe Neroni, & dixit. Fac ſanguinem meum, qui effuſus eſt extergi, quia ecce, qui decollatus fueram, ſicut promiſi die tertia reſurrexi. Cum ergo dixiſſet Nero, craſtinus dies vos probabit, tunc converſus ad Paulum ait. Tu Paule quare nihil loqueris, aut quis te docuit, aut quem Magiſtrum habuiſti, aut qualiter in Civitatibus docuiſti, vel quales extiterunt per tuam doctrinam? Puto enim nullam te habere ſapientiam, nec virtutem aliquam poſſe perficere. Ad*

* vervecinum. ** vervecis.

hæc

hac Paulus reſpondit. Putas me contra hominem perfidum, & deſperatum Magum, maleficum, qui animam ſuam morti deſtinavit, cujus interitus, & perditio cito adveniet iſti debere loqui? qui fingit ſe eſſe, quod non eſt, & arte Magica hominibus ad perditionem inludit, hujus verba ſi volueris audire, vel fore perdes animam tuam, & imperium tuum; hic enim homo peſſimus eſt, & ſicut Ægyptii Magi Jamnes, & Mambres, qui Pharaonem, & exercitum ejus miſerunt in errorem quouſque demergerentur in Mare: Sic, & hic per Patris ſui Diaboli peritiam hominibus perſuadet, & multa mala facit per nicbromantiam, & cætera mala, ſi quæ ſunt apud homines, & ſic multos incautos ſeducit ad perditionem Imperii tui. Ego autem verbum Diaboli, quod per hunc hominem diffundi video, gemitibus cordis mei ago cum Spiritu Sancto, ut cito poſſit oſtendi quid ſit; Nam quantum ſe ex altare putat ad Cœlos, tantum dimergitur in Inferno inferiore, ubi eſt fletus, & ſtridor dentium. De doctrina autem Magiſtri mei, de qua me interrogaſti, non eam capiunt niſi qui mundum pectus adhibuerint; Nam quæ ſunt pacis, & caritatis ea docui, & per circuitum ab Hieruſalem usque Hiliricum replevi verbum pacis, & hoc maxime docui ut homines ſe diligant. Docui ut invicem ſe honore præveniant. Docui ſublimes, & divites non ſe extollere, & ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo ponere ſpem ſuam. Docui mediocres victu, & veſtimento contentos eſſe. Docui pauperes in ſua egeſtate gaudere. Docui Patres docere filios ſuos diſciplinam timoris Domini. Docui filios obtemperare Parentibus, & monitis ſalutaribus. Docui

poſſidentes reddere vectigalia miniſtris Reipublicæ. Docui uxores diligere viros ſuos, & timere eos quaſi dominos. Docui viros fidem ſervare conjugibus, ſicut illæ ſibi ſervare pudorem omnibus modis volunt; Quod enim punit maritus in uxore adultera, hoc punit in marito adultero ipſe Pater, & conditor rerum Dominus. Docui dominos, ut mitius cum ſervis ſuis agant. Docui ſervos ut fideliter, & quaſi Deo serviant Dominis ſuis. Docui Eccleſias credentium unum, & omnipotentem, & inviſibilem colere Deum. Hæc autem doctrina mihi non ab hominibus, neque per hominem aliquem data eſt, ſed per Jeſum Chriſtum, & Patrem gloriæ, qui mihi de Cælo loquutus eſt, & dum me mitteret ad prædicationem Dominus meus Jeſus Chriſtus, dixit mihi. Vade, & ego ero tecum, & omnia quæcunque dixeris, aut feceris ego juſtificabo. Nero his auditis ſtupuit, & converſus ad Petrum, dixit. Tu quid dicis? Et Petrus ait. Omnia quæcunque loquutus eſt Paulus, vera ſunt. Nam aliquot anni ſunt ex quo accepi literas ab Epiſcopis noſtris, qui ſunt in univerſo Orbe Romano, & pene omnium civitatum epiſtolis ſcripſerunt mihi de factis ejus, nam cum perſecutor eſſet legis Chriſti, vox eum de Cælo vocavit, & docuit veritatem, quia non erat per invidiam inimicus Fidei noſtræ, ſed per ignorantiam. Fuerunt enim ante nos pſeudo Chriſti, ſicut eſt Simon, fuerunt & pſeudo Apoſtoli, fuerunt & pſeudo Prophetæ, qui contra Sacros apices venientes evacuare ſtuduerunt veritatem, & contra hos neceſſe erat agere; hic vero, qui ex infantia ſua nihil aliud ſtudii geſſerat niſi divinæ legis ſcrutari myſteria, in quibus hoc didicerat, unde defenſor veritatis, &

per-

perſecutor exiſteret falſitatis. Quia ergo perſecutio ejus non ex æmulatione fiebat, ſed ex defenſione legis, ipſa veritas cum de Cœlo allocuta eſt dicens ei; Ego ſum Jeſus Nazarenus, quem tu perſequeris; Ceſſa me perſequi, quia ipſa veritas ego ſum pro qua videris dimicare. Ergo cum cognoviſſet ita eſſe, deſeruit quod defendebat, & incepit defendere hanc, quam perſequebatur ſemitam Chriſti, qui eſt vera via purè ambulantibus, veritas nihil fallentibus, & vita credentibus ſempiterna. Simon dixit. Bone Imperator intellige conſpirationem eorum, adverſum me ſapiunt. Petrus dixit. Nulla veritas in te eſt inimice veritatis, ſed ex ſolo mendacio omnia iſta dicis, & facis. Nero dixit. Tu Paule quid dicis. Paulus reſpondit. Quæ à Petro audiſti hæc, & à me dictum crede, unum enim ſentimus, quia unum habemus Dominum Jeſum Chriſtum. Simon dixit. Putaſne Imperator cum his habere diſputationem, qui adverſum me conſenſum fecerunt? & converſus ad Apoſtolos dixit. Audite Petre, & Paule; Si hic vobis nihil poſſum facere, venjemus, ubi vos oportet me judicare. Paulus reſpondit. Bone Imperator vide quales nobis minas intendit. Et Petrus dixit. Cur non irrideas hominem vanum, & alieni capitis, qui ludificatus à Dæmonibus putat ſe manifeſtare non poſſe. Simon reſpondit. Ego vobis parco modo, quo aduſque oſtendam virtutem meam. Ad hæc Petrus reſpondit; Niſi viderit Simon virtutem Chriſti Noſtri Jeſu Chriſti, non credit ſe Chriſtum non eſſe. Simon dixit; Sacratiſſime Imperator, noli iſtis credere, quia hi ſunt, qui circumciduntur, & circumcidunt. Ad hæc Paulus reſpondit. Nos ante-

quam veritatem cognoſceremus, carnis circumciſionem tenuimus, at ubi veritas apparuit cordis circumciſione, & circumciſi ſumus, & cicumcidimur. Et Petrus dixit ad Simonem. Si mala eſt circumciſio, tu quare circumciſus es. Imperator dixit: Ergo, & Simon circumciſus eſt? Petrus reſpondit. Nec aliter poterat decipere animas, niſi ſe Judæum ſimularet, & legem Dei docere oſtenderet. Imperator dixit. Tu Simon, ut video zelo duceris, & ideo iſtos perſequeris. Eſt enim, ut video, zelus magnus inter te, & Chriſtum eorum, & vereor ne ab eis convincaris, & magnis malis conſumptus eſſe videaris. Simon dixit. Seduceris Imperator? Nero dixit. Quid eſt ſeduceris? Hoc, quod in te video hoc dico evidentem adverſarium eſſe te Petri, & Pauli, & Magiſtri eorum, Simon reſpondit. Pauli Chriſtus Magiſter non fuit. Paulus reſpondit. Qui Petrum docuit, ipſe me per revelationem inſtruxit, nam quod nos accuſat circumciſos, dicat nunc ipſe quare circumciſus ſit. Ad hæc Simon reſpondit. Quare me hoc interrogatis? Paulus dixit: Eſt ratio, ut te interrogemus. Imperator dixit: Cur vereris reſpondere illis? Simon dixit. Ideo ego circumciſus ſum, quia a Deo præcepta eſt circumciſio illo tempore, quo eam ſuſcepi. Paulus dixit. Audiſti Imperator quid dixerit Simon? Si ergo bona eſt circumciſio, quare circumciſos tradidiſti, & coëgiſti eos præcipitanter occidi? Imperator dixit. Sed nec de vobis bene ſentio. Petrus, & Paulus dixerunt. An tu de nobis ſentias bene, vel male, non ad rem pertinet, nobis enim neceſſe erit ut quod promiſit Magiſter noſter, hoc fiat. Imperator dixit. Quod ſi ego noluero? Petrus dixit. Non

quod

quod tu volueris, ſed quod nobis ille pollicitus eſt. Simon reſpondit. Bone Imperator, hi homines circumvenerunt clementiam tuam, & obligaverunt te. Nero dixit. Sed nec tu adhuc me de te confirmaſti. Simon reſpondit. Quantis rebus, & ſignis à me tibi demonſtratis miror, quod adhuc dubitare videris. Imperator reſpondit. Ego neque dubito, neque cuiquam veſtrum conſentio, ſed magis quod interrogo reſponde mihi. Simon dixit. Nihil tibi jam reſpondeo. Imperator dixit. Ideo hoc dicis, quia mentiris. Et ſi ego tibi nihil poſſum facere, Deus, qui potens eſt faciet. Simon dixit: jam tibi reſponſurus non ſum. Imperator dixit. Sed nec ego te computem aliquid, ut enim ſentio. fallax es in omnibus; ſed quid plura? vos toti tres inconſtabilitum animum veſtrum oſtendiſtis, & me ita dubium in omnibus feciſtis, ut non inveniam cui credere poſſim. Ad hæc Petrus reſpondit. Ego natione Judæus ſum, & quæ à magiſtro meo audivi, hæc omnia prædico, ut credatis unum eſſe Deum Patrem inviſibilem, & incomprehenſibilem, & immenſum, & unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Salvatorem, & Creatorem omnium rerum. Adnuntiamus generi humano, qui fecit Cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui verus rex eſt, & regni ejus non erit finis. Et Paulus dixit. Quæ retulit, & ego ſimiliter confiteor, eo quod non ſit per alium ſalus, niſi per JEſum Chriſtum. Imperator dixit. Quis eſt rex Chriſtus? Paulus reſpondit. Salvator omnium gentium. Simon dixit. Ego ſum quem dicis; & ſcitis Petre, & Paule non vobis continget, quod cupitis, ut martirio vos digner. Petrus, & Paulus dixerunt. Adveniat no-

bis, quod cupimus, & contingat, ut nunquam tibi ſit bene Simon Mage, & amaritudine plene, quoniam quæcunque loqueris mentiris. Simon dixit. Audi me Cæſar Nero, ut ſcias iſtos falſos eſſe, & me de Cœlis miſſum, craſtino die ad Cœlos vadam, & illos, qui mihi credunt beatos faciam; in iſtos autem, qui me negare auſi ſunt, iram meam oſtendam. Petrus, & Paulus dixerunt. Nos olim vocavit Deus ad gloriam ſuam, tu autem à Diabolo jam vocatus es, ad tormenta feſtinas. Simon dixit. Cæſar Nero audi me. Iſtos inſanos à te ſepara, ut dum venero ad Patrem meum in Cœlis, poſſim tibi eſſe propitius. Imperator dixit; & unde hoc probamus, quia in Cœlum vadis? Simon dixit. Jube turrem excelſam fieri ex lignis, & trabibus magnis, & poni in Campo Martio, ut aſcendam in illam, & cum in eam aſcendero, imperabo Angelis meis, ut deſcendant ad me de Cœlo, & tollant me in Cœlum ad Patrem meum, ut ſcias me de Cœlis eſſe miſſum. Non enim in terra inter peccatores ad me venire poſſunt. Nero Imperator dixit. Volo videre ſi imples, quod dicis. Simon reſpondit. Jube ergo celerius fieri, ut videas.

Tunc Nero præcepit in Campo Martio turrim excelſam fieri, & præcepit, ut omnes populi, & omnes dignitates ad iſtud ſpectaculum convenirent. Altera vero die Nero Imperator, cum Senatu, & Equites Romani, & omnis populus, venerunt in Campo Martio ad ſpectaculum, et cum veniſſent univerſi, tunc in omni hoc conventu juſſit Imperator Petrum, & Paulum præſentari, & ſtatim adducti ſunt ante eum, quibus ſic ait, Nunc habet veritas apparere. Petrus, & Paulus dixerunt.

xerunt. Non eum nos detegimus, ſed Dominus JEſus Chriſtus filius Dei, quem hic ſe ipſum eſſe mentitus eſt. Et converſus Paulus ad Petrum dixit. Meum eſt genibus poſitis Deum exorare; tuum eſt impetrare, ſi quid videris Simonem conari, quoniam tu priore lectus es à Domino. Et poſitis genibus orabat Paulus coram omni populo. Petrus autem intuitus eſt Simonem dicens. Incipe, quod cœpiſti, appropinquabit enim, & tua detectio, & noſtra vocatio de hoc ſæculo. Video enim Chriſtum me vocantem, & Paulum. Nero dixit. Et quo ituri eſtis contra meam voluntatem? Petrus reſpondit. Quo nos Dominus vocaverit. Nero dixit. Et quis eſt Dominus veſter? Petrus reſpondit. Dominus Jeſus Chriſtus, quem ego video, nos vocantem. Nero dixit. Et vos in Cœlum ituri eſtis? Petrus reſpondit. Quo ipſi placuerit, qui nos vocat, illuc ſumus ituri. Ad hæc Simon reſpondit. Ut ſcias Imperator, iſtos fallaces eſſe, mox ut in Cœlos aſcendero, mittam ad te Angelos meos, & faciam te ad me venire. Imperator dixit. Fac ergo, ut loquutus es. Tunc aſcendit Simon in turrim coram omnibus, extenſis manibus, coronatus lauro, cœpit volare. Nero, ut vidit, Petro ſic ait. Iſte Simon verax eſt; tu autem, & Paulus ſeductores eſtis. Cui Petrus ait. Sine mora ſcies nos veraces eſſe Chriſti diſcipulos, hunc autem non eſſe Chriſtum, ſed magum, & maleficum. Imperator dixit. Adhuc perſevaratis in mendacio? Ecce videtis eum Cœlum penetrare. Tunc Petrus ad Paulum dixit, Paule erige caput, & vide. Cumque elevaſſet caput Paulus, lacrymis plenum, & vidiſſet Simonem volantem, ſic ait. Petre quid ceſſas? Perfice,

quod cœpiſti, jam enim nos vocat Dominus noſter JEſus Chriſtus. Et Nero audiens eos, ſubridens dixit. Jam iſti vident ſe victos, modo delirant. Petrus reſpondit. Modo probabis nos non delirare. Paulus ait Petro. Celerius fac, quod facturus es. Et aſpiciens contra Simonem Petrus dixit. Adiuro vos Angeli Sathanæ, qui eum in aera fertis ad decipienda hominum infidelium corda, per Deum Creatorem omnium, & per JEſum Chriſtum, ut eum ex hac hora jam non feratis, ſed dimittatis, & continuo dimiſſus cecidit in locum, qui Sacra Via dicitur, & in quatuor partes fractus quatuor ſilices adunavit, qui ſunt ad teſtimonium victoriæ Apoſtolorum usque in hodiernum diem. Tunc ad ſonitum ejus quomodo crepuit levavit Paulus caput, & dixit. Gratias tibi agimus Domine Jeſu Chriſte, qui nos exaudiſti, & Simonem magum detexiſti, & nos in veritate tuos diſcipulos comprobaſti. Tunc Nero ira magna plenus teneri fecit Petrum, & Paulum in vinculis; Corpus autem Simonis juſſit diligenter tribus diebus, & tribus noctibus cuſtodiri, putans eum reſurgere tertia die. Cui Petrus dixit. Erras Imperator, hic jam non reſurget, quoniam vere mortuus eſt, & in æterna pœna damnatus.*

* Factus. Acta MSS Petri & Pauli Cod Reg Paris 1045. ex quibus hæc affert doctiſſ. Gotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. VI. 10. Ἔπεσεν εἰς τόπον καλούμενον σακραβία, ὅ ἐστιν ἱερὰ ὁδός. καὶ τέσσαρα μέρη γενόμενος τέσσερας σήλικας συνήνωσεν, οἵ εἰσιν εἰς μαρτύριον τῆς τῶν Ἀποστόλων νικήσεως ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Eorundem Actorum per Cardinalem Caraffam ſecum communicatorum meminit Alphonſus Salmeron in Epiſtola ad eum ſcripta, Tomo ultimo Operum pag. 376. ſeq.

tus. Cui Nero reſpondit. Quis te permiſit tale ſcelus perpetrare? Petrus reſpondit. Contentio ejus; & ſi intelligas, multum eſt ei præſtitum ut periret, ne tantas Deo ad multiplicationem ſupplicii ſui inferret blaſphemias. Nero dixit. Suſpecto animo me feciſtis, idcoque malo exemplo vos perdam. Petrus reſpondit. Non quod tu vis, ſed quod promiſſum eſt nobis neceſſe eſt conſumari. Tunc ira repletus Nero dixit ad Præfectum ſuum Agrippam. Iſtos homines inreligioſos neceſſe eſt male perdere, & ideo cardis ferreis acceptis, jube eos in Naumachia conſumi; Oportet enim omnes hujuſcemodi homines male conſumari. Agrippa præfectus dixit. Sacratiſſime Imperator, non congruenti exemplo jubes eos puniri. Nero dixit. Quare non congruenti? Agrippa dixit. Quoniam Paulus innocens videtur. Petrus autem, quia homicidii reus eſt, pœna amara patiatur. Nero dixit. Ergo quo exemplo peribunt. Agrippa dixit. Ut mihi videtur, juſtum eſt Paulo inreligioſo caput amputari; Petro autem eo quod inſuper homicidium perpetraverit, jube eum in Cruce levari. Nero dixit. Optime judicaſti; & confeſtim deducti ſunt Petrus, & Paulus ante conſpectum Neronis. Paulus decollatus eſt in via Oſtienſe. Petrus autem dum veniſſet ad Crucem, ait. Quoniam Dominus meus JEſus Chriſtus de Cœlo ad terram deſcendit, recta Cruce ſublimatus eſt; me autem, quem de terra ad Cœlum vocare dignatur Crux mea, caput meum in terra debet oſtendere, & pedes ad Cœlum dirigere. Ergo, quia non ſum dignus in Cruce, ita eſſe ſicut Dominus meus, girate crucem meam, & capite dimerſo crucifigite me. At illi verterunt Crucem, & pedes ejus ſur-

ſurſum fixerunt, manus autem deorſum. Convenit autem ibi innumerabilis populi multitudo maledicentes Cæſarem Neronem, ita furore pleni, ut vellent ipſum Neronem incendere. Petrus autem prohibebat eos dicens, Nolite filioli, nolite quæſo hoc agere, ſed magis quod loquor auſcultate. Ante paucos enim dies rogatus à fratribus abſcedebam hinc, & occurrit mihi in via Dominus meus JEſus Chriſtus ad portam hujus Urbis, & adoravi eum, & dixi: Domine quo vadis? & dixit mihi. Sequere me, quia vado Romam iterum crucifigi. Et dum ſequerer eum, redii Romam, & dixit mihi, Noli timere quia tecum ſum, quoisque introducam te in Domum Patris mei. Et ideo filioli, nolite impedire iter meum. Jam pedes mei viam Cœleſtem ambulant. Nolite triſtari, ſed gaudete mecum, quia hodie fructum laborum meorum conſequor, & hæc cum dixiſſet, ait. Gratias tibi ago Paſtor bone, quia oves, quas mihi tradidiſti compatiuntur mihi. Peto ut participent mecum de gratia tua. Commendo tibi oves, quas mihi credidiſti, ut non ſentiant ſine me eſſe, qui te habent, & oro ut ſemper auxilio tuo protegantur Domine JEſu Chriſte, per quem ego gregem hunc regere potui; Et hæc dicens emiſit ſpiritum. Statim apparuerunt ibi viri Sancti, quos nemo unquam viderat ante, nec poſtea videre potuerunt; Iſti enim dicebant ſe propter ipſos de Hieroſolymis adveniſſe; & ipſi una cum Marcello Inluſtri viro, qui crediderat, & relinquens Simonem, Petrum ſequutus fuerat, abſtulerunt corpus ejus occulte, & poſuerunt eum ad terebintum juxta Naumachiam in locum, qui appellatur Vaticanus. Ipſi autem viri qui ſe de Hieroſolymis dixerunt adveniſſe,

dixe-

dixerunt ad populum, Gaudete, & exultate quia patronos magnos habere meruiſtis, et amicos Domini Noſtri JEſu Chriſti. Sciatis autem hunc Neronem peſſimam poſt necem Apoſtolorum Regnum tenere non poſſe.

Accidit autem poſthæc, ut odium exercitus ſui, & odium populi Romani Nero incurreret, ita enim ſtatuerunt hoc, ut publice catomo tamdiu cæderetur, quousq; ut erat mortuus expiraret. Quod cum perveniſſet ad eum hoc conſilium, irruit in eum tremor, & metus intolerabilis, & ita fugit, ut ulterius non appareret. Extiterunt autem, qui dicerent, quod in ſilvis dum erraret fugiens ex frigore nimio, & fame diriguiſſet, & à lupis eſſet devoratus. Sanctorum autem Apoſtolorum Petri, & Pauli corpora, dum à Græcis tollerentur in Orientem ferenda, extitit terræ motus nimius, & cucurrit populus Romanus, & comprehenderunt eos in locum, qui dicitur Catacumba, via Appia miliario tertio, & ibi cuſtodita ſunt corpora anno uno, & menſibus ſeptem, quousque fabricarentur loca, in quibus fuerunt poſita corpora eorum, & illic cum debito reverentiæ honore, & laudibus hymnorum conſiderentur. Et poſitum eſt Beatiſſimi Petri corpus in Vaticano Naumachiæ & Sancti Pauli in via Oſtienſi milliario ſecundo. Ubi præſtantur beneficia orationum eorum aſſiduè fideliter poſcentibus ad laudem, & gloriam Domini noſtri JEſu Chriſti, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ego Marcellus Diſcipulus Domini mei Apoſtoli Petri, quæ vidi ſcripſi.

Ad pag. 795 *poſt verba v. ult.* alii legunt *à Joanne*, adde: qvia Tertulliano non nominatur, ſed ab Hieronymo additus eſt, qvod Johan-

nem

nem illo tempore Aſiæ Eccleſiis præfuiſſe ſibi perſuaſit.

Ad pag. 796. Actorum S. Theclæ, etiam eorum qvæ à Clariſſimo Grabio Græce & Latine edita ſunt, fidem elevat D. Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης in libro de Bibliothecis Patrum p. 701. ſeq. Acta Theclæ præterea exhibentur Latine a Bollando in Actis Sanctor. T. 1. ad diem X. Januar. Conferenda itidem ſunt qvæ de Thecla virgine occurrunt in Actis SS. Alphii, Philadelphii & Qvirini in iisdem Actis ad X. Maji Tom. 2. p. 513. ſeq. 778. ſeq.

Ad pag. 800. adde qvod *tractatum de non iterando baptiſmo*, poſt Rigaltium edidit Labbeus Tom. 1. Concil. p. 770. qvi in tabula præfixa Conciliis a ſe collectis, memorat MStum Codicem Vaticanum in qvo liber ille Urſino ſive Urſicino Monacho Afro, circa A. C. 440 claro tribuitur. At Harduinus in ſua Conciliorum lectione illum tractatum omiſit.

Ad pag. 804. Ex Apocryphis etiam hauſta qvæ Nicetas in Gregorii Naz. Orationem XVI. *ac denique Petrus lupinos ſolos pro deliciis habens, unico aſſe, hoc eſt decem nummis emtos. Hoc autem ex quodam libro deſumtum eſt, in Eccleſiaſticum Canonem minime recepto.* Confer Coteler. ad recognitiones Clementis VII. 6.

PETRI PRÆDICATIO allegatur a Clemente Alex Strom. 1. extremo pag. 357. Ἐν δὲ

τῷ

τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον τὸν Κύριον προσαγορευόμενον. In Petri prædicatione invenias *Dominum legis & rationis venire nomine.* Alium locum Clementis produxi Volumine priore pag. 797.

In Joannis Damaſceni ſacris parallelis Tom. 2. edit. novæ. pag. 475.

Ἐκ τῆς διδασκαλίας Πέτρου. Πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, καὶ ὁ κατὰ Θεοῦ μίμησιν ἐπιδιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. Θεὸς γὰρ παντάπασιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Σύνετε δὲ πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα ὧν αὐτοὶ χρήζετε. Μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα. Αἰσχύνθητε κατέχοντες τὰ ἀλλότρια. Μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.

EX DOCTRINA PETRI. *Dives eſt qui multorum miſeretur, & qui Deum imitando; ex iis quæ habet impertit. Deus enim res a ſe conditas omnimode diſtribuit.* Quocirca *hoc noveritis, qui divites eſtis, debere vos miniſtrare: & cum plura, quam quæ opus ſunt vobis, acceperitis, diſcite tandem aliis ea deeſſe quæ vobis ſuperflua ſunt. Erubeſcite qui res alienas retinetis, vobisque æquitatem DEi imitandam proponite, ac nemo pauper erit.*

PETRI ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ MS. in Bibl. Seguieriana ſive Coisliniana, p. 78.

S. Epi-

S. Epiphanius in Hæreſi XXX. EBIONÆORUM cap. 15.

SUnt & alii libri quibus utuntur, velut Petri Circuitus à Clemente conſcripti, quo in libro paucis veris relictis cætera ſuppoſuerunt: quemadmodum Clemens ipſe omnibus illos modis redarguit iis Epiſtolis Circularibus, quæ ab eo ſcriptæ in ſacroſanctis Eccleſiis leguntur. Ex quibus conſtat, longe ab iis, quæ in Circuitibus illis ſub ejus nomine adulterina extant, illius fidem ac ſermonem abhorruiſſe. Etenim virginitatem Clemens edocuit; iſti repudiant: Ille Eliam Davidem & Sampſonem omneſque Prophetas commendat; Ebionitæ deteſtantur. Quare in Circuitibus iſtis ſuum ad inſtitutum accommodarunt omnia, ac de Petro plurima mendacia confinxerunt.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. ἐν ταῖς οὖν Περιόδοις τὸ πᾶν

εἰς

εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι, ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσι· ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

Cujusmodi eſt inter cætera, quotidie illum caſtimoniæ cauſa laviſſe, quod iſti facere conſueverunt. Tum ab animatis omnibus & carnibus, reliquoque omni, quod carne conſtet, abſtinuiſſe: quoniam ab iis tam Ebion olim, quam hodie Ebionitæ omnes abhorrent.

Plura veterum de hoc Petri itinerario teſtimonia & de diſputatione Petri & Apionis Cotelerius præfixit libris recognitionum Clementis: qvi ætatem tulere ex verſione Rufini & à laudato Cotelerio notis illuſtrati exhibentur tomo primo Patrum Apoſtolicorum.

Ad pag 806. Periodum & Martyrium Græce MS. S. PHILIPPI Apoſtoli allegat Cangius in gloſſario mediæ Græcitatis voce κοσμοκράτωρ & alibi. Acta Philippi Apoſtoli ex antiqvis MSS. Latinis antea ineditis nec non e Metaphraſte ac Menæis dedit Papebrochius in Actis Sanctor. Calendis Maji Tom. 1 p. 7-18. Idem ad diemſextam Junii Tom 1. pag. 620. farraginem cæteram e Menæis de Philippo Apoſtolo ejusqve longo Athenis de fide certamine coram principe Scribarum ad illum redarguendum Hieroſolymis, arceſſito advectoqve

qve in Græciam, indignam cenſuit qvam Actis ſuis insereret: & longe magis alteram prolixiorem, qvam reperit in MS. Vaticano, hoc titulo: *πράξεις τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου τοῦ β' εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν Ἀθηνῶν. Acta S. Philippi Apoſtoli, ſecundum* profecti *in Helladem Athenienſium.* Sed Tom. 1. Maji p. 733-735. Græce e MS. Vaticano edidit. *ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον Φίλιππον* qvod incipit: *Ὁ τοῦ Θεοῦ Θεὸς λόγος ἀΐδιος συνὼν Πατρὶ καὶ ἄχρονος ὤν.*

Ad pag. 810. Homilia de aleatoribus, ad calcem operum S. Cypriani: *Et in DOCTRINIS APOSTOLORUM: Si quis frater deliquerit in Eccleſia & non paret Legi, hic nec colligatur donec pœnitentiam agat, & non recipiatur, ne inquinetur aut impediatur oratio veſtra.*

Origenes homilia X. in Leviticum: *Sed eſt & alia adhuc religioſa* (jejunandi ratio) *cujus laus quorundam APOSTOLORUM litteris prædicatur. Invenimus enim in quodam libello ab Apoſtolis dictum: Beatus eſt qui etiam jejunat pro eo quo alat pauperem: hujus jejunium valde acceptum eſt apud DEum, & revera digne ſatis. Imitatur enim illum qui animam ſuam poſuit pro fratribus ſuis.* Idem commendatur in Hermæ Paſtore, libro tertio.

Ad pag. 811.

Opus imperfectum in Matth. VI. 3. Aliter certe, ſicut Apoſtoli in libro Canonum, qvi eſt de Epiſcopis. Dextra eſt populus Chriſtianus, qvi

qvi eſt ad dextram Chriſti: ſiniſtra omnis populus, qvi eſt ad ſiniſtram. *Non exſtat in Conſt. Apoſt.*

Idem in XXV. 18. Qvi miniſterium ſuum bene conſummaverit, apparet qvia ex Deo fuerat ordinatus: qvi autem miniſterium ſuum non bene, ex hominibus ordinatus eſt. Qvomodo autem qvidam Sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeſte in libro octavo Canonum Apoſtolorum dicitur: Qvi autem ex hominibus ordinatus eſt, qvantum ad Deum, non eſt Diaconus aut Sacerdos. *Conſt. Apoſt. VIII.* 2. οὔτε Ἐπίσκοπος ἀγνοίᾳ ἢ κακονοίᾳ πεπηρωμένος, Ἐπίσκοπός ἐστιν, ἀλλὰ ψευδώνυμος, οὐ παρὰ Θεοῦ ἀλλὰ παρὰ ἀνθρώπων προβληθείς.

Anaſtaſius Sinaita quæſt. LX. διατάξεις τῶν Ἀποστόλων, *allegans*: Ὅταν γὰρ καθίσῃ ἐν συνεδρίῳ, πάντας ἀτιμάζει, λέγει οὖν καὶ ὁ Δαβίδ, οὐ προσετιθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον. Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα, οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον. Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ οὐ μή μοι ἐλειτούργει. Οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν, ἢ λαλῶν ἄδικα, ἀλλὰ τοῦτον ἐξεδίωκον. Διὸ καὶ Ἐλισσαῖος τῷ λειτουργῷ αὐτοῦ Γιεζῇ μετὰ τὴν κλοπὴν καὶ τὸ ψεῦδος τὴν τοῦ Νεεμὰν λέπραν περιθεὶς, ἐξεδίωκεν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καθάπαξ. Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. *Non exſtat in Conſt. Apoſt.*

Ad pag. 816. Adde Hiſtoriam de S. JOHANNE Evangeliſta qvæ PROCHORO *Diacono* tribuitur exſtare in Bibliothecis Patrum omnibus: Paris. 1576. 1589. &c. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Prochorus MS. Græce in Bibl. Coisliniana pag. 196. Plura de Prochoro Godfridus Henſchenius in Actis Sanctorum ad IX. April. Tom. 1. p. 818. 910.

Ad pag. 824. Fallitur V. C. Elias du Pin qvi ea qvæ de S. THOMA apud Auguſtinum leguntur, putat petita ex Evangelio Thomæ, lib. 2. prolegom. Bibl. pag. 91. nam ex Itinerario Thomæ potius hauſta eſſe apparet.

Ad pag. 825. Jacobus Miſenſis libro contra D. Brodam de communione ſub utraqve, qvem edidit Vir Eruditiſſ. Hermannus ab Hardt Tom. 3. Concilii Conſtantienſis p. 495. *Licet multa vera ſint & conformia Legi DEI, & exemplaria ad noſtra vitæ emendationem: tamen in talibus paſſionalibus legendis multa falſa ſunt inſerta, quæ ſub ſpecie pietatis ſapiunt quæſtum. Et hæc, cupiditas pſeudocleri, ut æſtimo, eſt operata, ut eſt illud quod legitur de S. Thoma Apoſtolo* &c.

Ad p. 825. *poſt verba:* Hottingero parte 1. Hodegi (*Germanice editi*) pag. 31. ſeq. *adde:* & in Bibliothecario qvadripartito p. 72.

A*d p* 832. de commentitiis TITI actis ſub ZENÆ venditatis nomine, adde Jo. Michaelem Heineccium in diſſ. Hiſtorica de JCtis Chriſtianis primorum ſæculorum, Halæ 1713. 4. pag. 12.

Ad

Ad pag. 837. Epiſtolam S. MARIÆ tributam *ad Ignatium* pro Apocrypha & ſuppoſititia habent etiam Jo. Euſebius Nierembergius de Origine Scripturæ Sacræ XI. 5. pag. 407. & Carolus Stengelius de cultu reliqviarum, III. 8. pag 206. nedum ſagaciores Critici ut Jo. Mabilonius de re diplomatica pag. 25. Certe illas ad Ignatium literas à S. Maria ſcriptas qvi ſibi poterit perſuadere, idem etiam facile credet à Maria Lauretana exaratam & Angeli perlatam manu alteram hanc Epiſtolam, qvam profert Eraſmus in colloqvio de peregrinatione religionis ergo pag. 411.

Maria mater JEſu, Glaucopluto S. D. Quod Lutherum ſequutus ſtrenue ſuades, ſuperuacaneum eſſe invocare divos, à me quidem iſto nomine bonam magnamque iniſti gratiam, ſcito. Nam antehac tantum non enecabar improbis mortalium opplorationibus. Ab una poſtulabantur omnia, quaſi filius meus ſemper infans eſſet, quia talis fingitur, pingiturque in ſinu meo, ut ex nutu matris adhuc pendeat, neq; quidquam auſit negare petenti, videlicet metuens, ne ſi quid neget roganti, ego viciſſim ipſi negem mammam ſitienti. Et nonnunquam ea petunt à virgine, quæ verecundus juvenis vix auderet petere à lena, quæque me pudet litteris committere. Interim negotiator lucri cauſſa navigaturus in Hiſpaniam, committit mihi pudicitiam ſuæ concubinæ. Et virgo deo ſacra, abjecto velo fugam adornans, deponit apud me famam integritatis ſuæ, quam ipſa tendit proſtituere. Occlamat mihi miles impius, & ad lanienam conductus, Beata virgo da

S. Mariæ *ad Meſſanenſes* celebraturus, ita paratragœdiatur.

Quod quæris, intus adeſt in his Tabellis. Panoplia, ſi militas: Cynoſura, ſi navigas: narthecium, ſi ægrotas: aurifodina, ſi miſer es. Nil mirum. Quæ ſcripſit hanc Epiſtolam manus, Felicitatis chryſomagnes fuit: eamque totam inter ſcribendum in has literas transfudit. Delicias ne quære amplius: amœnitatum omnium hic venam habes. Quot literulæ, tot cœleſtis Elyſii flores, tot Galaxiæ ſunt faces. Atque è Galaxia raptam crediderim fuiſſe paginam, è florum purpura, vel potius è ſiderum radiis aureum liquorem, literarum notis effingendis expreſſum. Quid ultra ſparierem tegimus? Poſt Mamertinam legationem benigniſſime à ſe auditam Magna Mater, miniſterio Cœlitum uſa, hanc ſua excuſam manu Epiſtolam ad Meſſanenſes tranſmittendam dedit, quæ illis peſtiferæ contagionis amuletum, atque in adverſis rebus omnibus tutela ingens olim foret. En ſuaviſſimas Divinæ Virginis literas, non tam auro gemmisque incidi dignas, quam omnium præcordiis exarandas.

MARIA VIRGO, JOACHIM FILIA Dei Humillima &c.

Deinde poſt Epiſtolam integram adſcriptam, hæc ſubjungit.

Sed dum hæc legis, ne lugeo autographum neſcio quo maximarum rerum fato amiſſum. Cœlum fortaſſe rapuit. Habuiſſent enim in terris, inter legendum, mortales adhuc oculi ſuam Apotheoſin.

Ad pag. 851. Epiſtolam S. Mariæ, *ad Florentinos* præter Joannem de Carthagena homilia-

rum

rum Catholicarum auctorem & Adrianum Lyræum tanqvam genuinam commendat Salvator Vitalis Marenſis in Annalibus Sardiniæ. Vide B. Matthiæ Zimmermanni Analecta p. 521. Sed illam Epiſtolam qvi genuinam Mariæ crediderit idem etiam poterit ſibi perſuadere eſſe veriſſimum qvod in bulla Sabbatina * qvæ Joanni XXII. adſcribitur, Beata Virgo Joannem Carmelitæ habitu traditur affata eſſe hunc in modum;

O Joannes, o Joannes Vicarie mei dilecti Filii, veluti tuo te eripiam adverſario, te Papam facio ſolemni dono Vicarium, meis coadjuvantibus ſupplicationibus dulciſſimo meo Filio petens, quod gratioſe obtinui: Ita gratiam & amplam meo ſancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas præconcedere per Eliam & Eliſæum in Monte Carmeli inchoato: quod unusquisque profeſſionem faciens, Regulam à meo ſervo Alberto Patriarcha ordinatam obſervabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum filium Innocentium approbatam, ut verus mei Filii Vicarius debeat in terris aſſentire, quod in cœlis meus ſtatuit ſemel & ordinavit Filius. Quod qui in ſancta perſeverabit obedientia, paupertate & caſtitate, vel qui ſanctum intrabit Ordinem, ſalvabitur. Et ſi alii devotionis cauſa in ſanctam ingrediantur Religionem, ſancti habitus ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores mei Ordinis prænominati, liberentur & abſolvantur tertia eorum peccatorum portione

* Exploditur à Joanne Launojo diſſ. de Simonis Stochii viſu Pariſ. 1663. 8.

à die quo præfatum Ordinem intrabunt: caſtitatem, quæ vidua eſt, promittendo; virginitatis, quæ virgo eſt, fidem præſtando: ſi conjugata, inviolateobſervationem matrimonii adhibendo, ut ſancta mater imperat Eccleſia. Fratres profeſſi dicti Ordinis ſupplicio ſolvantur & culpa, & die, quo ipſi ſæculo recedunt, ac properato gradu accelerant Purgartorium, ego mater gratioſe deſcendam Sabbato poſt eorum obitum, & quot inveniam in Purgatorio, liberabo, & eos in Montem ſanctum vitæ æternæ reducam. Verum quod ipſi Confratres & Conſorores teneantur horas dicere Canoniales, ut opus fuerit ſecundum regulam datam ab Alberto: Illi qui ignari ſunt, debeant vitam jejunam ducere iis diebus, quos ſacra jubet Eccleſia: (niſi neceſſitatis cauſa, alicui eſſent traditi impedimento:) Mercurio & Sabbato debent à carnibus abſtinere, præterquam in mei Filii nativitate. Et hoc dicto evanuit hæc ſancta Virgo.

Epiſtola S. Pauli ad Corinthios & Corinthiorum ad S. Paulum Armenice ex Muſeo Viri Clariſſimi PHILIPPI MASSONII, Verſionem Latinam accurante DAVIDE WILKINS. *

Viro

* Amſt. 1715. 4. & in Hiſt. Critica Reip. literar. celeberrimi Maſſoni, T. X, p. 148.

Viro eruditiſſimo ac Clariſſimo MATURINO VEYSSIERE LA CROZE *Regiæ Bibliothecæ Berolinenſis præfecto* DAVID WILKINS S.

C*Aſu accidit cum hiſce diebus Amicis Ultrajectinis valedicerem in M. Britanniam reverſurus, ut in gazophylacio Orientalium Codicum* Clariſſimi Philippi Maſſonii *in MS. Armenicum inciderem, quod* Vitam S. Johannis Evangeliſtæ, Epiſtolam Corinthiorum ad S. Paulum & S. Pauli Epiſtolam ad Corinthios *continet; illam jam in Lectionario Armenico novo impreſſam, has autem hortatu Excellentiſſimi* Relandi *& permiſſu Clariſſimi Poſſeſſoris mecum Amſtelodamum ſumſi, tibi,* Vir Doctiſſime, *Armenicarum litterarum peritiſſimo cum verſione Latina offerendam. Neque audaciam meam te publice quaſi compellandi male interpreteris rogo, quia tu ex collatione ſtyli elegantisſimi Armenici in Epiſtolis S. Pauli & ex citatione Auctorum quam optime de his Epiſtolis judicare potes, an aliqua harum antiquitas ſi non Apoſtolica ſaltem Orthodoxa adſtruenda, vel an ut ſpuriæ & novæ rejiciendæ.*

Tu, Amicorum Optume, *facile nobis Auctor eſſe poteris an S. Paulus verbis* 1 Cor. 5. 9. ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ *ad Epiſtolam hanc collimarit, vel ad aliam deperditam, aut verba præcedentia, quia argumentum ejus non ita accurate reſpondet verbis Paulinis*

Perlegas quæſo pagellas haſce, tuamque de iis opinionem quando vacarit Londinum mihi mittas, quovis tempore de amore & magno meo tibi inſerviendi deſiderio certus. Vale. Dabam Amſtelod. d. XVIII. *Febr.* ↀ Iↄ. CCXV.

EPI-

EPISTOLA † PAULI ad CORINTHIOS.

PAulus ligatus JEſu CHriſti, Fratribus Corinthi ob continua vulnera errabundus ſalutem. Non miror qvod ita celeriter ambulent perſuaſores mali, ſed præparet Dominus qvam primum adventum ſuum, qvia permutant & parvi æſtimant præcepta ejus. Sed ego vos docui ab initio qvæ ipſemet ab Apoſtolis accepi, qvi omni tempore cum Domino ambulabant. Et nunc dico qvod Dominus JEſus ſit natus ex Maria Virgine, qvæ eſt ex ſemine Davidis ſecundum annunciationem Spiritus Sancti. Qvi miſſus eſt a Patre ad eam de cœlo, ut JEſus uniretur cum mundo & liberaret omne corpus per corpus ſuum, & reſuſcitaret nos à morte. Qvi demonſtravit perſonam ſuam, exemplum ut fieret manifeſtum, hominem fuiſſe creatum à Patre; unde homo in perditione ſua non eſt relictus absque perqviſitione, ſed qvæſitus eſt ut per manum adoptionis maneret vivus. Qvia DEUS qvi dominatur omnibus rebus, qvi eſt Pater Domini noſtri JEſu CHriſti, miſit primum ad Judæos Prophetas, ut abſtinerent à peccato, & intrarent juſtitiam ejus; qvi ſalvare voluit Domum Iſraelis, donavit & dedit Spiritum ſuum Prophetis, ut præ-

† Germanice occurrit in Monatlichen Unterredungen A. 1714. p. 887. Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen A. 1715. p. 174.

prædicarent cultum DEI & nativitatem ejus ſine errore in ſæculum.

EPISTOLA CORINTHIORUM ad PAULUM.

STephanus & qvi cum eo Presbyteri Nemenus, Eubulus, Theophilus, & Nomeſon, ſalutem Paulo Fratri. Nonnulli homines venerunt Corinthum, vocati Simon & Clobius, qvi ſubtiliter commovent fidem perſuaſoriis & corrumpentibus verbis, ad qvorum verba tu ipſe debes reſpondere; qvia nos non audivimus talia verba à te, multo minus ab aliis Apoſtolis. Solum hoc ſcimus qvod à te audivimus & ab aliis firmiter obſervavimus. Sed jam in hoc Deus admodum miſertus eſt noſtri, qvia adhuc cum corpore es nobiſcum. Alia vice te audire volumus, interim cito nobis veritatem ſcribas, aut te in propria perſona ad nos conferas. Nos credimus in Dominum, & qvod ſe manifeſtaverit & ſalvaverit nos ex manibus Diaboli. Verba igitur eorum ſunt erronea, qvia dicunt hoc modo qvod non ſit debitum legere Prophetas, & dicunt Deum non eſſe omnipotentem, & negant reſurrectionem corporum, & omnino non dicunt qvod homo ſit creatura Dei; negant Jeſum Chriſtum fuiſſe cum corpore ex Maria Virgine genitum, neqve dicunt mundum eſſe creaturam Dei, ſed aliqvorum Angelorum. Igitur,

tur, Frater, cito ſcribas nobis in tua perſona, ut maneat Civitas Corinthiorum abſqve ſcandalo, & ignorantia illorum coram omnibus cum pudore divulgetur. Vale in Domino.

VIROR. DOCTOR. DE HIS EPISTOLIS CENSURÆ.

RELANDO SUO,
N. N. S. P. D.

REmitto tibi literas illas *Corinthiorum ad Paulum, & Pauli viciſſim ad Corinthios*, ex Lingua Armenica Latine verſas a Doctiſſimo D. *Wilkinſio* noſtro. Avidiſſime eas perlegi, ſimul atqve eſſent traditæ. Sperabam enim, ut nuper dicebam, aliqvid me in illis inventurum, qvod Apoſtolica tempora aut dogmata ſaperet, aut qvod ſententiam illam de tertia qvadam D. Pauli ad Corinthios Epiſtola, ad qvam Apoſtolum ipſum reſpicere 1 Cor. V. 9. viri qvidam docti putant, aut juvaret qvodammodo, aut everteret. Sed nihil horum. Ἀλλ' ἄνθρακες θησαυροὶ ἦσαν. Ut mirarer Amicum noſtrum, ſententiam ea de re rogare Doctiſſimi Domini *la Croze*: niſi forte, ob materiæ benignitatem, hac arte mentem Doctiſſimi Viri elicere ſtuderit, ut eo apertius, qvid de Litteris his ſentiat, eloqveretur. Mihi qvidem videntur ſpuriæ, &, pene dixerim, ne qvidem ab Orthodoxo aliqvo conſcriptæ. Ut vero & ego

ego viciſſim tuam de iis ſententiam eliciam, exponam paucis qvæ in iis notavi: qvæqve heri veſperi, ſub cœnam, relictis rebus, in chartam conjeci.

§. 1. *De Prima Epiſtola, qua Pauli dicitur.*

Non eſſe ab Apoſtoli manu profectam, ſeqventia perſuadent.

I. Salutatio a Paulina plane differt; & ne qvidem cum ſalutationibus Ignatii aut Polycarpi comparari poteſt. Subſcriptio plane deeſt. Ut ſi Epiſtola ipſa non ſit truncata, hæc certe ex conſueta Apoſtoli formula fuiſſet concipienda, qva ſe uti in omnibus Epiſtolis ipſe profitetur. 2 Theſ. III. 17. ut fideles ita contra fraudulentorum hominum artes, qvi ſpurias iſtiusmodi Epiſtolas jam tum mentiebantur, muniret. Vid. 2 Theſ. II. 2.

II. Verba illa Pauli, *ſed ego vos docui ab initio qua ipſemet* AB APOSTOLIS *accepi*, mendacem nobis Paulum qvemdam, & hominem ignariſſimum, in Paulinis certe Epiſtolis hoſpitem, repræſentant. Qvid enim notius, tum ex Actis, tum ex Apoſtoli hujus Epiſtolis, eum veritatem illam qvæ in Chriſto eſt, a nullo hominum, ſed recta a Deo, per revelationem qvandam extra conſuetum ordinem ipſi conceſſam, accepiſſe? Duo integra fere adhibet Capita, priora ſcilicet Epiſtolæ ad Galatas, ut hoc de ſe privilegium evincat. Ubi expreſſiſ-

ſimis

ſimis verbis id identidem repetit. Gal. I. 12. 24. II. 6. Conf. Eph. III. 2. 3. Hæc plumbeum hominis ingenium, aut, ſi mavis, perfrictam frontem arguunt.

III. Stilus vero, ex qvo optime de Scriptoribus ferri poteſt judicium, nihil Paulini habet: non modo verba ſi ſpectes, ſed vel inprimis Diſciplinam ipſam, qvam tradit, ſi conſideres, ut poſt paulo dicam.

§. II. *De Epiſtola Corinthiorum.*

(NB.) Hæc primo loco debuiſſet poni: larvatus enim Paulus ad hanc proprie reſpondet.

In ea notavi ſequentia.

I. *Stephanus*, qui una cum Presbyteris qvibusdam hanc Epiſtolam ſcripſiſſe fingitur, videtur factum ex *Stephanas*, niſi & Armenice ita legatur. Hic enim Corinthius fuit, ut patet ex 1 Cor. XVI. 15, 17. ubi Apoſtolus ejus domum vocat ἀπαρχὴν τῆς Ἀχαΐας, eumqve ut Legatum Eccleſiæ Corinthiorum debito honore recipit. Qvæ pulchra occaſio huic impoſtori fuiſſe videtur ejus nomen Epiſtolæ huic præfigendi.

II. Qvod *Presbyteros* ſibi *quatuor* adjungat, ſpeciem præ ſe fert Epiſcopalis cujusdam dignitatis, *& præ Presbyteris eminentia.* Qvæ diſtinctio inter Epiſcopos & Presbyteros, qvum directa fronte pugnet cum deſcriptione Epiſcoporum, in

in Epiſtolis Paulinis, certe genuinæ Epiſtolæ ad ipſum Paulum ſcriptæ convenire non poteſt.

III. Denominatio illa in principio, *Paulo* FRATRI, & in fine iterum, *igitur* FRATER, Apoſtolicæ dignitati, omnium maximæ in Chriſti Eccleſiâ fundanda, convenire non poteſt.

IV. Tum & Paulum hunc ab Apoſtolis qvodammodo diſtinguunt, certe iis minorem faciunt, his verbis; *Non audivimus talia verba a te*, MULTO MINUS *ab aliis Apoſtolis*. Qvum ipſe Paulus ſe *nihilo minorum* reliqvis *Apoſtolis etiam præſtantiſſimis*, profiteatur. 1 Cor. xv. 10. 2 Cor. xi. 5. xii. 11.

V. Rogant Paulum ut *cito ſcribat*, *aut ſe in propria Perſona ad eos conferat*. His reſpondens Paulus vocat ſe *Ligatum Jeſu Chriſti*, ut verus Paulus ſe vocat in Epiſtolis ad Epheſ. Philipp. & Coloſſ. qvum Romæ teneretur in vinculis. Qva ratione ergo a captivo petere poſſunt, ut ad eos veniat? Niſi forte legendum ſit *Legatus*: & vox Armenica etiam *Apoſtolatum* deſignet.

VI. Salutatio etiam illa, *Salutem Paulo Fratri*, &, ſubſcriptio, *vale in Domino*, nimis humi ſerpit.

VII. Hæreſium tam ampla ſeges, à *Simone* & *Clobio* proſeminata, ipſis Apoſtoli temporibus convenire non videtur. Fateor præcipuas, qvas dinumerant, inter Gnoſticorum deliria inveniri poſſe, prout illa a veteribus enarrantur,

 & Gno-

& Gnoſtici ipſi in varias qvaſi familias ab ipſis dividuntur Qvænam vero earum omnium vel maxime caput exereret, qvum duæ hæ Epiſtolæ ſunt conſcriptæ, ex reſponſione Pauli liqvet. In illa enim proram qvaſi & puppim facit controverſia de *Incarnatione verbi*: ex qva recte ſtabilita reliqvos errores, qvos Corinthii memoraverant, at nec omnes tamen, confutat. Qvo etiam facit, qvod in concluſione, de Prophetarum doctrina agens, eos ad Iſraelitas miſſos ait, *ut prædicarent nativitatem* Chriſti *ſine errore*.

Quantum ex verſione hac colligitur, controverſia tum agitabatur de *corpore* ipſo, qvod Jeſus *ex Maria Virgine* aſſumſerat, ut dicunt Corinthii, ejusqve cum natura humana conjunctione; &, qvomodo ex hoc Articulo *ſalus* humani generis, aut futura *reſurrectio*, aut veritas *antiquæ Creationis* dependeat. Vides enim in Pauli Epiſtola hæc inter ſe connecti: & Paulum illum ex incarnatione de reliqvis Fidei Capitibus ſententiam ferre.

Hæc cauſæ conſtitutio incertos nos relinqvit, ad qvæ tempora hæ Epiſtolæ referendæ ſint. Utrumne ſcilicet ad antiqviora illa Chriſtianorum tempora, qvum tota Gnoſticorum examina, variis nominibus & qvaſi familiis diſtincta, in Eccleſiam exierunt, an vero ad poſteriora tempora, qvum poſt damnatos Neſtorii & Eutychetis errores, iidem illi errores varie ſunt incruſtati, aſſumtis priorum errorum,

rum, qvos jam commemoravi, variis capitibus, qvumqve illud malum per totum Orientem diſperſum, Armenorum etiam Eccleſias afflavit: qvi proinde in Hæreticorum etiam catalogum referuntur, & variorum errorum invidia premuntur. Ad qvam amoliendam, Auctor utriusqve hujus Epiſtolæ poſſet videri antiqva illa Eccleſiæ tempora in ſcenam reducere voluiſſe, qvia ſuis temporibus alia fabula, at mutato nomine, ludebatur.

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ.

Ut ex his veluti præmisſis, aliqvid tandem definiam, ſic ineundas rationes puto.

I. Nec ſcriptum hoc genuinum & Apoſtoilicum eſſe, at nec orthodoxum qvidem.

A. Apoſtoli Pauli non eſſe, ex iis, qvæ de Pauli, ut fertur, Epiſtola annotavi, qvodam qvaſi jure mihi dari qvodammodo poſtulô.

B. At jam ulterius procedo: & hunc auctorem ajo: dum Hæreticorum ſententias refellit: non omnem à ſe ipſo Hæreſeos ſuſpicionem depellere

1. Qvid enim ſibi volunt hæc verba? *Dominus Jeſus eſt natus ex Maria Virgine &c. Qui miſſus eſt à Patre ad eam de Cœlo, ut Jeſus uniretur cum mundo & liberaret omne corpus per corpus ſuum, & reſuſcitaret nos a morte.* Hæccine controverſiam tam capitalem diſtinctè explicant, & qvid in hoc Religionis capite tenendum ſit, declarant?

nt? Mihi qvidem nihil decidere, ſed rem agis intricare & neſcio qvid monſtri verbis mbiguis involvere videntur. Dicitur *JEſus* videm *ex Maria natus*. Sed Simon & Clobius lem illud dixerunt forte, modo *ne cum corpore*. rgo ut hoc definias, mi Paule, *Jeſumne ad Maam de Cœlo à Patre miſſum* dices? Dicent & hoc imon & Clobius, fortaſſe, qvum & *ſine corpo* hoc fieri potuiſſe pertendent. Tandem rgo mentem tuam declara, qvomodo *ab Apoolis acceperis*, Jeſum *cum corpore è Maria genitum*. loc eſt, qvale corpus ſibi aſſumſerit, & qva raone ſe cum eodem copulaverit. Reſpondes, a gratia fuiſſe ad Mariam miſſum, *ut Jeſus uniecur cum mundo*. Si ita ſcripſiſti, non veram intemeratam ſententiam dicis, ſed mera ortenta & propudia mihi narras. Hoc qviis Hæreticus in rem ſuam facillime converit.

2. Tum & illud concoqvere non poſſum, vum huic Paulo res ſit cum Simone, præſerm ſi is ſit Simon Magus, communis ille Hæeticorum, ut fertur, Parens, qvi ſe Deo ntum non æqvabat, qvod non apertius delarat, qvo ordine ipſum tandem Dominum eſum habeat, an verum Deum deputet, Pai per omnia æqvalem, an minorem, an cona, neſcio qva verborum invidia, *Deum qui doinatur omnibus rebus, Patrem noſtri Jeſu vocet*. lon ſolet tam maligna manu verus Paulus ere, qvum de Dei Filio loqvitur.

3. Tum

3. Tum & Salutem ipſam, à Chriſto Domino nobis partam, verbis tam perplexis & ambiguis expreſſit hic perſonatus Paulus, ut ea facillime his ipſis Hæreticis, qvos refellere ſtudet, aptari poſſint. De Chriſto enim dicit; *quod demonſtravit perſonam ſuam EXEMPLUM, ut fiat manifeſtum, hominem fuiſſe creatum a Patre! unde homo in perditione ſua non eſt relictus absque perquiſitione, ſed quæſitus eſt, ut per manum adoptionis maneret vivus.* Cur Chriſtum in *exemplum* tantum propoſitum dicit? Cur *perquiſitum* hominem ait, ut in filium adoptaretur? Hæccine ἀπολυϑρωσιν indicant, qvæ Apoſtolo Paulo in negotio ſalutis noſtræ ſemper in ore eſt?

Eodem referri poſſunt qvæ de ſalutis adminiſtratione in Iſraele, ante Chriſti adventum, per Prophetas, ſubjungit.

II. Si ergo conjecturæ locus ſit, putem ab Armeno aliqvo Chriſtiano utramqve hanc Epiſtolam eſſe confictam, iis forte temporibus, qvum, damnata jam Neſtorii & Eutychetis Hæreſi, utriusqve contagio, maxime vero Eutychianiſmus, Armeniarum Eccleſiarum funditus, ut peſtilens aliqvod ſidus, afflaſſet.

Enim vero Eutychianorum portentoſa dogmata, ſub perſonis Simonis & Clobuli in ſcenam producere, in altera ex his Epiſtolis. Ut vero validius ea profligaret, Perſonam ſibi Pauli Apoſtoli adaptaſſe, in altera: at tanta inſcitia tantaqve impudentia, ut, dum ſub ſemptemplici hoc Fidei Clypeo latere ſe putet,

ignea Satanæ tela vitare non poſſit, & nudum tantum; ſed undiqve perfoſſum his ſpiculis latus oſtentet.

Juvat conjecturam, qvod Armeni ipſis in antiqviſſima illa Fide profeſſione, qvam nobis Doctiſſimus Schroderus exhibet, dum amoliri a ſe & Neſtorianiſmum & Eutychianismum ſtudent, magnam tamen de ſe ſuſpicionem in legentium animis relinqvunt, vocabulo illo ſuo ambiguo, *Unica Natura*, cujus invidiam verbis illis Cyrilli, μία Φύσις, vix etiam effugere poſſe videntur. Vide de his doctiſſime & uberrime differentem ipſum *Schroderum Grammat. Armen.* Pag. 276--286.

Hæc omnia qvum mecum eſſem meditatus, & fugientibus notis, ut fit, tumultuarie in chartam conjeciſſem, lubuit qværere nunc qvam Epiſtolæ hujus mentionem inter Scripta primorum Chriſtianorum Apocrypha offendere poſſim. Ecce autem commodum admodum invenio, eamdem hanc Epiſtolam Doctiſſimo *Uſſerio* jam innotuiſſe olim, eumqve integram Pericopam, ex illa afferre, iisdem itidem verbis qvæ & in hac Epiſtola reperiuntur, niſi qvod nomina illa qvatuor Presbyterorum paulo aliter legantur, & qvi hic *Clobius* vocatur, illic *Cleobium* dici. Vide *notas* præſtantiſſimi Armachani *ad Ignatii Epiſt. Interpol. ad Trall.* Pag. 70. nuperæ Edit. Ubi ex *Hegeſippo apud Euſeb. H. E. Lib. IV. Cap* 22. & ex *Conſtit. Apoſt. Lib. VI. Cap.* 8. & 16. oſtendit *Cleobium* hunc Hæreticum

cum

cum *Simone Mago* in Hæreticorum catalogo connecti. Qvæ meam conjecturam minime infirmant. Oſtendunt enim errores, qvos tangunt in ſua hi Corinthii Epiſtola, ad Simonianos eorumqve Diſcipulos, generali vocabulo Gnoſticos dictos, referri debere: inde tamen non ſeqvitur eo ipſo tempore, qvo Simon hic & Cleobius adhuc in vivis erant, hæc ſpuria ſcripta fuiſſe ſuppoſita. Reliqva enim eſt adhuc illa conſideratio, an non larvata aliqva poſteriorum temporum perſona errores illos Gnoſticorum in Scenam reducere voluerit: Cui conjecturæ, fateor, locus nullus relinqvitur, ſi jam olim ſcriptum hoc ſuppoſitum, ab Auctore aliqvo Eccleſiaſtico, circa Gnoſticorum tempora, fuerit memoratum.

Qvod an obſervaris, ex te reſciſcere aveo. Cur vero inter Armenos delituiſſe, & ex ſterili hoc ſolo amarum hunc fructum enatum putem, facit qvod Doctiſſimus *Cotelerius* ex ore Archiepiſcopi cujusdam Armeni, qvi tum temporis Pariſiis erat, comperiſſe ſe refert *haberi, apud ſuos has duas Epiſtolas, & Apocryphas cenſeri.* Qvæ mirifice hanc meam conjecturam confirment. Sed manum de tabula, ne, qvum turpe ſit ſus Minervam, ipſe te docere videar voluiſſe. Tu enim hæc omnia melius videris & uberius, cui hæc referuntur domi. Mihi animus fuit, id qvod inter legendum & ſcribendum incidit, tecum ut cum amico fidiſſimo, & homine doctisſimo, communicaſſe, ut tuam

viciſſim ſententiam elicerem. Vale & me, ut ſuesti, amare perge. Dabam è Muſeo, Trajecti Batavorum A. D. XI. Maji cIↄ Iↄ ccxv.

Remarques ſur les deux Lettres Armeniennes qui ſe trouvent dans le Tome X. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des Lettres, pag. 148.

Il y a un peu plus d'un an qve M. *Wilkins*, mon Ami particulier, ſe trouvant à Amſterdam pour d'autres affaires, me fit l'honneur de m'adreſſer publiqvement ſon edition de deux Lettres Armeniennes, l'une de l'Egliſe de Corinthe à S. Paul, & l'autre de S Paul à cette meme Egliſe. La ſuppoſition m'en parut d'abord manifeſte, & je ne crus pas etre obligé d'en parler à d'autres qu'au même M. *Wilkins*, qvi aſſurément ne fait pas plus d'eſtime de ces Lettres qve moi, & qvi ne les a fait imprimer qve comme un monument, qvi ayant qvelqve antiqvité, n'avoit jusqu'alors eté connu que du célebre *Uſſerius*, & de M. *Fabricius*, qvi en à fait mention après lui pag. 921. de ſa Bibliotheqve Apocryphe du Nouveau Teſtament. Comme on à réimprimé ces Lettres dans le X. Tome de l'Hiſtoire Critiqve de M. *Maſſon*, & qu'on y a joint les Remarques d'un ſavant homme qvi tire de la verſion de ces mêmes Lettres qvelqves conſeqvences, qvi ne ſont point appuyées ſur le Texte Original, j'ai cru qve peut être le Public ne ſeroit pas fâché, d'en avoir une verſion exacte, & qvi repréſentât

par

parfaitement le texte. Avant qve de la donner je ſuis obligé d'avertir qve l'Edition de M. *Wilkins*, ne différe en rien de celle de M. *Maſſon*. Je viens de les collationer l'une & l'autre; ainſi il ne faut point compter ſur ce qu'on lit par raport à cela dans l'Hiſtoire Critiqve p. 182.

Je mettrai ici l'Epitre des Corinthiens la premiére, & celle de S. Paul la ſeconde. C'eſt leur rang naturel. Le Savant d'Utrecht l'a fort bien remarqvé, & il y a long tems qve j'ai écrit la même choſe à M. *Wilkins*.

Epiſtola Corinthiorum ad Paulum Apoſtolum.

Stephani, & qui cum eo Presbyteri, Nemenus, Eubulus, Theophilus, & Nomeſon, Paulo fratri ſalutem. Homines quidam Corinthum venerunt Simon & Clobeus nomine, qui nonnullorum fidem vehementer movent, perſuaſoriis & corrumpentibus verbis, quibus tu per temetipſum occurrere debes; Nos enim neque abs te, neque ab aliis Apoſtolis, hujusmodi verba audivimus: Sed id unum ſcimus, quicquid a te & ab aliis accepimus, id conſtanter ſervavimus. Ea vero in re valde noſtri Deus miſertus eſt, quod tu adhuc in corpore nobiſcum verſaris, teque denuo audituri ſimus. Quam primum igitur ad nos ſcribe quid certo tenendum ſit, vel ipſe cito veni ad nos. Nos in Dominum credimus, eum ſeſe manifeſta apparitione demonſtraſſe, eaque nos è manibus iniqui liberaſſe. Eorum vero verba errónea ſunt; ajunt enim nihil opus eſſe legere Prophetas; Deum non eſſe Omnipotentem; nullam fore mortuorum reſurre-

ctionem; carnem nullo pacto a Deo eſſe creatam; Jeſu Chriſti Corpus è Maria Virgine natum non eſſe; denique mundum non eſſe creaturam Dei, ſed Angeli cujusdam. Itaque, Frater; da operam, ut cito ad nos venias, ut ſine offenſione maneat Corinthiorum civitas, & eorum inſipientia palam coram omnibus diffamata, removeatur Vale in Domino.

Epiſtola Pauli ad Corinthios.

Paulus vinctus Jeſu Chriſti, Fratribus Corinthiis variis confeſſionibus exagitatis, Salutem. Nihil miror tam celeriter accurrere improbitatis perſuaſores, cum enim Dominus Jeſus cito perfecturus ſit adventum ſuum, ſunt qui permutent & deſpiciant ejus mandata: Ego vero ab initio id ipſum vos docui quod à prioribus Apoſtolis accepi, qui perpetuo cum Domino converſati ſunt. Dico ergo Dominum Jeſum è Maria Virgine è ſemine David natum eſſe, ſecundum id quod Spiritus Sanctus è Cœlo à Patre in eam miſſus annuntiaverat, ut videlicet Jeſus in mundo converſaretur, & carne ſua omnem carnem liberaret, noſque ſuſcitaret à mortuis, cujus reſurrectionis ſe ipſum exemplar oſtendit. Præterea manifeſtum eſt hominem à Patre eſſe creatum idcircoque in perditione haudita relictum eſſe, quin ulterius perquireretur; perquiſitus eſt enim, ut per adoptionem filialem, vitam obtineret. Nam Deus qui Dominus eſt omnium & Pater Domini noſtri JEſu Chriſti primum miſit Prophetas ad Judæos, ut eos a peccatis abſtraheret, & ad juſtitiam adduceret. Cum enim vellet domum Iſraelis ſervare, è Spiritu ſuo largitus eſt & miſit in Prophetas, qui cultum Dei, nulli errori obnoxium,

icium,

xium, & (Chriſti) nativitatem diuturno tempore prædicarunt.

Cette Traduction, qvi eſt auſſi litterale qve le permet leu peu de rapport qu'il y a entre les deux langues l'Armenienne & la Latine, fait évanoüir qvelqves-unes des difficultez du Savant d'Utrecht. Les autres ſont d'autant mieux fondées, qve le ſtyle Armenien de ces lettres n'a rien de l'élégance de l'ancienne Verſion de la Bible, qvi peut paſſer pour un chef d'œuvre en ſon genre, comme j'eſpére de le montrer un jour dans mon Hiſtoire Civile & Eccleſiaſtiqve d'Armenie, a laqvelle je travaille depuis pluſieurs années. J'ai fait un leger changement dans l'Epitre prétenduë de S. *Paul*, c'eſt au dernier mot de la ſeconde ligne d'l'édition de M. *Wilkins*. Je joins ce mot avec celui qvi commence la ligne ſuivante, & le changement qve je fais, n'eſt pas plus grand qve le ſeroit en François celui d'un è ouvert, en un e muet, cependant en liſant ainſi, j'ai donné un bon ſens a une phraſe qvi n'en avoit point; je ſuis certain qve le petit nombre de Savans qvi entendent l'Armenien en conviendront.

Pour revenir à ces lettres, elles ſont mal écrites, & on y trouve des mots ou qvi ne ſont point dans le Livres anciens, ou qvi y ſont employez en un autre ſens. Je ſuis perſuadé qve l'Impoſteur qvi les a écrites, vivoit vers la fin du X. ou le commencement du XI. Sié-

Siécle dans la grande Armenie, lors qve les *Pauliciens*, qvi étoient une branche de l'ancien Manichëisme, avoient répandu leurs dogmes dans ce pais-la. *Gregoire de Narcka*, Moine Armenien, qvi vivoit vers la fin du X. Siecle, & dont j'ai les Oeuvres imprimees à Conſtantinople l'an de Jeſus Chriſt 1700. par les ſoins de *Mênas* Patriarche Armenien de Jeruſalem, ce *Gregoire*, dis-je, qvi eſt en grand veneration parmi les Armeniens, a ecrit une eſpece de Diſcours ou d'Homelie contre les *Pauliciens*, & cette piece eſt la LXXV. du Recueil imprimé à Conſtantinople. Je ne m'arrêterai point à faire voir que les Hereſies attribuees à *Simon* & *Cleobius* dans la pretenduë lettre des Corinthiens, ſont en tout ou en partie conformes à celles des *Pauliciens*. On peut voir ſur ce ſujet la Panoplie d'*Euthimius* & les Hiſtoriens Eccleſiaſtiques. Les *Pauliciens* ne différoient pas beaucoup des *Bogemiles*, ſur lésquels nous avons une excellente Diſſertation * du ſavant M *Wolfius* de Hambourg, qui eſt un homme auſſi reſpectable par ſa vertu que par la vaſte étenduë de ſon érudition.

Il me paroit donc aſſez probable que quelque Moine ou quelque Eccleſiaſtiqve Armenien compoſa ces lettres dans le X. ou le XI. Siécle, ſous le nom des Corinthiens & de S. Paul, pour les oppoſer à ces Heretiques, ou pour retenir par là le Peuple qvi embraſſoit à l'envi

* imprimée à Wittemberg, l'an 1712. in 4.

l'envi ces dogmes pernicieux. Plût au Ciel qve ces fraudes, qu'on appelle mal à propos pieuſes, n'euſſent jamais été en uſage qu'en Armenie.

Je ne m'étendrai pas davantage ſur cette matiére, je n'en aurois même rien dit, ſi je n'avois vû que quelques expreſſions de la verſion Latine de ces Lettres ont donné lieu au Savant d'Utrecht d'accuſer l'Egliſe Armenienne d'Eutychianiſme. L'accuſation pour être ancienne n'en eſt pas moins injuſte. Je ſuis en état de faire voir, & je le ferai, ſi Dieu me conſerve la vie, que ſur le Dogme de l'Incarnation les Armeniens ont toûjours été parfaitement orthodoxes.

LA CROZE.

A Berlin le de 15. Mars 1716.

Occaſione verborum qvæ ad Presbyteros Epheſinos Miletum ad ſe accerſitos dixiſſe ſcribitur Paulus Apoſtolus à S. Luca Act. XX. 18-35. Joachimus Camerarius vir doctiſſ. ex ingenio ſuo duplicem Epiſtolam compoſuit ediditqve Græce *de veri Epiſcopi ſollicitudine & presbyterorum cura* unam ſub PAULI nomine AD EPHESIOS, & alteram reſponſoriam, EPHESIORUM nomine AD PAULUM. Utriusqve etiam Metaphraſin Latinam ſubjunxit verſibus elegis. Exſtant in libello edito Lipſiæ 1551. 8. qvi inſcribitur: *Capita pietatis & Religionis Chriſtianæ, verſibus Græcis comprehenſa ad Inſtitutionem puerilem.*

DIVI

DIVI PAULI TARſenſis ad Epiſcopos & eccleſiam Epheſiorum, Epiſtola, expreſſa verſibus, de capite XX. Actorum Apoſtol.

Quam legitis vobis fraterno junctus amore,
Noſque Deo Chriſti conciliante fide,
Nunc ſcriptam Paulus conſueto more ſalutem,
Paciferum ætherii mitto favoris opus:
Quam nuper cupido diſcedens ore precabar,
Carior ô vita ſancta caterua mea.
Cum vos Miletum accerſitos corde reliqui,
Turbato noſtri ſollicitudinibus.
Poſt profuſa pio de pectore vota, patriſque
Orato poſitis auxilio genibus.
Veſtra ego quas lacrimas tum fundere lumina vidi?

ΠΩΣ ΕΠΙΣΤΕΛΛΟΙ ΑΝ ὁ ἅγιος Παῦλος τοῖς Ἐφεσίοις ὑπομιμνήσκων τὰ ῥηθέντα πρὸς αὐτοὺς ἐκκληθέντας εἰς τὴν Μίλητον, ἅπερ ἐκτέθεινται ἐν ταῖς πράξεσι κεφ. κ.

Παῦλος Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς πρεσβυτέροις τοῖς παραγενομένοις ἐμοὶ ἐν Μιλήτῳ, πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀσπασάμενος πρώην ὑμᾶς προσκληθέντας εἰς τὴν Μίλητον, καὶ καταλιπὼν ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ καὶ φόβῳ περὶ ἐμοῦ κλαυθμυρίζοντας, καὶ ἐπὶ τὰ γόνατα ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ προσευχῇ καταπεπτωκότας, ὅτε καὶ μετὰ πολλῶν δακρύων τε καὶ στεναγμῶν, περιπλεκόμενοι τὸν ἡμέτερον τράχηλον κατεφιλήσατε.

νε αὐτὸν, κἀμὲ πενθικο-
τεύσαντα σὺν ὀδύναις με-
γάλαις μὴ καταλιπεῖν
ὑμᾶς τοὺς ἑταίρους, τότε
δὴ ἐπειδὴ· ἀνάγκη γὰρ
ἦν ἐναντιοῦσθαι ὑμῖν ἐν τῷ
πείθεσθαι τῷ καλοῦντι
Θεῷ, προπεμφθεὶς ὑφ'
ὑμῶν ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀ-
νήχθην, ἔδοξεν ἐμοὶ ἄρα
ταῦτα ἐπιστεῖλαι ὑμῖν
τοῖς ὅτι μάλιστα ἠγαπη-
μένοις καὶ τῇ κοινῇ πίστει
ἀσφαλέστατα συγγε-
γομφωμένοις ἀδελ-
φοῖς ὡς δὴ κἄπερ
ἀποκεχωρηκὼς ἐν τῷ νῦν,
μὴ οὐχὶ πάποθ' ὅμως
καταλείψω, ἀλλὰ μεθ'
ὑμῶν ἀεὶ ἔσομαι, ὥστε
καὶ γῆς καὶ θαλάσσης οὔ-
σης μεταξύ, οὐδὲν ἧττον
συζευχθέντας μεῖναι ἡ-
μᾶς τῇ τοῦ πνεύματος
ἑνότητι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ
τῆς ζωῆς ἐμέ ποτε ἀπο-
λελοιπυίας, ἐπειδ' ἂν
πρὸς τὴν αὐτῆς ἡσυχίαν
ἀναπαυσομένη ἡ ψυχή
μου ἀπενεχθῇ, παρουσίας
καὶ τότε τῆς ὑμετέρας

Qui gemitus mæſto redditus ore fuit?
Cum complexu etiam manuum molliſſima collo
Vincula ſtrinxerunt brachia veſtra meo
Oſcula cum ſancto pia nobis ore dediſtis,
Plurima, quæ caſtus ferre jubebat amor.
Et vox cunctorum miſerabilis una ſonabat,
Ne ſocium vellem deſeruiſſe gregem,
Non ego vos fratrum cariſſima turba relinquam,
Vobiſcumque omni tempore fidus ero.
Quamvis nos tellus, quamvis nos ſeparet unda
Spiritus eſt junctos qui tamen eſſe facit.
Quin etiam ipſa meo tum corpore vita recedet,
Mensque ſuo requiem functa labore petet,
Tunc quoque non veſtri vobis præſentia Pauli
Deerit, & vivos mortuus inter ero.

Quid

Quid? non jam ſcripto licet hoc me cernere coram.
Nonne refert dominum littera miſſa ſuum?
Littera verborum præclara miniſtra meorum,
Conſilii interpres littera certa mei,
Quam revocaturam monitus in pectora vobis,
Et præcepta mei miſimus eloquii.
Hinc ubi noſtra ratis primum ſubducta quievit,
Et ſtat Phœnices regia priſca Tyrus,
Nunc aliam dum nos Judaica regna petentem,
Quærimus & noſtræ ſit mora tanta viæ:
Compoſitam paribus verbis & ſenſibus iisdem,
Ut ſtudium coram commemoraſſe fuit.
Nota mea eſt vobis à primo tempore vita,
Terram Aſiæ noſtri quo tetigere pedes.
Vita Deo ſancto cultu ſervire parata,

παύλου, οὐ στερηθήσεσθε. κἀγὼ καὶ νεκρὸς ζῶσιν ἔτι ὑμῖν προσομιλήσω. τί δὲ, ἢ οὐκ ἄρα ἐν τούτοις ἤδη τῶν γραμμάτων ὁρᾶν ἡμᾶς ἀληθῶς παρόντας ἔξεστι; μῶν ἡ ἐπιστολὴ ἀνόμοιος τῷ πέμψαντι φαίνεται; πῶς; ἥτις καὶ τοῖς ῥήμασι καὶ ταῖς ἐννοίαις μᾶλλον γενομένη ὑπηρέτησεν. ἣν καὶ ἀναμνήσουσαν καὶ ἐπὶ τὰς ὑμετέρας καρδίας ἀνακαλέσουσαν τὰς ὑμετέρας ὑποθήκας καὶ τὰς τῶν λόγων παραγγελίας, ἐν τῇ τύρῳ ὅπου πρῶτον ὑπαχθὲν, τὸ πλοῖον κατέσχον, συνεγράψαμεν, ἐν ὅσῳ δὴ ζητεῖται ἄλλη ναῦς πλέουσα εἰς τὴν Ἰουδαίαν. τοῖς δὲ αὐτοῖς τὴν ἐπιστολὴν καὶ λόγοις καὶ ἐνθυμήμασιν ἐσπουδάσαμεν συντιθέναι, ὥσπερ λέγοντες πρώην ἐχρησάμεθα πρὸς ὑμᾶς. ὑμεῖς τοίνυν ἐπίστασθε ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐπέβην

τῇ

τῇ Ἀσίᾳ, πῶς μεθ' ὑ-
μῶν ἐγενόμην τὸν ἅπαν-
τα χρόνον, δουλεύων τῷ
κυρίῳ μετὰ πάσης τα-
πεινοφροσύνης, ἐν τῇ τῆς
ἁγίας πίστεως εὐσεβείᾳ.
μακρὸν δ' ἂν εἴη κατα-
ριθμεῖν τὰ συμβάντα
οἰκτρὰ ἐμοὶ ἐν τῷ σπεί-
ρειν τὴν τοῦ εὐαγγελίου
σποράν, ὑμεῖς δὲ καὶ
τεθεωρηκότες ἐστὲ τὰ δά-
κρυα ἡμῶν ἐν παντοίοις
πειρασμοῖς, συσκευα-
σθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἐπιβου-
λευόντων ἐμοὶ Ἰουδαίων,
καὶ ἄυπνοι πολλοὺς ὀδυρ-
μοὺς ἐποιήσασθε δι' ἐμοῦ,
ἡγησάμενοι τὰς ἡμε-
τέρας συμφορὰς καὶ τὰ
δεινὰ οἷς συνειχόμεθα,
κοινὴν εἶναι ταλαιπωρίαν.
Ὥσπερ δὲ ἐνώπιον τοῦ
θεοῦ ἐν πάσῃ ταπεινότη-
τι τῆς φρενὸς ὑποπίπ-
τω, καὶ πάνυ πρᾶος εἰς
τοὺς ὁμοδόξους εἶναι εἴωθα,
οὕτως, εὖ ἴστε, ὅτι μάλα
ἀνδρείως ἡμεῖς τούς τε δό-
λους καὶ τὰς ἐπιβουλὰς
τῶν ἐμῶν πολιτῶν τε καὶ

Continet inſignem qui
pietate fidem.
Quæ mala pertulerim nimium eſſet ſcribere longum,
Dum jacio verbi ſemina Chriſte tui.
Vidiſtis lacrimas noſtras fleviſtis & ipſi,
Largo pervigiles imbre rigante genas.
Et mea communes auxere adverſa dolores,
Publicaque ærumnæ cauſſa fuere meæ.
Ut tamen ante Deum ſummiſſa procido mente,
Inque tuos nil me lenius eſſe poteſt:
Sic forti retudiſſe animo meminiſſe poteſtis,
Me populi fraudes inſidiasque mei.
His ego divinam Chriſti convellere laudem,
Et cupidis ſanctam diſſoluiſſe fidem,
Oppoſui vitamque meam fortique reluctans
Pectore, probra, minas, verbera, vincla tuli.

Nulla etiam noſtro ſtudio res obſtitit unquam,
Non ullo mens eſt noſtra repreſſa metu,
Quo minus ad veſtram facerent quæcunque ſalutem,
Conarer verbis explicuiſſe meis.
Vos conventa igitur docui per publica, & intra
Privata cum res ſivit, ubique domos.
Doctrinam externis pariterque & civibus unam
Expoſui, priſcos teſtificando libros.
Eſſe animi ſenſus cuiq; & ſua corda novanda,
Ætatem ut doleat ſic abiiſſe ſuam.
Defleat & vitæ commiſſa nefanda prioris,
Omnia conſpectum qui videt ante Dei.
Utque ſibi partam Chriſti de ſanguine vitam
Credat, & hoc freto poſſe nocere nihil.
Et ſperare illis fas ſols eſſe ſalutem,

ξυμφυλέτων ἀποκρυσάμεθα. οἷς τὴν τοῦ χριστοῦ θείαν φήμην καὶ τὴν ἁγίαν πίστιν καταλύειν σπεύδουσι, ἠντιβόλησα τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀντιθεὶς, καὶ σωματικῶς ἐναντιώμενος· ἐπειδὴ πολλὰ καὶ ἀπειλὰς καὶ πληγὰς οὐκ ὀλίγας καὶ δὴ καὶ δεσμὰ ὑπέμεινα. οὐδὲν δὲ πρᾶγμα καὶ οὐδεὶς πώποτε φόβος ἐνῆγεν ἐμὲ, ὑποστεῖλαί τι τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, διαμαρτυρόμενον Ἰουδαίοις τὲ καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Τούτων δὲ ἁπάντων κεφάλαιον τόδε δεῖν νέαν τινὰ πάντας καρδίαν κτᾶσθαι καὶ γνώμην, ὥστε πρῶτον μὲν λυπηθῆναι ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε τοῦ βίου διαγωγῆς, καὶ ἐξομολογῆσαι κατοδυρομένης τοῦ προτέρου

βίου

βίου πολλὰ καὶ ἄῤῥητα ἁμαρτήματα ἐνώπιον τοῦ πάντα ἐφορῶντος Θεοῦ, μετὰ δὲ ταῦτα πιστεύειν, ὅτι καὶ ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ζωὴ αἰωνία περιεποιήθη ἡμῖν, καὶ οὐδέν ἐστιν ὅπερ βλάψειεν ἂν τοὺς ἐπὶ τούτῳ πεποιθότας. μόνοις δὲ ἐκείνοις θεμιτὸν εἶναι ἐλπίδα ἔχειν καὶ σωτηρίας, οἵ τ' ἂν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν μετανοίας πρότερον αἴσθωνται, καὶ τοῦ διὰ πίστεως σώζοντος Ἰησοῦ ἐπιλάβωνται, οὗτινος μόνου αὐτοῖς ζωοποιὰ λείπονται ὀνόματα καὶ ἄλλου οὐδενός. ἐπειδὴ οὖν ἀεὶ ἡ αὐτὴ ἐγένετο φωνὴ τῆς διδαχῆς πρός τε τοὺς Ἰουδαίους καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὅτι μετανοητέον καὶ ἀναστρεπτέον ἐστὶν ἀπὸ τῆς προτέρας διαίτης μοχθηρᾶς, ἵνα χαμαιπετὴς ἡ καρδία προσπέσῃ τοῖς ποσὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνταῦθα ζητήσῃ τὸν ἀγαθὸν Χριστὸν τῇ πίστει, διὰ μόνην δηλαδὴ

Quos peccatorum pœnituiſſe poteſt.

Servantemque fide qui complectuntur Jeſum,

Vivifica unius nomina cujus habent.

Ergo eadem fuit hæc vox, hæc eademque futura eſt,

Sive ego Judæis Grajugeniſue loquar.

Pœniteat fraudisque malæ vitæque prioris,

Et projecta Dei mens cadat ante pedes.

Atque hic te bone Chriſte fide comprehendere quærat,

Sola Chriſte tua purificanda fide.

Quem genitor veram nobis dedit eſſe ſalutem,

Directumq; ſuæ cognitionis iter.

Ac nunc ad Solymam raptat me Spiritus urbem,

Et velut injecta compede corda trahit.

Huc tendo ignarus rerum ſortisque futuræ,

Flaminis & ſancti convita lora ſequor.

Cuncta canunt omnes tamen iſta per oppida vates,
Divina & ſoluunt talibus ora ſonis,
Ærumnasque graves & ſæva pericula Paulum,
Vinculaque innocuos dura manere pedes.
Haud ego quid de me fiat nunc deinde laboro,
Ipſaque vita mea eſt non precioſa mihi,
Dum liceat præſens ſpacium decurrere læto,
Et ſoluiſſe mei penſa miniſterii,
Quæ Dominus dedit ipſe meus mihi Chriſtus Jeſus,
Juſſaque quæ facias hæc mea, dixit, habe.
Nuncia divini ut proclames grata favoris,
Sitque Evangelii vox tua præco mei.
Nunc ex hoc viſura magis ſcio tempore coram
Quod non ſint vultus lumina veſtra meos.
Veſtra, quibus noſtri doctrina innotuit oris,

ταύτην καθαρὰ γενησομένη, ὃν ὁ πατὴρ ἔδωκεν ἡμῖν τὴν σωτηρίαν τε καὶ ὁδὸν εὐθεῖαν ἐπιγνώσεως τῆς αὐτοῦ, καὶ νῦν δὴ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι οἷον σειραῖς τισιν ἐκ τῆς καρδίας ἁπτομέναις ἕλκομαι ἐπὶ τὴν ὁδὸν, πορεύομαι γοῦν εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, τὰ μὲν ἐκεῖ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς, ἑπόμενος δὲ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡνιοχείᾳ. τὸ πνεῦμα μέντοι καὶ οἱ προφητεύοντες κατὰ πόλιν διαμαρτύρονται προαγορεύοντες, ὅτι θλίψεις καὶ κίνδυνοι περιμένουσι τὸν Παῦλον, καὶ δεσμὰ τοὺς πόδας ἐμοῦ καταλήψονται. ἀλλ' ἐγὼ οὐδενὸς τούτων λόγον ποιοῦμαι. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἐπιθεῖναι τῷ τῆς διακονίας ἔργῳ, τῆς δοθείσης ἐμοὶ παρὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χρι-

Χριστοῦ, κελεύσαντος
διαμαρτύρασθαι τὸ εὐ-
αγγέλιον τῆς χάριτος.
καὶ νῦν οἶδα μὲν ἐγὼ ὅτι
οὐκέτι ὄψονται τὸ πρό-
σωπόν μου οἱ ὀφθαλμοὶ
ὑμῶν πάντων ἐν οἷς δι-
ῆλθον, καὶ δι' ὧν προω-
δώδη ἡ τοῦ εὐαγγελίου δι-
δαχὴ, καὶ ἐκηρύχθη ἡ
βασίλεια τοῦ θεοῦ. διὸ
μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ
σήμερον ἡμέρᾳ, ὅτι ἐγὼ
εἴτι δυστυχὲς συμβαίνοι,
καθαρὸς ἀπὸ τοῦ αἵμα-
τος πάντων. οὐ γὰρ ὑπ-
εστειλάμην ὑμῖν τοῦ μὴ
ἀναγγεῖλαι πᾶσαν τὴν
βουλὴν τοῦ θεοῦ. προσέ-
χετε γοῦν ἑαυτοῖς καὶ παν-
τὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑ-
μᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
ἔθετο ἐπισκόπους ποιμαί-
νειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ
θεοῦ, ἣν οὕτως ἠγάπη-
σεν ὥστε περιποιήσασθαι
διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.
Ἐγὼ γὰρ οἶδα προορῶν
ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου
ἐπὶ τὴν ἀφύλακτόν που
ἐκκλησίαν καὶ εἰς ὑμᾶς

PerqueEvangelii quos mihi facta via eſt.
Quosque apud ætherii feci præconia regni,
Verbaque vitifero de veniente die.
Nunc quem par cunque eſt teſtem voco, me fore veſtra
Purum, ſors fuerit ſi qua ſiniſtra, necis.
Nil etenim texi, non ulli operæve peperci,
Mens Patris ut vobis eſſet aperta Dei.
Proinde adhibete animos nobisque advertite veſtros,
Sedulus & tutum ſervet ovile labor.
Spiritus in quo vos ſanctus dedit eſſe magiſtros,
Veſtra ſuo ut præſtet pabula cura gregi.
Adverſum quem tanta fuit dilectio Chriſti,
Sanguine mercari vellet ut ipſe ſuo.
Namq; ego prævideo, poſtquam diſceſſero, eritq;

Expers præſidii concio ſacra mei.
Mox graſſaturos tanto, clariſſime paſtor,
Parta tibi rabidos in tua ſepta lupos.
Heu mihi quas illi ſtrages in ovilibus edent,
Quasque dabunt turbas, qualia damna, tuis?
Quin etiam è veſtro numero perverſa virorum
Mox natio, & falſi progredietur amans.
Iique volent populi rectores atque magiſtri,
Et plebis ſummum Chriſtidos eſſe caput.
Atque ſuam à dextro ſeducent tramite ſectam,
In lævum ſtultæ credulitatis iter.
Erga, viri, ignavum ſecludite pectore ſomnum,
Quisque ſuo veſtrum pervigiletque loco.
Illa recordantes animi præcepta fidelis
Tradita nunc annis nocte dieque tribus.
Dum flens è vobis

εἰσελεύσονται λύκοι βαρεῖς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου τοσαύτῃ τιμῇ τῷ Χριστῷ ἠγορασθέντος. Φεῦ ποίους θορύβους ἐγεροῦσιν ἐκεῖνοι, ποίους δὲ φόνους ἐπισωρεύσουσι τῶν προβάτων; καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες δολεροί τε καὶ λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ γενέσθαι αὐτοὺς ἄρχοντας καὶ πρωτεύοντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν, ἀπάγοντας τοὺς ἀκολουθοῦντας ἀπὸ τῆς δεξιᾶς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, ἐπὶ ἄτραπον ἀριστεράν τινα τῆς πιθανολογίας καὶ τῶν ψευδῶν. διὸ γρηγορεῖτε, ὦ ἀδελφοί, ἕκαστος ἐν τῇ αὐτοῦ τάξει, μνημονεύοντες ἁπάντων, ὧν τριετίαν νύκτα τε καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην, παραινῶν καὶ παραγγέλλων καὶ μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον. καὶ νῦν παρατίθημι ὑμᾶς, ὦ ἀδελφοί

φοὶ μᾶλλον τῆς ἰδίας ψυχῆς ἠγαπημένοι, τῷ Θεῷ, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι, καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα. αὐτοὶ δὲ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ᾽ ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες ἡμῶν. πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε, μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. λοιπὸν δὴ, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, χαίρετε καὶ ἔῤῥωσθε. ἐγὼ γὰρ ἤδη καλοῦντος τοῦ καιροῦ ἐπὶ τὰ

unumquenque hortor & oro,
Doctrina ut ſervet tradita ſancta mea.
Dum maneo, adverſus dum cunctos inſtruo caſus
Et mihi in hoc capitur nulla labore quies.
Nunc vos quod ſupereſt, fratrum cariſſime cœtus,
O fratrum propria turba ſalute prior,
Committo dextraque Dei fideique potentis,
Illius & verbo trado beatifico.
Quique augere opus inceptum valet & dare vobis
Partem inter ſanctos omnibus eximiam.
Non veſtes me, non argenti pondera & auri,
Eſtis vos teſtes, concupiiſſe, mihi.
Aſſiduis aluit nam dextra laboribus inſtans
Noſtra, miniſterio meque meosque ſua.
Ac ſtudui vobis exempla relinquere noſtra,

Quæ proprium faceret quisque ſecutus opus.
Deque illo miſeros & egentes ipſe levaret,
Et cupido infirmis pectore ferret opem.
Salvifici ut domini cœleſti voce monemur,
Pauperibus promta ſuppeditare manu.
Qua largiri aliis & fratribus addere partem,
Quam capere immenſo rectius eſſe, docet.

πλεῖν ἔρχομαι πρὸς καινοὺς ἀγῶνας. χαίρετ' οὖν εἰσαῦθις ἐν Χριστῷ, ὦ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἴη μεθ' ὑμῶν, σώζων ὑμᾶς ἐν πάσῃ εἰρήνῃ καὶ χάριτι ἀπὸ παντὸς κακοῦ.

Ἀμήν.

Quod reſtat fratres, dilecta caterva, valete;
Me vocat ad luctam ventus & unda novam.
O iterum atque iterum Chriſti inclyta turba valeto,
Propitii æterno tuta favore Dei.

RESPONSIO EPIſcoporum Epheſiorum.

MAndatam nobis cariſſime Paule ſalutem,
Attulit antiqua littera miſſa Tyro.
Hanc, velut ante datas, recitari fecimus illo,
Concio quo fratrum tempore plena fuit.

ΠΩΣ ΑΠΟΚΡΙΝΟΙΝΤ' ἂν οἱ Ἐφέσιοι πρὸς τοιαύτην τινὰ ἐπιστολήν.

ΤΟ τῶν Ἐφεσίων πρεσβυτέριον καὶ ἅπασα ἡ ἐν Χριστῷ συνειλεγμένη ἐκκλησία διὰ τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Παύλῳ ἀληθῶς γεννήσαντι ἡμᾶς ἐν

Χρι-

χριϛῷ. χάρις σοι καὶ εἰρήνη καὶ σωτηρία ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ ἰησοῦ χριϛοῦ τοῦ λυτρώσαντος ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν καὶ ἐκ τοῦ θανάτου, τοῦ καὶ ἐκλέξαντός σε ἵνα βαϛάσῃς τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ισραήλ. ἐπιϛολὴν τὴν ἐκ τῆς σοῦ πεμφθεῖσαν ἐκομισάμεθα, καὶ ὥσπερ ἄλλας τινὰς πρότερον ὑπὸ σοῦ γεγραμμένας, πληθυνούσης τῆς ἐκκλησίας ἀναγιγνώσκεσθαι ἐποιήσαμεν. καὶ ἅπαντες μὲν ἀκούσαντες οὐ μικρὸν παρεκλήθημεν, δάκρυα δ' ὅμως οὐκ ἐδυνήθημεν κατέχειν, καὶ ἐμέμικτο λύπη καὶ ἀνία ἅμα τῇ χαρᾷ καὶ ἡδονῇ, τὸ μὲν διὰ τὴν σὴν ἀπουσίαν, τὸ δὲ διὰ τῆς ἐπιϛολῆν φιλοφροσύνην. πρὸς κινδύνους δὲ ὧν μέμνησαι τούς τε προτέρους καὶ τοὺς ἤδη ἐπερχομένους,

Atque omnes ſolata ut ſunt ſuaviſſima ſcripta,
Sic nemo ſiccis audiit illa genis:
Utq; procul vectum pelagi trans æquora vaſti
Cara ſuum ſoboles plorat abeſſe patrem,
A quo ſi qua tamen data venit Epiſtola, fletus,
Exhilarant patriæ cognita ſigna manus:
Gaudia noſtra moleſtifero ſic miſta dolori,
Læticiam & mæror flebilis inter erat.
Ad vero repetita tuæ diſcrimina vitæ,
Et modo ſuſceptæ tanta pericla viæ
Qui gemitus fletusque? & quæ lamenta fuere?
Cætu omni querulis exululante ſonis.
Audiit hos Epheſinorum vicinia luctus,
Excita ut populo vociferante fuit.
Cunque inter crebro tua nomine Paule ſonarent,

Extincti planctum credidit eſſe tui.
Fama etiam noſtras triſtis pervenit ad aures,
Dicta a vicinis ſparſa fuiſſe Syris,
Te poſt confectos tandem maris æquore curſus,
Prima Palæſtini regna petiſſe ſoli.
Hoſpitioque fuiſſe acceptum mœnibus urbis,
Quæ celebre a magno Cæſare nomen habet.
Atque Evangelii doctoris in æde Philippi,
Conſtituiſſe aliquot velle manere dies.
Judæa huc vatem terra veniſſe ferebant,
Diraque terrificis tunc ceciniſſe modis.
Cingulaque injeciſſe tibi, cum diceret, illa
Signa catenarum & carceris eſſe tui.
Tum fratrum fuſis lacrimis oraſſe catervam,
Vitares Solymæ cautus ut urbis iter.
Sed te etiam mortem dixiſſe ſubire paratum,

καὶ δὴ καὶ φόβῳ ἔδει τοῖς ἐν χερσὶν, οἶκτος καὶ ὀδυρμὸς ἡμᾶς κατέλαβε τοσοῦτος, ὥστε τοὺς γειτνιῶντας τῇ ἐκκλησίᾳ ἐφεσίους, κλαιόντων ἡμῶν καὶ ἀπολελυζόντων, καὶ τὸ σὸν ὄνομα συχνῶς ἐπιφωνούντων ἀκούσαντας, οἴεσθαι πένθος εἶναι τοῦτο ἐπὶ τῆς σῆς τελευτῆς. τούτοις δὲ καὶ φήμη τις προσῆλθε διασκεδασθεῖσα, ὡς ἔλεγον, ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύρων, ὡς σοῦ ἀπὸ τῆς θαλάσσης γενομένου, καὶ ἐν Καισαρείᾳ τῆς παλαιστίνης παρὰ Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ξενωθέντος, δοκοῦν σοι μεῖναι ἡμέρας ὅσας οὖν ἐκεῖ, προφήτης ἀπὸ τῆς ἰουδαίας παραγένοιτο, ἄλλα τε δεινὰ μαντευόμενος, καὶ δὴ καὶ τὴν ζώνην ἀπολύσας σοῦ καταδῆσαι πάλιν, ἐπειπὼν, ὅτι σημαίνει τοῦτο δεσμά τε καὶ πέδας καὶ φυλακῆς

ἐκείνου

ἐκείνου ὑπερ εἶεν ἡ ζώνη. καὶ τότε μὲν ἅπαντας δακρύσαντας ἱκετεῦσαι ἵνα φυλάξῃ τὸ μὴ πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα πορεύεσθαι, σὲ δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐ μόνον δέσμιος γενέσθαι ἀλλὰ καὶ τὸν θάνατον ὑπομεῖναι ἕτοιμος εἴης ἂν, ὑπὲρ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ. ἐκ τοσούτων οὖν κινδύνων ἀγγελθέντων ἡμῖν, εἰς ποίας ἀλγηδόνας, πόσους δὲ φόβους ἐμπεσεῖν ἡμᾶς οἴει; ἄλλως τε καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔτι καὶ ἐναύλων ὄντων τῶν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει νεωστὶ τεθορυβοπεποιημένων, ὑπό τε Δημητρίου τοῦ εἰδωλοποιοῦ, καὶ ἄλλων τινῶν μετ' ἐκείνου, φοβηθέντων μήπως τὰς τέχνης προσόδους μειωθῆναι αὐτοῖς συμβαίνοι, διὰ τῶν τῆς ἀληθείας κηρυγμάτων. σὺ μὲν δὴ ἡμᾶς ἐπιθαρσύνων, καὶ πρώην πάνυ χρηστῷ λόγῳ παρῄν, καὶ

Nomine pro Chriſti ſi ſubeunda foret.
Tanta pericla igitur quo nos audiſſe dolore,
Quanta ſollicitos anxietate putas!
Ante quoque omnium adhuc oculos verſatur & aures
Graſſatus noſtra terror in urbe recens.
Cujus erat ſimulacrificus Demetrius autor,
Formidans artis quæſtibus ille ſua,
Ac tu noſtra quidem mellitis pectora verbis
Firmas, cunque tuis te fore ſemper ais.
Nos tamen heu modo te nimium ſentimus abeſſe,
Functio jamque tuam noſtra requirit opem.
Atque tui capiet nos certe oblivio nunquam,
Obruet & meriti debita nulla dies,
Ipſi dum noſtri memores hac luce fruemur,
Membraque dum vegetans ſpiritus iſta reget.

Non

Non ſuſpenſa ita ſunt tenui veſtigia ſulco,
Et dubia officii ſigna relicta tui.
Quid? doctrina piæ & quod verba fidelia mentis
Nunquam nos Pauli non meminiſſe ſinunt.
Non nos terra igitur dirimet, non nos mare quin nec
Vaſtatrice ſecans omnia Parca manu.
Eſſent exceptura tamen, ſanctiſſime Paule,
Tu vidiſti abitum qualia damna tuum
Quæ nos, o miſeros, quantum experiendo gravamur?
Veraque vaticinii dicta fuere tui.
Quod ſi dum prope adhuc oculis te cernimus, & dum
Pene iſtinc ad nos vox tua miſſa venit,
Tam cito defecit mutata Eccleſia, quis poſt
Annos, poſt quis erit ſæcula plura ſtatus?

νὸν δὲ ἐπισολῆς ἀπαίνφῆς, ὅτι μετὰ τοῖς σοῖς ἔσῃ ἀεί. ἡμεῖς δ᾽ ὅμως καὶ ἐν τῷ παρόντι τῆς σῆς ἀπουσίας σφόδρα αἰσθανόμεθα, καὶ ἐν ταῖς λειτουργίαις τὴν παρὰ σοῦ ἐπικουρίαν ποθοῦμεν. καὶ σοῦ μὲν ἐπιλαθέσθαι οὐδεὶς χρόνος ποιῆσαι, καὶ οὐδεμία ἡμέρα τῶν σῶν εὐεργημάτων μνήμην κατασβέσαι δύναιτ᾽ ἄν, ἐφ᾽ ὅσον γε ἔμφρονές τε αὐτοὶ καὶ τῆς ψυχῆς μέτοχοι ἐσόμεθα. οὐ γὰρ οὕτω ἐπιπολαίως ἴχνη φαίνονται ἐν ταῖς ἡμετέραις φρεσὶν ἐξαρθέντα τῆς τε εὐνοίας καὶ τῆς ἀγαθοποιίας σοῦ. εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο, ἡ γοῦν εὐσεβεστάτη διδαχὴ, καὶ τοῦ ὑγιοῦς λόγου πιστοτάτη κατήχησις οὐκ ἐῶσι τοῦ φιλτάτου καὶ τιμιωτάτου Παύλου ἀμνηστῆσαι τὴν τῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίαν. οὐκ ἄρα χωρίσει ἡμᾶς σοῦ

οὔτε

οὔτε γῆ, οὔτε θάλασσα, οὔτε ἡ τὰ πάντα αἰςύσῃ χειρὶ κατακόπτουσα μοῖρα θανάτου. ποῖα δὲ κακὰ, ὦ ἁγιώτατε παῦλε, ἀπεληλυθότος σοῦ καταλήψεσθαι ἡμᾶς ἔμελλε, σὺ μὲν προεῖδες, ἡμεῖς δὲ αἰσθόμενοι καὶ τῶν προφητευθέντων ὑπό σου πεῖραν ἤδη λαβόντες μεγάλως θαρυνόμεθα. εἰ δὲ μόνον οὐκ ἐν ὀφθαλμοῖς σε ἔτι ἔχοντες, καὶ τῆς σῆς φωνῆς ἐπακούοντες οὕτω ταχέως ἀλλοιωθέντα τὰ ταῖς ἐκκλησίας μετέπεσε, ποίαν ἂν ταύτης κατάστασιν ἔσεσθαι προσδοκητέον, μετὰ πολλῶν δῆτα ἐνιαυτῶν χρόνον; τί συμβήσεται ἐπειδ' ἂν οὐ σὺ μόνον, ὦ παῦλε, κατακοιμηθῇς, ἐπιτελεσθέντος τοῦ ἔργου εἰς ὅπερ θεόθεν ἐμισθώθης ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς ἑνωμένους τῷ τε πνεύματι καὶ τῇ πίστει ὁποίους

Quid fiet? cum non modo tu jam Paule quietem
Perfecto injuncto munere nactus eris.
Sed noſtrum & rapiet quosdam, quæcunque manet mors,
Quorum idem tecum eſt ſpiritus atque fides.
Ac exempla quidem tua ſunt notiſſima cunctis,
Quid refert? paucis ſi placet illa ſequi.
Contemtum dicunt parere & ludibria vitam,
Vita operis quæ ſit plena laboriferis.
Te nudum irrident, quærunt regnare, bonisque
Et rerum in terra commoditate frui.
At puræ verbis doctrina & ſimplicis addunt
Paule, ſuos fucos deliciasque, tuis,
Et nimium eſſe ferunt exilia, credere Chriſto,
Spemque ſalutiferam juſtificamque fidem.

Ad

Adjunctumque illis fraterni munus amoris,
Cuncta hæc ſplendoris rentur habere parum.
Quæ variis cumulant ornantes legibus ipſi,
Ut veluti comtis ſint redimita comis,
Non etiam iſtud edes; ſolenne hoc tempus habebis:
Et veſtis ſancta eſt hæc magis, iſta minus.
Quin etiam Chriſto adjungenda juvamina quædam,
Non ſtandum auxilio ſolius eſſe docent,
Quid? quod corda plagis illi irretita piorum,
Perverſoque Dei capta timore tenent,
Certum eſt ſi pergant (utinam nos falſa loquamur)
Et niſi Chriſte tuum tu tueare gregem,
Mox Dominos in plebe tua paſſim exorituros,
Qui duro uſtringant libera colla jugo.

δήποτε θάνατος καταθέλῃ; καὶ ἐστὶ μὲν τὸ στὸν παράδειγμα φανερὸν ἅπασι. τί δὲ τοῦτο ὄφελος, εἴπερ ὀλίγους δοκεῖ ἕπεσθαι ἐκείνῳ; φασὶ γὰρ ἤδη τὸν ἐργασμὸν καὶ ἐπίμοχθον βίον ἐναντία φρόνιμόν τε καὶ ἐπονειδιστὸν εἶναι. ὅτι δὲ γυμνόν σέ τις, αἰνιδεῖ δ' ὅμως εἴπῃ, γελοῖον αὐτοῖς φαίνεται. ἐθέλουσι γὰρ ἐν τῷ τῶν ἄλλων εἶναι κύριοι, καὶ τῶν τῆς δεσποτείας ἀπολαύειν ἀγαθῶν. διὸ καὶ τῇ καθαρᾷ τῶν ἁπλῶν λόγων σου διδαχῇ ἐπιχειροῦσι καλλωπισμόν τινα καὶ φαντασίαν εὐειδεστάτην προσάπτουσι τῶν ἰδίων εὑρημάτων. πάνυ γὰρ τοῦτο σμικρὸν καὶ εὐτελὲς εἶναι λέγουσι, τὸ ἐν τῷ χριστῷ πιστεύειν ἑαυτοὺς, καὶ ἐξ αὐτοῦ μόνου τῆς σωτηρίας ἐλπίδα ἀναρτῆσαι, καὶ τῇ πίστει τὴν δικαιοσύνην ἀνατίθεσθαι. ἢν δέ τις ἔτι καὶ τὴν ἀ-

γα-

γάπην πρὸς τοὺς ὁμοδόξους τε καὶ ὁμοπίστους ἀδελφοὺς ἐκείνοις συναρθμῇ, οὐδ' οὕτως ἀξιώματι καὶ δόξαν ἔχειν ἐκεῖνα οἴονται, οἷς δὴ πολλὰ νομοθετοῦντες ἐπιστωρεύουσιν εὐμορφίας ἕνεκα. μὴ φαγεῖν τινῶν. ἡμέρας ῥητὰς ὡς ἐξαιρέτους σέβεσθαι. ἐσθῆτα τὴν μὲν ἱερὰν ὑπολαμβάνειν εἶναι, τὴν δὲ βέβηλον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν χριστὸν οἱονεὶ βοηθήματά τινα ἐπικλητέον εἶναι διδάσκουσι, μὴ δὲ τῇ ἑνὸς καὶ μόνου ἐκείνου ἐπικουρίᾳ προσέχειν. πρὸς δὲ τούτοις τὰς τῶν εὐσεβῶν καρδίας συγκλείουσιν ὥσπερ δικτύοις, φόβῳ τινὶ τοῦ θεοῦ ὀλεθρίῳ. δῆλα μὲν οὖν, βουλοίμεθα δ' ἂν σφάλλεσθαι, ὅτι μετ' οὐ πολὺ, εἰ μὴ ὁ χριστὸς τοὺς αὐτοῦ σώζῃ αὐτὸς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δεσποτική τις ἐξουσία ἐγγενήσεται, καὶ ἡ τῶν πιστῶν ἐλευθερία ζυγῷ δουλείας ὑποταγήσεται.

Jam miſera eſt magnos habitura Eccleſia reges,
Ipſe caput Chriſtus non magis hujus erit.
Scripſimus hoc falſo, Caput hujus corporis ille
Semper erit, nec qui detrahat eſſe poteſt.
Et quosdam breve poſt tempus tamen eſſe veremur,
Illius auſutos ſe perhibere caput.
Relligio in pompas evadet caſta ſacrorum,
Inque novum falſæ credulitatis opus.
Vana ſuperſtitio pro veris ſomnia vendet,
Rectaque jam nolent diſcere, prava volent.
Longius & fiat paulum modo, ſerviet iſti,
Terra poteſtati ſubdita tota ſacræ,
Inque Evangelii reſidebunt ſede tyranni,
Stratus & iſtorum ſub pede mundus erit.
Hæc dictu quamvis, ut ſunt, horrenda putentur,

Ac

Accerſi noſtra ſponte videre licet.
Nam quis jam rectos monitus audire docentum
Lucrifera nudos utilitate cupit?
Quis carpi delicta ſua & peccata notari,
Ferreque reprehendi quis malefacta poteſt?
Indignari animis videas ardentibus omnes,
Quos tetigere pii verba miniſterii.
Illos qui dicant non offendentia quærunt,
Concio ſola carens aſperitate placet,
Quæque titillando jucundis vocibus aures
Expediat dictis cuncta ſuaviloquis.
Ergo etiam illa ſequi tandem metuenda neceſſe eſt,
Noctis & erroris tempora cæca mali.
Fabula ut oblectent homines nugæque decoræ,
Ridensque humana calliditatis opus,

ἤδη βασιλεῖς τῆς ἐκκλησίας ἐπικρατήσουσι, καὶ ταύτης οὐκέτι κεφαλὴ ὁ χριστὸς ἔσται. εἰ καὶ τοι ἐψευσάμεθα τοῦτο γράφοντες. ἐκεῖνος γὰρ τοῦ σώματος κεφαλὴ, ἔσται μὲν ἀεὶ, οὐδέ τις ἀφελεῖν δυνήσεται, μὴ ὅτι γε καὶ ἄλλην ἐπιθέσθαι, φοβούμεθα δὲ ὡς εἰρήσεται μετ᾽ ὀλίγον ὑπὸ τινῶν, ὅτι αὐτοὶ κεφαλή εἰσι σώματος ἐκείνου, ἡ δὲ θεοφιλὴς εὐσέβεια τότε εἰς πομπείας τρόπον τινῶν ἀποβήσεται, καὶ ἡ δεισιδαιμονία ἰσχύσει τοσοῦτον, ὥστε ἐνυπνιά τινα τῶν ἐναργῶν ἀληθέστερα φαίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. μικρὸν δὲ ἔτι ταῦτα προχωρείτω, γῆ μὲν ἤδη ἅπασα ταύτης τῆς δυναστείας δούλη γενήσεται, τὴν ἐκκλησιαστικὴν δὲ καθέδραν τύραννοι καθέξουσι, καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ τούτων τοὺς πόδας ὑποβληθήσεται. καὶ λέγειν μὲν τάδε δεινὰ φαίνονται,

νονται, ὥσπερ δὴ καὶ ἀσὸν, ὅμως δ' οὖν τῇ ἡμετέρᾳ σχεδὸν βουλήσει ἐπισπᾶσθαι αὐτὰ ἔξεστιν ὁρᾶν. τίς γὰρ νῦν ἁπάντων, ὡς εἰπεῖν ἔπος, τῶν ὀρθῶν διδαγμάτων τε καὶ παραγγελμάτων ἐπαΐει ἀπόντος γε τοῦ λυσιτελοῦς καὶ τῶν κερδῶν; τίς οὐκ ἀγανακτεῖ ἐπὶ τῇ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ αἰσχροῦ βίου ἐπιτιμήσεως; πῶς δὲ ὀργίζονται οἱ πλεῖστοι ἐπειδὰν βληθῶσιν ὑπὸ τῶν τῆς ἁγίας διακονίας ῥημάτων ἐλεγχόμενοι; ζητοῦσι γοῦν τοὺς ἀγορεύοντας ἀρέσκοντά σφισι, καὶ ἐκείνας τὰς δημηγορίας μόνας ἀσπάζονται, αἷς οὐδὲν ἔνι σκληρὸν ἢ τραχὺ, ἀλλ' αἳ κνήθουσι τὰ τῶν ἀκροώντων ὦτα καὶ πάντα διὰ προσλαλιῶν ἡδειῶν διέρχονται. οὐκ ἔστι τοίνυν ἀποτροπὴ τῶν προρρηθέντων, ὥστε μὴ ἕπεσθαι τούτοις ἐκεῖνα ἐν νυκτί τε καὶ σκότῳ ἀφρο-

Sic facile in laqueos perverſi & retia ſenſus,
In foveam interitus ſic quoque deinde cadent.
Hæc utinam precibus communibus avertantur,
Qua cauſſa & placuit ſignificare tibi.
Quicquid erit, te certe Epheſina Eccleſia fratrem,
Te doctorem habuit, te quoque Paule patrem:
Quo ſtudio à te ſunt quæque omnia tradita nobis,
Monſtravit Chriſtus quà tibi cunque fide!
Te celaſſe nihil, nihil obſcuraſſe fatemur,
Quæ vera debet noſſe ſalutis amans.
Atq; erit, haud jam Paule tua ſanctiſſime culpa,
Sed proprio indoctus crimine, ſi quis erit.
Quin etiam ut melius nobis didiciſſe liceret,
Et nihil ut ſtudii lædenet orſa pii,
Te præſente animo oppoſuiſti hoſtilibus auſis,

Viſque omnei cura eſt pulſa inimica tua.
Ipſis doctrinæ eſt jam nota potentia Grajis,
Iſraeligenis eſt quoque nota, tuæ.
Quam non ſermonis facundia docta politi,
Non celebri eloquio lingua diſerta probat.
Sed per multa probat fidei miracula virtus,
Et mens cæleſtis robore firma patris.
Quique tuis datus eſt legatis Chriſte ſupremus
Flatus, militiæ dux ſociusque ſuæ.
Cura quidem nobis ſtudio præſtante fideque,
Ut tua concordes verba ſequamur, erit.
Nulla dies ſanctæ doctrinæ juſſa revellet
E memori cœtus pectore Paule tui.
Si tamen hanc mentem tu nobis Chriſte reſerves,
Propoſitique velis ſcita valere boni.
Auxilioque probos conantum adjuveris actus,

σύνης καὶ ψευδῶν, ἵνα μύθοις χαίρωσιν ἄνθρωποι καὶ λήροις τισὶν εὐσχήμοις καὶ γελοίσῃ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιτηδευμάτων ἀγχινοίᾳ, καὶ οὕτω δὴ ταχέως εἰς παγίδας τε καὶ δίκτυα ἀδονίμου τοῦ ἐμπεσοῦνται, καὶ μετέπειτα εἰς ὄρυγμα ὀλέθρου καταντηχθήσονται. ἅτινα μὲν κοιναῖς δεήσεσιν εὐχόμεθα ἀποτραπῆναι ὡς πορρωτάτω τῶν ἡμετέρων χρόνων, ὧνπερ ἕνεκα καὶ ἐγράψαμεν διὰ πλειόνων ὅπως δ' οὖν ἔσοιτο, σὺ μὲν, ὦ Παῦλε, τῇ τῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίᾳ ἐγένου, ἢ ἀδελφὸς, καὶ διδάσκαλος, ἢ ὡς ἀληθῶς πατήρ. ποίᾳ γὰρ σπουδῇ ὡς δὴ πιστῶς, ἅπαντα παρέδωκας ἡμῖν τὰ παρὰ τοῦ χριστοῦ ἀποδειχθέντα τε καὶ πορισθέντα, οἴδαμεν καὶ ὁμολογοῦμεν οὐδὲν ἀποκρύψαι σέ, οὐδὲν ἐπικαλύψαι τῶν ἀναγκαίων γνω.

γνωσθῆναι τ' ἀκεραίας σωτηρίας ἐραςαῖς. εἴ τις δὲ ἀδίδακτος ἔτι εὑρεθῇ, αὐτὸς αὐτὸν αἰτιάσθω, ἔςαι γὰρ οὕτως τῇ ἰδίᾳ κακίᾳ, οὐκ ἀμελείᾳ τῇ σῇ ἐπεὶ καὶ γενναίως τῇ τῶν πολεμίων τόλμῃ ἀντιτάξας σεαυτὸν, καὶ ἡ τῶν ἐναντίων δύναμις τῇ σαυτῇ ἀρετῇ ἀπεκρούσθη, ἵνα μή τι ἐμποδὼν γένοιτο τῇ ἡμετέρα μαθήσει τῆς διδαχῆς ἄρτι ἀρχομένης, καὶ τῇ σπουδῇ ἐπὶ τῶν τῆς εὐσεβείας λόγων ἤδη καὶ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι ἐπέγνωσαν τὸ κράτος τ' διδασκαλίας σου, οὐκ ἐν τῇ ῥητορείᾳ γε καὶ εὐμορφίᾳ τῶν ἐπῶν, οὐδὲ ἐν διαλεκτικῇ εὐρυθμίᾳ τ' ἐλλογίμου γλώττης, ἀλλ' ἐνδέδεικται ἐκεῖνο διά τε ἰσχὺν σημείων πολλῶν καὶ νῦν ῥώμῃ τοῦ οὐρανίου πατρὸς ἀσφαλισθέντα, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἡγούμενον καὶ συντατόμενον τοῖς τοῦ χριςοῦ ἀποςό-

Orſa tua firmans cordis
& oris ope.
Fiat ut hoc cupidis
orans annitere votis;
Noſque tua fultos eri-
ge Paule prece.
Quid ſupplex poſſit con-
juncta petitio fratrum,
Ipſe quod hunc doceat
pondus habere Deus,
Scimus, teque recorda-
mur monuiſſe frequenter,
Ardoris memores hac
quoque parte tui.
Ergo tuis quamvis ab-
ſens communibus aſſis,
Paule piæ votis ſuppli-
ciiſque precis,
Nos quoque ut eſt
æquum, te commiſſoſque
labores,
Atque inita nuper ſæva
pericla viæ,
Sedula & eventum cu-
ræ ſtudiique fidelis.
Atque Evangelii pro-
gredientis iter,
Commendare Deo nun-
quam ceſſabimus, oris
Chriſticola admittit qui
facili aure preces.

Carę vale noſter doctor fraterque paterque,

Inque hoſtes Chriſti nomine vince tuos.

λοις οὐρανόθεν προπεμφθὲν ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐκστρατείαν. καὶ ἡμεῖς μὲν παντὶ σθένει καὶ ἐκ ψυχῆς τοῦτο ἐκποιήσομεν, ἵνα τὰ ὑπὸ σοῦ παραδοθέντα ὁμοφρόνως φυλάσσωμεν, οὐδέ τίς ποτε ἡμέρα τὰ τῆς ἁγιωτάτης διδαχῆς σοῦ παραγγέλματα ἀφανίσει, ἀφαιροῦσα ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν ἡμετέρων φρενῶν, ἣν σύ γε, ὦ φίλε χριστοῦ, τοῦτον ἡμῶν νοῦν τηρεύσης, καὶ τὸ κάλλιστον τῆς προαιρέσεως δόγμα κυρώσης, ἐπιβοηθήσας τοῖς πρὸς τὸ καλὸν σπεύδουσι, καὶ ἀρχάς τινας τῆς τε ἐπιγνώσεως καὶ τῆς ἐξομολογίας ἡμῶν ἐπιῤῥώσας. σὺ δὲ ὥστε γενέσθαι ταυτα, ὦ Παῦλε, εὐχου καὶ δεήθητι ὑπὲρ ἡμῶν, τῇ σῇ ἱκετείᾳ στηρίζων ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν, ὅση τῆς κοινῆς καὶ συμφώνου τῶν ἀδελφῶν ἀντιβολήσεως δύναμις, ὅσην τε ἰσχὺν ταύτης εἶναι αὐτὸς ὁ θεὸς ἀποφαίνει, καὶ ἡμεῖς καλῶς ἀναμεμνησκόμεθα, ὅτι σὺ πολλάκις τοῦτο ἡμῖν ὑπέθου. σὺ γοῦν καίπερ αἰτῶν προσβοήθησον ἡμῖν ἱκετεύων καὶ δεόμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ταῖς εὐσεβεστάταις προσευχαῖς καὶ ἐντεύξεσί σου πρὸς τὸν θεόν. ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ εἰκός, καὶ αὐτοὶ πάντοτε προσευχόμενοι τῷ θεῷ οὐ παυσόμεθα, περὶ σοῦ τε καὶ τῶν περιεστηκότων μόχθων, καὶ τῶν ἀδιαλείπτων μεριμνῶν, καὶ πιστοτάτης σπουδῆς, περί τε τῆς τοῦ εὐαγγελίου προχωρήσεως, ὥστε προήκειν καὶ εὐοδοῦσθαι. ὁ δὲ φιλοικτίρμων θεὸς τῶν χριστοσεβῶν δεήσεις ἵλεως προσίεσθαι ἄνωθεν. ἔῤῥωσο ὦ φίλτατε διδάσκαλέ τε καὶ ἀδελφέ, καὶ δὴ πάτερ, καὶ ἐν τῷ τοῦ χριστοῦ ὀνόματι διατέλει νικῶν τοὺς ἐχθροὺς σου.

Ad

Ad pag. 858. De Baſilio & Hieronymo vere obſervatum ab eruditiſſimo viro Jacobo Lenfant * illos neutiqvam teſtari ſe in Codicibus ſuis non legiſſe in limine Epiſtolæ Apoſtoli ad Epheſios verba ἐν Ἐφέσῳ, ſed Baſilium tantummodo, ut in ruborem daret Eunomium, qvi ſcripſerat Filium DEI μὴ ὄντα γεγενῆσθαι, docere qvod non modo Filius ſemper ſit, fueritqve ὁ ὄντως ὢν Exod. III. 14. ſed etiam Apoſtolus τοῖς Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων Epiſtola data ad Epheſios, illis tanqvam τῷ ὄντι conjunctis, ac per fidem unitis ſcripſerit τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι. Idqve tacito Baſilii nomine perſtringens Hieronymus, *curioſius quam neceſſe eſt* dictum eſſe notat. Porro Uſſerii conjecturam, ſuſpicantis Epiſtolam ad Epheſios, miſſam etiam eſſe ad Laodicenſes & alias Eccleſias minoris Aſiæ, video probari eidem Lenfantio tum memorato loco, ** tum in prolegomenis ad Epiſtolam ad Epheſios, in elaboratiſſima Gallica Novi Teſt. verſione, qvam notis illuſtratam ipſe & amicus illius (Beauſobre) ſuperiore anno 1718. in lucem edidit. Probatur etiam præclaris Viris Eliæ du Pin lib.2. prolegom. Bibl. pag. 50. & Hermanno Alexandro Roëll in principium Epiſtolæ ad Epheſios pag. 258. Vide ſis etiam Rev. Jo. Jacobi Qvandt diſſertationem de qvæſtione an

* In Bibl. ſelecta Joannis Clerici Gallice edita Tom. XVI. pag. 301. & ſeq. & T. XXI. pag. 96.

** Tom. XVI. p. 304.

Epiſtola ad Epheſios a Paulo Epheſiis an vero Laodicenis inſcripta fuerit, editam Regiomonte 1712 4.

Ad pag. 863. Epiſtola ſuppoſititia *ad Laodicenſes* inter Pauli Epiſtolas poſt illam ad Coloſſenſes legitur in Codice MS. Bibliorum Latinorum Bibl Bodlejanæ de qvo Tom. 1. Catalogi MSS. pag. 93 n. 1890.

Græca e Latino verſa ab Elia Huttero, non Latina e Græco ut aliud agenti excidit auctori erudito introductionis in Novum Teſt. pag 92 Idem Græco Latinam exhibet pag. 89. Legitur etiam Epiſtola ad Laodicenſes Græce & Latine in Hermanni Witſii meletematis Leidenſibus pag. 240.

Græce cum Belgica verſione in W. Sevelli emphemeridibus litterariis Belgice editis A. 1703. Tom 2. pag 71. extat & de Epiſtola ad Laodicenſes diſſertatio D. Kiliani Rudrauſii τοῦ μακαρίτου

Ad pag. 876. Æſchylus Prometheo vincto pag. 46. τί δῆτ' ζῆν κέρδος;

Ad pag. 880. Nolim aſſentire Natali Alexandro, qvi ex vocabulo *leguntur* colligit Hieronymum, qvemadmodum & Auguſtinum Epiſtolas ad Senecam vere a Paulo & ad Paulum a *Seneca* ſcriptas exiſtimaſſe. Neqve Angelo Decembrio acceſſerim, qvi lib. 1. de politia literaria cap 10 pag. 57. putat teſtimonium hocce totum Hieronymo *eſſe ſuppoſitum ab vano aliquo oſtentatore quo falſa falſo magis*

teſti-

teſtimonio defenderet. Quod ſi ſic prodidit Hieronymus, bonum magis in ea parte virum fuiſſe quam judiciarium. Fallitur etiam B. Dilherrus qvi (apud Crenium Tom. VIII. faſcicul. pag. 222.) verba ab Hieronymo allegata negat in Epiſtolis Senecæ ad Paulum, qvales hodie exſtant, repeririri.

Honorius Auguſtodunenſis de luminibus Eccleſiæ.

Lucius Annæus Seneca Cordubenſis, Fotini * Stoici diſcipulus, & patruus Lucani Poëtæ ſcripſit qvasdam Epiſtolas ad Paulum Apoſtolum, & Apoſtolus qvasdam reſcripſit.

Petrus Cluniacenſis contra Petro Bruſianos Tom. 22 Bibl. Patrum Lugd. p. 1039. E.

Nonne & ipſos paganos imo & eos qvi inter illos magis ſtudere ſapientiæ videbantur Philoſophos hæc Apoſtolicarum Epiſtolarum, ut legimus, lectio percellebat? Nonne ipſi Paulo famoſus ille Philoſophus Seneca dixit, nullas ſe credere ſuffecturas † ætates ad litterarum altitudinem capiendam? Nonne & illa crudelis beſtia Nero, his eadem Philoſopho recitante †† auditis mirari ſe dixit, unde homini, ut dicebat, indocto tanta ſcientia eſſe potuit?

Yy 4 *Fran-*

* Ex Hieron. legendum *Sotionis*.

† Reſpicit verba qvæ leguntur Epiſtola 1. Senecæ ad Paulum.

†† Vide Senecæ ad Paulum Epiſt. 7.

Franciſcus de la Mothe le Vayer in libro de virtute Ethnicorum, Tom. 1. Opp. pag. 660. ſeq.

Ce qvi me fait parler ſi fort à la deſcharge de Seneqve, & penſer ſi avantageuſement de luy, c'eſt qv'outre les preuves de ſa vertu, qve nous tirons, tant de ſes œuvres qve de celles des premiers hommes du Paganiſme, nous en avons des plus ſignalez en ſainteté & en doctrine parmy nous, qvi ne font pas difficulté de le mettre au rang des Chreſtiens. En effet Saint Hieroſme* le couche entre les Eſcrivains Eccleſiaſtiqves; & qvand il a dit, auſſi bien qve Tertullien, *Noſtre Seneque*, pluſieurs ont crû qve c'eſtoit l'aſſocier au nombre de Fidelles. Pour moy j'euſſe pris cela ſimplement pour un terme d'eſtime & d'affection, qvi fait qve nous appellons ordinairement noſtre Autheur, celuy qve nous priſons le plus. Ou bien ie dirois qve ces Peres auroient voulu parler de Seneqve au meſme ſens, qvi fait aſſeurer à Juſtin le Martyr qve Socrate & Heraclite ont eſté Chreſtiens. Mais deux choſes m'empeſchent de les interpreter de cette derniere façon. La premiere, qve Seneqve eſt d'un temps où l'on peut douter qve la Foy implicite euſt le meſme privilege qu'elle avoit auparavant la venuë de noſtre Seigneur. La ſeconde, qve Saint Hieroſme s'expliqve luy meſme autrement, qvand il avouë qu'il n'enregiſtreroit pas ce Philoſophe au

* Lib. de ſcrip. Eccleſ.

au catalogue des Saints, ſi les lettres qv'on voyoit de Saint Paul à luy, avec leurs reſponſes, ne l'obligeoient à le faire.

L'authorité du Pape Linus, de Saint Hieroſme, & de Saint Auguſtin, ſuivie par Sixtus Senenſis, & aſſez d'autres qvi ont crû ces lettres veritables, eſt ſans doute de tres-grande conſideration. Et neantmoins tous les hommes de ſçavoit du dernier ſiecle les ont conſidereés comme Apocryphes, ou ſuppoſées, & le jugement de l'Egliſe Univerſelle ſemble avoir ſuffiſamment reglé & comme determiné ce qve nous en devons penſer, qvand elle a deffendu de mettre ces Epiſtres de Saint Paul dont nous parlons, au rang des autres qvi ſont canoniqves. Pour le regard du témoignage de Linus, on le refute. parce qv'encore qv'il ſoit vray qve ce Pape ait autresfois eſcrit le Livre qv'on cite des Actés de Saint Pierre, ſi eſt ce qve celuy qv'ont voit, & dont on ſe ſert aujourd'huy, eſt apparemment faux au jugement de Bellarmin, & de Baronius, * leqvel y remarqve meſme des taches de l'hereſie des Manicheens. Qvant à S. Hieroſme, qvi à pû faire faillir Saint Auguſtin & les autres, je n'oſerois pas dire comme Eraſme, qve ce bon Pere n'ignorant pas la ſuppoſition des lettres de Saint Paul a Seneqve, s'eſt voulu prevaloir de la credulité des hommes ſimples, pour leur faire lire plus volon-

Yy 5

* Tom. 1. ad an. Ch. 69. num. 6.

lontiers les œuvres de Seneqve, qvand ils demeureroient perſuadez qu'il eſtoit Chreſtien. Je ferois auſſi qvelqve difficulté de le trancher auſſi court qve le Pere Poſſevin a fait, qvand il eſcrit qve ſi Saint Hieroſme, & Saint Auguſtin euſſent eu le loiſir de bien examiner ces lettres, ils euſſent ſans doute reconnu ce qve la verité fille du temps a rendu ſi manifeſte en nos jours. J'aimerois donc mieux en parler, s'il eſtoit poſſible, comme nous venons de faire du livre de Linus & croire qve bien qu'il y ait eu paravanture de veritables Epiſtres de Saint Paul a Seneqve, celles qve nous avons ne laiſſent pas d'eſtre fauſſes, & plutoſt ridicules qv'autrement. Car il n'eſt pas poſſible de defendre les fautes & les impertinences dont elles ſont convaincuës par le Cardinal Baronius; ny de reſpondre à tout ce qve Louïs Vives, Geſner, Bellarmin, Faber, Poſſevin, Lipſe, Eraſme, & une infinité d'autres ont eſcrit contre elles. Et certes qvand je lis dans Tacite * les perſecutions qvi ſe firent ſous Neron contre les Chreſtiens, j'ay bien de la peine à m'imaginer comment Seneqve euſt pû eſtre dans un commerçe ſi familier de lettres avec Saint Paul, ſans qu'il en fuſt venu qvelqve choſe à la connoiſſance de la Cour, & particulierement du Prince. Or chacun ſçait combien eſtoit grande la haine qu'il portoit à ſon Precepteur. Il l'attaqva

* Lib. 15. annal.

qva par poiſon en corrompant la fidelité de Cleonicus l'un de ſes Libertins. Et Tacite dit expreſſément qv'il n'y avoit ſorte d'inventions dont il ne ſe ſerviſt pour le perdre. Eſt-il vray-ſemblable, cela eſtant, qv'il n'euſt point employé le ſpecieux pretexte de la Religion, & du meſpris des Autels, à ſa ruine? Et qve le pouvant faire perir par l'authorité du Senat, & juſtement en apparence ſelon les Loix, il euſt mieux aimé ſe charger de l'envie de ſa mort, en l'accuſant fauſſement d'avoir eſté des complices de Piſon? De verité cét argument me ſemble ſi fort, qu'il pourroit m'obliger luy ſeul à eſtre du dernier aduis, & à ne croire pas qu'il y euſt une ſi grande habitude entre Seneqve & Saint Paul. Je ne ſçay ſi ce n'eſt point d'allieurs faire qvelqve tort à ce ſacré Vaſe d'election, de penſer qu'il ait verſé inutilement ſes liqveurs celeſtes dans une ame telle qve celle de Seneqve, qvi l'ait entrepriſe ſans la mieux perſuader, & qv'il ſoit entré dans une ſi eſtroitte conference avec elle, ſans luy rien inſpirer de ce zele qv'avoient les Neophytes de ce temps-là pour la Foy. Car c'eſt ſe plaire à ſe tromper ſoy-meſme, de croire qve Seneqve ait eu les moindres ſentimens du Chriſtianiſme. Qviconqve aura reconnu ſon Genie par ſe eſcrits, ſa liberté à parler des choſes divines, & ſa franchiſe à raconter le plus particulier de ſes mœurs, tiendra touſiours pur aſſeuré qve n'ayant pas dit

un

un ſeul mót de noſtre Seigneur, ne s'eſtant jamais eſtendu ſur le plus petit point de noſtre creance, & ſa vie auſſi bien qve ſa mort n'ayant rien eu qve de Payen, il n'y a nulle apparence de le ſoupçonner d'avoir eſté Chreſtien. De qvoy donc luy auront profité les lettres de l'Apoſtre, & cette grande correſpondance qvi devoit eſtre entr'eux, ſi elles ſont veritables?

Ad pag. 885. Scriptoribus Epiſtolas Senecæ ad Paulum explodentibus accenſendus etiam Leonellus Princeps Ferrarienſis & Mutinenſis (A. 1450. Cal. Octobr. defunctus) apud Angelum Decembrium de politia literaria Baſil. 1562. 8. lib. 1. c. 10. pag. 57. & lib. 2. cap. 18. pag. 121.

Plura dabunt Chriſt. Wilhelmus Lœſcherus in diſſ. de Epiſtolis Pauli ad Senecam hypobolimæis Witeb. 1694. & Fridericus Seuberlich in diſſ. Hiſtorica Epiſtolarum Senecæ ad Paulum & Pauli ad Senecam falſitatem oſtendente Regiomont. 1702. Illas Epiſtolas habes etiam in Hermanni Witſii meletematis Leidenſibus pag 234. & in Rev. Viri Jo. Georgii Pritii introductione ad Novum Teſtamentum pag 97.

Ad pag. 887. *Lini* Acta nullam mereri fidem, docet præter alios V. C. Nicolaus le Nourry in Apparatu ad Bibl. maximam Patrum Tom. I. diſſ. VI. qvi conſulendus.

Ad

Ad pag. 897. Verba Epiſtolæ: *Confiteor Auguſtum ſenſibus tuis* &c. reſpicit Petrus Cluniacenſis loco paullo ante p.711. adducto.

Ad pag. 900. Sic animæ corporisqve conjunctionem, *commixtionem* vocant Acta Archelái cum Manete pag. 35. σύγκρασιν Cæſarius qv. 59. Et Vigilius lib.1. contra Eutychen (in operibus Georgii Caſſandri pag. 517.) *ineffabili ſocietatis permixtione* Filium DEI ſuam propriam carnem in ſacræ virginis utero ſibimet adunaſſe. Et *commixtionis individuam unitatem* ibid. *Unitatem, non naturæ unionem* ibid. Contra *perſonæ unionem* docet pag. 526. ubi fallitur Caſſander, reſcribendum conjiciens *unitatem*. Permiſcendi vocabulo pro arctiſſima conjunctione uſus etiam Nicetas Byz. in Allatii Græcia Orthodoxa Tom.1. p.737.

Ad pag. 902. De Vocabulo inſulæ pro ſeriebus ædificiorum qvæ ambiuntur undiqve platea publica, vide qvæ viri docti ad Svetonii Cæſarem cap.41. Tiber.48. & Neron.38.

Ad pag. 914. S. Maximus ad Dionyſii Epiſt. 6. Ἔχει δὲ καὶ Ἐπιστολὰς ὁ αὐτὸς θεῖος Πολύκαρπος πρὸς Φιλιππησίους. Epiſtolam unam ad Philippenſes, itaqve Pachymeres pag. 98. recte Ἐπιστολήν. Similis ennallage apud Plinium lib. XXXIII. hiſt. cap. 3. *M. Bruti in Philippicis campis Epiſtolæ reperiuntur, frementes fibulas tribunitias ex auro geri.* Juſtinus XI. 12. 7. *tertias Epiſtolas*. Et *per Epiſtolas Alexandrum deprecabatur*. atqve XI. 8. *accepto poculo*, *Epiſtolas*

(Par-

(Parmenionis Epiſtolam ſuperiore die redditam) *Medico tradidit.* Sic Seneca Epiſt. 33. *Deſideras his quoque Epiſtolis* (i. e. præſenti qvoque Epiſtola) *ſicut prioribus adſcribi aliquas voces noſtrorum procerum.*

Ad pag. 917. Tertullianus cap. 24. de reſurrect. verba Pauli 2. Theſſ. II. 2. ita παρα-Φράζει. *Neque per ſermonem, ſcilicet Pſeudoprophetarum, neque per Epiſtolam, ſcilicet Pſeudapoſtolorum, ac ſi per noſtram, quaſi inſiſtat dies Domini.*

Ad pag. 920. Sic in Phalaridis Epiſtola VIII. γεγραφά σοι συντόμως, *ſummatim tibi ſcribo.* In Epiſtola Philippi ad Athenienſes apud Demoſthenem Orat. de Corona: γέγραφα ὑμῖν, ἵνα μὴ πλεῖον ἐνοχλῆσθε περὶ τούτων. *Scribo vobis ne amplius de his laboretis.*

Ad pag. 922. Idem Grotius ad Hebr. VI. 3. καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός. *Faciemus hoc, ſi DEus vitam dederit, alio tempore in uſum eorum qui rudiores ſunt. Sperabat ſe Apoſtolus & alias ad Hebræos Epiſtolas ſcripturum, & forte ſcripſit, ſed interierunt.*

Ad pag. 931. Apud Combefiſium Auctarii noviſſimi part. I. pag. 299. Irenæus è Cod. Regio Pariſ. 753. Τούτους πρεσβυτέρους ἀνατρέφει ἡ Ἐκκλησίας, περὶ ὧν καὶ ὁ Πέτρος φησίν· Δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Sed pro *Petro* legendum *Propheta* ut recte vetus Irenæi interpres IV. 44. *Tales presbyteros nutrit Eccleſia, de quibus & Propheta ait:* (Eſaias

(Eſaias LX. 17.) Et dabo Principes tuos in pace, & Epiſcopus tuos in juſtitia. Vide Cotelerium Tom. 2. monument. pag. 608.

Ad pag. 493. Nicetas lib. IV. cap 11. theſauri Orthodoxæ fidei, de Cajanis hæreticis loqvens, Petro Morcello interprete: *Quin & ex Pauli Apoſtoli nomine opuſculum aliud nulla non obſcenitate ſcatens confingentes* ἀναβατικὸν *vocant, arrepta occaſione, quod Apoſtolum ad tertium usque cœlum aſcendiſſe dicant, atque ibi verba* ἄῤῥητα *audiviſſe, quibus verbis impia illa ſua flagitia intelligunt.*

A*d pag.* 952. De brontologiis & ſimilibus ſcriptis dixi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 20. p. 513. ubi de Joanne Laurentio Philadelphienſi Lydo. Zoſimæ colloqvia edita ſunt à Petro Poſſino in theſauro Aſcetico. Libros apocryphos Zoroaſtris ab hæreticis Prodicianis jactatos memorat Clemens Alex. 1. Strom. p 304. De Georgii Martyrio & Ceryci ſive Qvirici ac Julittæ dixi Volum. IX. Bibl. Græcæ pag. 79 & 65 De Marci Monachi & Diadochi Photices Epiſcopi ſcriptis, Volum. VIII. p. 349.

Ad pag. 593. poſt verba, *apud Lambecium,* adde: lib. VIII. pag. 44.

A*d p.* 954. Ante verba, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ, hæc apud Theodoſium Alex. MS. præmittuntur: Κρίσις ποιημάτων μὲν ἡ ἀκριβὴς γνῶσις τῶν ποιημάτων λέγεται. Ταύτῃ τῇ ἠκριβωμένῃ γνώσει

Χρώ-

χρώμενος ὁ Γραμματικὸς, ὃν δεῖ γινώσκειν τὰ βιβλία τῆς ἐκκλησίας πάντα, τουτέστι τὴν παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην. Deinde pag. 955. poſt verba τῶν ψευδώνυμοι καὶ ἀλλότριον, ſeqvitur: δεῖ δὲ τὸν Γραμματικὸν καὶ τὰ ἑλληνικὰ βιβλία γινώσκειν. Ἐστὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου, ἑτέρων γάρ εἰσι ποιητῶν. Ἐχρήσαντο δὲ οἱ συγγραφεῖς τῇ ὁμωνυμίᾳ Ἡσιόδου καὶ Νικάνδρου, ἵνα ἄξια κριθῶσιν ἀναγνώσεως.

Ad pag. 958. In Codice Bibl. Coiſlinianæ Seculi XIV. celeberrimus Montfauconus pag. 195. teſtatur memorari *Joannis Apocalypſin* Apocrypham *quomodo Chriſtus deſcenſurus ſit de cælis*. Sed ſcriptum ipſum qvalecunque excidiſſe.

Ad pag. 960. φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία, apud Heſychium illuſtrem in Pherecyde. Vett. gloſſæ: *opertum*, ἀπόκρυφον. Tertullianus cap. 3. de pallio, referens qvædam de protoplaſtis e Geneſi, ſubjungit: *Sed arcana iſta, nec omnium noſſe*. Commodianus Inſtruct. XLIII. 17. e Rigaltii emendatione: *operta Johannis*.

Ad pag. 961. De S. Cæcilio iſto Jacobi Apoſtoli, ut ferunt diſcipulo, multa Bollandus in Actis Sanctor. ad Calendas Februarii.

Prophetia JOANNIS Evangeliſtæ de conſummatione Mundi.

Servata, & Commentario, ut ajunt, illuſtrata à *S. Cæcilio*, repertaqve ſub ruderibus priſcis civitatis Turpiani in regno Granatenſi A. 1588.

Ex

Ex Mich. Geddeſii Miſcellaneis Tom. 2. diſſ. 4.*

Tempus lucis exoriebatur, cum Domino & cum paſſione ejus per cruciatus corporis acerbiſſimos conſummata; & Prophetæ; qui fuerunt, illuminatique erant à perſona tertia, anxie exſpectabant adventum ejus; cumque ego ceteris miſericorditer antehabitus fuerim, conſummationem mundi enarrabo, uti eam ex ore Domini accepi. Poſt conſummationem ſex *ab adventu Domini* ætatum, *tenebræ ingruent propter peccata mundi atrociſſima, & tenebræ erunt magnæ in O*riente, *quæ ipſum quoque* Occidentem *invadent per furorem miniſtrorum ex iis ſeſe proripientium, qui cum venient, Sol ipſe obnubilabitur, & templum Domini perſecutiones ſubibit diriſſimas. Et poſteaquam* qvindecim ætates *per obduratas & obſtinatas hominum mentes decucurrerint, ſecundæ quædam tenebræ ſurgent in regionibus* Septentrionis, *per quas aſcendet* draco, *qui jactabit ſemen ex ore ſuo; quod ubi diſſeminatum fuerit, fidem in ſectas dividet, quæ cum aliis junctæ occupabunt univerſum orbem. Surgent item in regionibus Occidentis* tres hoſtes, *qui voluptati Domini ſui litabunt, & in malitia ſua grandeſcentes hujusmodi orbem lepra inficient, quanta non fuit unquam; propterea lux multum imminuta, ſed in ipſis tabulis naufragii ſuſtentata protegetur per* Columnam petræ. *Comminatio*

* Miſcellaneous Tracts, Volum. I. Lond. 1702. & 1714. 8. Acta Erud. Tom. 4. ſupplementi pag 477. & Bibl. Angloiſe de Mr. Michael de la Roche T. 2. p. 209. ſeq.

prodigiorum horum, omniumque ſignorum, quæ cælum oſtentet, contremiſcere faciet omnes homines, maxime vero ſacerdotum greges, & quamprimum Anti-Chriſtus, cujus adventus eſt in propinquo, revelabitur, Prophetia hacce impleta erit, judiciumque extremum appropinquabit; & poſteaquam hæc Veritas, Veritas, Veritas, manifeſtata erit orbi & adimpleta, judex Veritatis hora ſibi conſtituta adveniet ab Auſtro.

Enarratam hactenus Prophetiam interpretes *Commentarii Arabici* à S. Cecilio in eandem conſcripti ita explicare Geddeſius monet, qvod nempe per *Ætatem* nihil aliud intelligatur, qvam *integrum Seculum*, hincqve irruptio priorum tenebrarum incidat in iſtud tempus, qvo *ſex ætates* ſeu *ſecula* impleta erant; contra vero Draconis apparitio in Septentrione poſt decurſum *quindecim* a nativitate Chriſti *Seculorum* fuerit exſpectanda. Igitur per *tenebras in Oriente* orituras *Mahometem*, Prophetam falſum; per *draconem* vero, *Septentrionem* in ſecundis tenebris invaſurum *D. Lutherum* indigitari. Sed cum Interpretes prædicti commentarii nullam *trium hoſtium in Occidente* mentionem faciant; Idem Geddeſius ſuſpicatur, quod *D. Ægidius D. Conſtantinus* & *D. Cazala*, qvi ſub initium imperii Philippi II. ob fidem Proteſtantium confeſſam in Hiſpania combuſti ſunt, ſub trium iſtorum hoſtium nomine intelligendi veniant; perinde ut ex mente D. Maderæ, editoris & propugnatoris fictitiarum iſtarum

anti-

antiqvitatum acerrimi, per *Columnam Petræ* ipſa *Hiſpania* intelligatur, qvod Propheta Eſaias capite vigeſimo qvarto, de Hiſpanis vaticinaturus, eos *Habitatores Petræ* appellaret. Præter hanc vero S. Joannis Prophetiam alia qvoque Manuſcripta & monumenta vetuſta ſub monte Valparayſo, vix dimidium milliarii ab urbe Granata diſtante, tempore *Petri de Caſtro*, Archiepiſcopi Granatenſis; inventa & effoſſa Geddeſius memorat, ut laminam plumbeam, hanc inſcriptionem ſuſtinentem: *Corpus uſtum Divi Meſitonis Martiris, paſus eſt ſub Neronis Imperatoris potentatu.* Item aliam laminam hac inſcriptione inſignitam: *Anno ſecundo Neronis imperii, Marci Calendis, paſus fuit martirium in hoc loco illepalitano electus ad hunc effectum ſanctus Hiſcius Apoſtoli Jacobi decipus cum ſuis diſcipulis Turillo, Panuncio, Marenio, Centulio.* Nec non arculam plumbeam, in qva in laminis plumbeis ſcriptus liber aſſervabatur cum hoc titulo: *Liber de eſſentia Dei, quem Divus Thiſiphon, Apoſtoli Jacobi diſcipulus, in ſua naturali lingua Arabica Salomonis characteribus ſcripſit;* & alius liber, *Fundamentum Eccleſiæ* appellatus, qvi in hujus ſacri montis cavernis jacet; & quæ ſunt alia. Verum Geddeſius monet, qvod, utut poſt effoſſionem horum documentorum pervetuſtorum Archiepiſcopus Granatenſis in Baſilica ſua hymnum Ambroſianum cani juſſerit, illaque ex decreto ſolenni convocati eam in rem omnium Eccleſiaſticorum & Laicorum in Regno Granatenſi

concilii magni pro veris & genuinis declarata fuerint; attamen ab aliis, maxime vero Monachis Dominicanis, per ea, quæ ſeqvuntur, argumenta tum Prophetia Joannis, tum reliqva monimenta dubia admodum, imo fictitia & ſuppoſitia fuerint reddita. Primo enim Prophetiam Joannis ſcriptam eſſe lingua Hiſpanica moderna, quæ vero tempore Neronis penitus inuſitata erat & incognita. Secundo S. Cecilium paſſim in his MStis vocari Epiſcopum Granatenſem, cum tamen ipſa urbs Granatenſis 700. annis poſt Neronis ætatem a Mauris primum excitata, & Epiſcopatus Granatenſis non niſi a Ferdinando & Iſabella, ſicqve 1400. annis poſt ætatem Neronis conſtitutus fuerit. Tertio linguam Arabicam nonniſi 500. annis poſt mortem Neronis in Hiſpania in uſu eſſe cœpiſſe. Qvarto uſum titulorum Divi & Sancti, ætati Apoſtolicæ repugnare. Qvinto Spiritum S. ævo Apoſtolico nondum perſonam tertiam appellatum. Sexto librum, Fundamentum Eccleſiæ, à Papa Gelaſio tanqvam ſpurium jam ante mille annos fuiſſe condemnatum. Septimo manifeſtum eſſe, qvod cineres & oſſa Sanctorum in collibus iſtis reperta potius cineres ſunt & oſſa maleficorum, qvi ad ſupplicia publica in locis iſtis pertracti fuerunt; & qvæ ſunt reliqva.

CATA-

*Catalogus * membranarum & laminarum quæ ex Arabico verſa Latine traduntur repertæ A. 1595. in cavernis Granatenſibus.*

Liber fundamentorum fidei.
\- - de eſſentia veneranda.
\- - ordinationis miſſæ *Jacobi* Apoſtoli.
Oratio & defenſivum *Jacobi* filii Samechi Zebedæi, Apoſtoli, ad omnes adverſitates.
Liber beatiſſ. *Jacobi* Apoſtoli filii Samechi Zebedæi de prædicatione Apoſtolorum.
Planctus *Petri*, Apoſtoli Vicarii.
Liber rerum præclare geſtarum D. N. JESU, & miraculorum ejus & matris ejus *Mariæ* ſanctæ Virginis.
Liber hiſtoriæ certificationis Evangelii.
Liber donorum præmii.
\- - myſteriorum magnorum.
\- - colloqvii *S. Mariæ* Virginis.
\- - ſententiarum circa fidem.
Liber Hiſtoriæ ſigilli *Salomonis*.
\- - aſſeqvibilium divinæ potentiæ.
De natura Angeli & ejus potentia.
Liber relationis doni domus pacis, & tormenti domus vindictæ.
\- - rerum præclare geſtarum *Jacobi* Apoſtoli & miraculorum ejus.
Pars ſecunda libri rerum præclare geſtarum *Jacobi* Apoſtoli.

* Ex Papebrochii Apologia contra Sebaſtianum à Paulo part. 2. articul. 15. §. 29. Confer W. E. Tentzelii dialogos menſtruos (monathliche Unterredungen) A. 1698. p. 285.

Fabulæ Apocryphæ e pſeudo Dextri Chronico & de iiſdem commentis Granatenſibus, ex V. C. Mat. Veyſſerii la Croſe Vindiciis veterum ſcriptorum p. 177. ſeq.

EDita eſt ſæpius ſub nomine Dextri, enormis illa fabularum & mendaciorum congeries; at nunquam magnificentius prodiit, qvam anno MDCXXVII. Lugduni, fol. opera Franciſci Bivarii, Monachi Ciſterciienſis, miræ credulitatis viri, qvi multorum annorum ſtudium in id unum conſumſit, ut ſuppoſititios Higueræ fœtus illuſtraret, & editis libris Apologeticis tueretur. Ea ego editione utar in referendis qvibusdam confictis narrationibus, putidisque mendaciis è Chronico Dextri, qvibus viſis veritatis ſtudioſi Lectores de ceteris haud ægre judicabunt.

Sub anno Chriſti XXXIV. Romæ DCCLXXXV. hæc leguntur in Pſeudo-Dextri Chronico: *Claudia Procula, uxor Pilati, admonita per ſomnium, in Chriſtum credit, & ſalutem conſequitur.* Eodem anno: *C. Oppius, Centurio Hiſpanus, credit Chriſto morienti in cruce.* Eodem anno: *Cajus Cornelius, Centurio Capernaunenſis, Dominus ſervi, quem Dominus ſanavit, pater etiam C. Oppii Centurionis, Hiſpanus mire floret in Hiſpania.* Infra legitur, eundem Oppium tertium Mediolanenſem Epiſcopum fuiſſe. Anno

Chriſti

Chriſti xxxv. *Hiſpani, præcipue Judæi, mittunt Legatos ad Apoſtolos, ut quamprimum aliquis eorum veniret ad eos, qui de rebus recenſitis de Chriſto eos verius & uberius doceret.* Anno Chriſti xxxvi. *Hiſpania prima Provinciarum mundi poſt Galilæam, Judæam & Samariam in partibus Occidentalibus Chriſti fidem amplexa eſt; ejusque Gentilitas ad fidem converſa fuit; veræ primitiæ cæterorum Gentilium. Nam & Jacobus, Sanctus Apoſtolus, Zebedæi filius, peragratis urbibus Hiſpaniæ, multisque erectis Eccleſiis, & Epiſcopis creatis, ex advenis Petrum* Bra*caræ primum reliquit Epiſcopum, ac Templum vel Oratorium* B. *Virgini ex ejus juſſu, præſentiaque ſuper columnam, Cæſar auguſtæ erexit. Multa quoque miracula patrat: Virtute vero ſermonis feroces Hiſpanorum animos ad ſuave Chriſti jugum adducit. Multi ibidem Judæi convertuntur ex duodecim Tribubus transmigrationis ex* Babylonia, *quibus & ibi tunc prædicavit. Et præcipue Canonicam illis mittit Epiſtolam, quæ ſic incipit: Jacobus, Dei & Domini noſtri ſervus, duodecim Tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem; quæ fuit prima Scriptura Novi Teſtamenti, Apoſtolo tanto digna.* Anno Chriſti xxxviii. *Prima totius Orbis ædes erecta B. Virgini Cæſar auguſtana fuit.* Anno Chriſti xlviii. Lazarus, & Magdalena, Martha & Marcella in navim à Judæis, ſine remigio & velis impoſiti, Maſſiliam perveniſſe narrantur. Anno Chriſti l. *Petrus, ut Chriſti Vicarius, Hiſpanias adiit: Imagines Antiochia delatas affert.* Anno

Chriſti LX. † Martialis Epigrammata 7. & 8. *Martyres in crucem actos vocat Laureolos & Dædalos volantes.* Anno Chriſti LXIV. *Lucius Annæus Seneca, Cordubenſis Hiſpanus, miſſis ultro citroque ad S. Paulum litteris de Chriſtiana re bene ſentit, factusque Chriſtianus occultus, ejus fuiſſe diſcipulus creditur, dulciterque ſcribit ad Paulum in Hiſpania morantem.* Anno Chriſti LXVI. S. *Paulus ſcribit Epiſtolam ad Hebræos converſos.* Anno Chriſti LXX. *In Arabia Felice, civitate Seſſamæ Adrumetorum, Martyrium ſanctorum Regum trium Magorum, Gaſparis, Balthaſaris, & Melchioris, qui Chriſtum adoraverunt.* Anno Chriſti LXXXVI. *Apud Meſſanenſes celebris eſt memoria B. Virginis Mariæ, miſſâ ipſis ab eadem dulci Epiſtola.* Anno Chriſti C. *M Marcellus, excellens Poëta & Orator, ad quem Perſius inſcripſit quartam Satyram, amicitiis Juvenalis, Perſii & Senecæ, Galli, Statiique præclarus, miraculis crebris floret.* Eodem anno: *Dionyſius Areopagita dicat* * *Eugenio Marcello, dicto propter ingenii excellentiam Timotheo, libros de Divinis Nominibus.* Anno Chriſti C. X. *S. Dionyſius Areopagita Hiſpanias inviſit, ut Legatus à B. Clemente totius Occidentis ordinatus.* Anno Chriſti

† *Martialis Epigr.* IX. & X *de ſpectaculis Vide Browr. in hunc locum.* p. 121.

* *Vid Petr Halloix, Quæſt. Tert. de vita & Operibus S. Dionyſii, pag.* 429 & 430 *ubi Halloix Dextro contradicit, quem tamen veterem Scriptorem eſſe affirmat.*

ſti CXVI. *Epiſtolæ S. Ignatii ad B. Virginem celebres habentur.* Anno Chriſti CCXX. *Titus converterat ad fidem Plinium Juniorem ex Bithynia Pontoque redeuntem in Creta Inſula, ubi juſſu Trajani, Jovi templum erexerat. Nec deſunt qui putent ſeptima Sextilis ad Novocomum eſſe paſſum.* Anno Chriſti CCCCXXX. *Eodem tempore in Tabulario Meſſanenſi reperta eſt quædam Epiſtola, Hebraice exarata a B. Virgine ad eosdem cives Meſſanenſes, & maximi ducitur.* Verum ohe! jam ſatis eſt nugarum: ſufficiant hæc loco ſpeciminis, qvæ plane mirum eſt tot nacta fuiſſe approbatores apud Loiolitas, etjam extra Hiſpaniam, eosqve haud imi ſub ſellii viros.

Dubitaverat primo de iſtius Chronici auctoritate Matthæus Raderus, at demum admonitus a fraudis defenſoribus & architectis, manus ultro dedit, teſtante id Bivario, Apologetici, qvem Maximo præmiſit, § VIII. At nemo magnificentius Dextri fabulas approbavit, qvam Melchior Inchoferus, cujus extant litteræ ad Bivarium in eodem Apologetico, plenæ omni genere laudum in Dextrum & ejus editorem magno verborum tumore congeſtarum. Certè Inqviſitionis Hiſpanicæ tribunal non minus pronum ad tuenda mendacia, qvam ad obſtruendas vias omnes, qvibus ad veri cognitionem perveniri poſſit, nil mirum fecit, qvod præfixa approbatione &

Dextri, & Maximi falſa Chronica, ut legitimos Antiquitatis fœtus obtrudere elaborarit. Stupendum eſt tamen, eruditos Hiſpaniæ viros ne mutire quidem auſos fuiſſe, metu pœnæ; quin etiam quodammodo ad probandas ejusmodi ineptias adactos fuiſſe.

Inter argumenta, qvibus utitur Bivarius ad aſſerendam Dextri ſui Chronico antiquitatis opinionem, illud præcipue urget: reliquias quorundam Martyrum, qui imperante Nerone paſſi narrantur, anno poſt allatas in Hiſpaniam Dextri Hiſtorias in monte Illipulitano prope Granatam fuiſſe repertas, una cum quibusdam tabulis & membranis Arabice & Latine ſcriptis, ſtatimque omni miraculorum genere claruiſſe. „ * Mira „igitur, inquit Bivarius, Dei providentia „accidit, ut Dextri adventus tabularum illa„rum inventionem præveniret, quæ ni„mirum invicem ſeſe confirmarent, & Dex„ter theſauro Illipulitani montis fidem face„ret, & nunc ipſam mutuo ab eodem accipe„ret.„ Atqui tantum abeſt, ut Dextri Chronica fidem reliquiarum & tabellarum Illipulitanarum augeant, ut potius manifeſto inde agnoſcantur duplicis fraudis, librorum videlicet & tabellarum auctores; qui librum confinxerant, ut fidem facerent reliquiis: & reliquias una cum tabellis ſepelierant, ut auctoritatem turpiſſimæ

* Bivarius Apologia p. 16.

ſimæ fictioni conciliarent. Qvæ omnia ubi penitius ſcrutari aggredior, vix mihi temperare poſſum, qvin affirmem Torralbam, Higueram, ceterosqve deteſtandæ fraudis inventores minime Chriſtianos fuiſſe, qvi Eccleſiaſticas Antiqvitates ea fœditate maculaſſe non contenti, colenda proponerent popularibus ſuis oſſa è carnificinis procul dubio collecta, qvæ pro Sanctorum priſci ævi reliqviis impie obtrudebant.

Qvoniam autem illa, qvæ ſupra de monte Illipulitano breviter dicta ſunt, rem totam non ſatis dilucide explicare videntur, ipſius inventionis Hiſtoriam è Bivarii Commentariis exſcriptam hic apponere decrevi: „† Inventi nuper ſunt nomine S. Cæcilii Epiſcopi, „ac S. Jacobi diſcipuli, libri non pauci in „Sancto Granatenſi monte, characteribus in „laminis plumbeis exarati, de qvorum nu„mero ſunt: *De excellentiis & miraculis Chriſti* „*Domini, ac Matris ejus*, ab incarnatione Ver„bi usqve Aſcenſionem, liber I. *De ſumma* „*Providentia, Miſericordia & Juſtitia, quas DEus* „*in opere Incarnationis exercuit*, libri II. *De Natura* „*Angelica*, liber I. *De Pœna & Gloria*, liber I. „*De Vita, Peregrinatione & Miraculis S. Jacobi*, li„ber I. Qvibus adde miraculoſa plane com„mentaria ab eodem elaborata *ſuper Divi Joan*„*nis Prophetias*, qvæ in ſublimi parte inhabita-

bi-

† Idem Commentario in Dextrum pag. 109. 110.

„bilis turris Turpianæ inventa anno 1595:
„non qvidem Hebraica lingua, Græca aut
„Latina, ſed Hiſpana vulgari, qua nunc poſt
„tot tantamqve vocum variationem utimur.
„Ne qvis autem exiſtimet impoſturam ne-
„bulonis alicujus fuiſſe, ab Apoſtolico Ju-
„dice Epiſcopo Granatenſi, informatio in
„forma juris accepta fuit, in qva pruden-
„tes ac litterati viri juramento aſſeverarunt
„viſis loco ſeu turri, in qua commentaria
„hæc inventa fuere, & characterum ac ta-
„bularum vetuſtate, quibus exarata ſunt, an-
„tiqviſſimam procul dubio ſcripturam eſſe;
„& ut minimum permulta centenaria anno-
„rum ſuperare perfectionem, & politiam
„linguæ, in qua ſcripta ſunt, nimirum ejus,
„qva nunc, qvando reperta ſunt, Hiſpani
„utimur. Scripſit itaque D. Cæcilius lingua,
„qvæ adhuc non extabat.„ Inter præcipuos
harum nugarum vindices fuit vir genere &
dignitate illuſtris, Petrus de Caſtro Qvino-
nes, primo Granatenſis, deinde Hiſpalenſis
Archiepiſcopus. Is omnem lapidem movit,
ut novas illas antiquitates (ita eas Thomas
Tamajus Vargas, Hiſtoricus regius nomina-
vit) omni hominum generi commendaret.
* Haud luſit operam in Arabibus, in Hiſpa-
nis,

* „*Ahmed Ben Caſſem Al Andolouſi Mahummedanus Gra-natenſis, qui vixit anno Chriſti* 1599. *meminit Ma-nu-*

nis, in aliis qvibusdam è grege Pontificiorum; ex eorum tamen numero, qvos Hiſpani Calvini-

„nuſcripti Codicis Arabici Sancti Cacilii, Granaten„ſis Archiepiſcopi, reperti una cum XVI. laminis „plumbeis, quibus Arabici characteres inſculpti e„rant, in crypta prope civitatem. D. Petrus de „Caſtro Quinones, tunc Granatenſis Archiepiſcopus, „rem eſſe veram teſtimonio ſuo confirmavit. Hæ „lamina Granatenſes Romam poſtea tranſlata ſunt, „ubi poſt diuturnum examen ut Apocrypha damnata „ſunt, tempore Alexandri VII. Papa. Hiſtoria com„plures fabuloſa illis continentur de infantia & e„ducatione Jeſu Chriſti, & de vita B. Virginis &c. „Hic Codex, MS eſt in Bibliotheca Regia, numero „1043.„ D' Herbelot Biblioth. Orient. pag. 73. col. 1. videndus item pag. 360. col. 1. verbo Garnatha: item pag 953. verbo Kekilios col. 2. Vide item Louis Guyon, Diverſes Leçons, tom. 2. livre 4. cap. 4. pag. 782. Franciſcus Torreblanca Cordubenſis, Defenſa de los libros de la Magia, cap. 1. pag. 529. La gran Prophecia del Juizio final del Evang. S. Juan tradurida en Bſpanol por S. Cecilio primer Obiſpo de Granada, que ſe hallo en la torre Torpiana della en un pergamino (que yo he viſto el original, moſtrandome lo el Illuſtriſſimo Senor Arcobiſpo de Sevilla, con las domas Reliquias deſte ineſtimable theſoro) eſta en verſos, alo que parec de ſu verſion, &c.

viniſtas vocant, neminem ad probandam fraudem, etiam ſpe præmii propoſita, impellere potuit. Scripſit in Bataviam usqve ad Thomam Erpenium, celeberrimum Academiæ Leidenſis Profeſſorem, qvem ut veteris Arabum litteraturæ callentisſimum, Tabellarum Illipulitanarum approbatorem & interpretem ardenti deſiderio expetebat. Qvod ipſum luculentius docebunt Gerardi Joannis Voſſii verba ex Oratione in obitum Thomæ Erpenii deſcripta: * „Jam adultior „Erpenius ab ultimis ſollicitatus eſt Hiſpaniis „ad explicanda qvædam ex antiquis cryptis „eruta, quæ totus capere nequiſſet terrarum „orbis. Quod ne fidem ſuperare videatur, ex „Præſulis Hiſpalenſis ad Erpenium litteris, „potiſſima, ſed bona fide, complectar. Significabat is, ſe . . . magno deſiderio teneri, „ut per eum conſeqvi poſſit translationem „quorundam, qvæ ſe Granatenſem moderante Eccleſiam, effoſſa eſſent è monte Illipulitano, menſe Aprili, anni CIↃ IↃXCV. „Eſſe ea exarata in laminis plumbeis, idqve „litteris plane exilibus; Inſcriptionem teſtari, „litteras eſſe Salomonis; doctrinæ laminis „contentæ auctorem ſtatui Jacobum Zebedæi, Apoſtolum; Scriptores autem diſcipulos ejus, Cæcilium ac Cteſiphontem Marty-

* *G. Voſſius Oratione in obitum Erpenii, pag. 89. tom. IV. operum Voſſii.*

„tyres. De qvibus, ut arbitror, judicium „hoc loco non requiritis.„ Hæc Voſſius, qvi fragmentum etiam profert Epiſtolæ Petri de Caſtro, & rationes recenſet, quibus impeditus eſt Erpenius, quominus morem gereret deſiderio Hiſpalenſis Archiepiſcopi. Quas rationes minime opus eſſe cenſeo, ut huc afferam; quivis namque eas facile conjiciet.

De numero quaternario SS. Evangeliorum, iis quæ ſupra p. 555. ſeq. attuli, addes hæc

Nicolai de Lyra, Procœmio in Marcum.

Conſiderandum, quod licet plura Evangelia & à pluribus fuerint ſcripta, quatuor tamen tantum ſunt approbata, & hoc propter figuram ſacramenti, quod iſte qvaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. 1) in quatuor fluminibus de paradiſo exeuntibus Gen. 2. item 2) in quatuor patriarchis principalibus, à quibus denominata eſt Cariatharbe Gen. 23. quia quatuor principales Patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum ſuis uxoribus. 3) in qvatuor circulis arcæ teſtamenti.

menti. Exod. 25. 4) in qvatuor pedibus menſæ propoſitionis. ibid. 5) in qvatuor cornibus altaris holocauſtorum. Exod. 27. 6) in qvatuor ordinibus lapidum rationalis. Exod. 28. 7) in qvatuor deambulatoriis domus Salomonis, 3. Reg. 7. 8) in qvatuor ventis mortuos vivificantibus. Ezech. 37. 9) in qvatuor minimis terræ, præ ceteris tamen ſapientibus. Prov. 30. 10) in qvatuor viris in fornace DEum laudantibus Dan. 3. 11) in qvatuor fabris cornua hæreſium dejicientibus. Zach. 1. 12) in qvatuor qvadrigis per orbem diſcurrentibus. Zach. 6. 13) in qvatuor animalibus oculatis ante & retro Apocal. 4. de qvibus ibidem ſubditur, qvod reqviem non habent, die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

S. HERMÆ

S. HERMÆ
VIRI APOSTOLICI
PASTOR.

Cum notis ſelectis virorum Doctorum.

Adſcriptis paſſim ſuo loco fragmentis pluribus Græcis quæ in editione præſtantiſſima COTELERIANA deſiderabantur.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. HERMÆ PASTORE.

S. Irenæus, lib. 4. adverſus hæreſes, cap. 3.

BEne ergo pronunciavit Scriptura, quæ dicit: *Primo omnium crede, quoniam unus eſt Deus, qui omnia conſtituit, & conſummavit, & faciens ex eo quod non erat, ut eſſent omnia: omnium capax, & qui à nemine capiatur.* Locus exſtat lib. 2. Mand. 1. Leg. infra in Teſtim. Euſebii, lib. 5. cap. 8.

Clemens Alexandrinus, lib. 1. Strom. in medio: Edit. Pariſ. pag. 311. D.

Dicit autem & Paſtor, Angelus pœnitentiæ, ad Hermam, de pſeudopropheta: *Lib. 2. Mand. 11. cap. 1.*	Λέγει δὲ καὶ ὁ ποιμὴν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, τῷ Ἑρμᾷ, περὶ τοῦ ψευδοπρο-φήτου.

Ibidem, in fine, pag. 356. B.

Divinè ergo Virtus illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione. *Lib. 1. Viſ. 3. cap. 4.*	Θείως τοίνυν ἡ δύναμις, ἡ τῷ Ἑρμᾷ, κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα.

Lib. 2. *ſub intium, pag.* 360. *A.*

Φησὶ γὰρ, ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις, ἡ φανεῖσα.

Dicit enim virtus quæ in viſione, Hermæ, apparuit: *Ibidem, cap.* 3.

Ibid. poſt initium, pag. 379. *B.*

Ὁ ποιμὴν δὲ, ἁπλῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων θεὶς τὴν λέξιν, δικαίους οἶδέ τινας ἐν ἔθνεσι καὶ ἐν Ἰουδαίοις, οὐ μόνον πρὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ νόμου, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν· ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς εἴ τις ἕτερος δίκαιος. Φησὶ γοῦν τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, τοὺς κηρύξαντας τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ κοιμηθέντας, τῇ δυνάμει καὶ τῇ πίστει κηρύξαι τοῖς προκεκοιμημένοις. Εἶτα ἐπιφέρει.

Paſtor autem, cum ſimpliciter de iis qvi defuncti ſunt poſuiſſet dictionem, novit quosdam juſtos in Gentibus & in Judæis; non ſolum ante adventum Domini, ſed etiam ante Legem, ex eo quod Deo fuerint grati & accepti: ut fuit Abel, ut Noë, ut ſi quis alius juſtus. Dicit ergo, Apoſtolos & doctores, qui prædicavarunt nomen Filii Dei; etiam defunctos, poteſtate ac fide prædicaſſe iis qui ante obierant. Deinde ſubjungit: *Et ipſi, &c. Lib.* 3. *Simil.* 9. *cap.* 16.

Ibid. ante medium, *pag.* 384. *D.* &c.

Quæ ergo continet Eccleſiam, ut Paſtor inqvit, Virtus, Fides eſt, per quam ſalvi fiunt electi Dei: quæ autem viriliter agit, Abſtinentia. Seqvuntur vero eas Simplicitas, Diſciplina, Innocentia, Modeſtia, Caritas. Illæ autem omnes ſunt filiæ Fidei. *Lib.* 1. *Viſ. cap.* 9.

Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν ἐκκλησίαν, ὥς φησιν ὁ ποιμὴν, ἀρετὴ, ἡ πίστις ἐστὶ, δι' ἧς σώζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ· ἡ δὲ ἀνδριζομένη, ἐγκράτεια. Ἕπονται δὲ αὐταῖς ἁπλότης, ἐπιστήμη, ἀκακία, σεμνότης, ἀγάπη. Πᾶσαι δὲ αὗται, πίστεως εἰσὶ θυγατέρες.

Ibid. pag. 384. 385.

Dicit itaque timendum eſſe Dominum, ad ædificationem; ſed non Diabolum, ad everſionem. Et rurſus; opera quidem Domini, hoc eſt, præcepta, eſſe diligenda & facienda; opera vero Diaboli, timenda eſſe & non facienda. *Lib.* 2. *Mand.* 7.

Φοβητέον οὖν τὸν κύριον, λέγει, εἰς οἰκοδομὴν, ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον εἰς καταστροφήν. Ἔμπαλιν δὲ τὰ μὲν ἔργα τοῦ κυρίου, τουτέστι τὰς ἐντολὰς, ἀγαπητέον καὶ ποιητέον· τὰ δὲ ἔργα τοῦ διαβόλου, φοβητέον καὶ οὐ ποιητέον.

Ibid. pag. 385. *A.*

Idem autem & dicit pœnitentiam eſſe ſen-

Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναι φησὶ

Φησὶ μεγάλην. Μετανοῶν γὰρ ἐφ' οἷς ἔδρασεν, οὐκ ἔτι ποιεῖ ἢ λέγει. Βασανίζων δὲ ἐφ' οἷς ἥμαρτεν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀγαθοεργεῖ. Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν, μετανοίας διαφέρει. ἄμφω δὲ δείκνυσι τὰ ἐφ' ἡμῖν. Τὸν οὖν εἰληφότα τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνειν χρή. Ἐπὶ γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ μόνῃ μετανοίᾳ τῶν ἁμαρτιῶν· αὕτη ἂν εἴη τῶν προϋπαρξάντων κατὰ τὸν ἐθνικὸν καὶ πρῶτον βίον. τὸν ἐν ἀγνοίᾳ λέγω. Αὐτίκα τοῖς κληθεῖσι πρόκειται μετάνοια, ἡ καθαίρουσα τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, ἵνα ἡ πίστις θεμελιωθῇ. Καρδιογνώστης δὲ ὢν ὁ κύριος, καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκων, τό τε εὐμετάβολον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ πα-

ſum magnum. Qvi enim pœnitentiam agit eorum quæ fecit, non amplius facit vel dicit. Torqvens vero animam ſuam propter quæ peccavit, operatur bene. Remiſſio ergo peccatorum, differt à pœnitentia: ambo autem libertatem noſtram oſtendunt. Eum igitur qui accepit remiſſionem peccatorum, non oportet amplius peccare: in prima nempe & ſola peccatorum pœnitentia: ea autem fuerit eorum quæ prius exſtiterunt in gentili & priori vita: ea, inquam, quæ fuit in ignorantia. Jam iis qui vocati ſunt, proponitur pœnitentia, expurgans locum animæ à delictis, ut fides fundetur. Cùm verò Dominus cogitationes præcordiorum nô-

rit, & futura præſciat; facilem hominis mutationem, & multiplicem nequitiam Diaboli, jam inde à principio prævidit; quòd homini invidens propter remiſſionem peccatorum, aliquas cauſſas delictorum inſuſturus eſſet ſervis Dei, aſtutè & malignè moliens, ut ipſi quoque cum eo cadant. Dedit ergo, qvi multùm miſericors eſt, iis qvi etiam in fide incidunt in aliqvod peccatum, aliam & ſecundam pœnitentiam; qvam ſi quis tentatus fuerit poſt vocationem, & coactus, & callidè circumventus, unam adhuc non pœnitendam accipiat pœnitentiam.

Continuæ autem & ſe invicem excipientes, propter pec-

λέμβολον, καὶ πανοῦργον τοῦ Διαβόλου, ἄνωθεν ἀρχῆθεν προειδὼς, ζηλώσας ἐστὶ (*l.* ἐπὶ) τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν τὸν ἄνθρωπον, προσερρίψηταί τινας αἰτίας τῶν ἁμαρτημάτων τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, φρονίμως πανουργευόμενος, ὅπως δὴ καὶ αὐτοὶ συνεκπέσωσιν αὐτῷ. Ἔδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἂν τῇ πίστει περιπίπτουσί τινι πλημμελήματι, πολυέλεος ὢν, μετάνοιαν δευτέραν· ἣν εἴ τις ἐκπειρασθείη μετὰ τὴν κλῆσιν, βιασθεὶς ἢ καὶ κατασοφισθεὶς, μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμετανόητον. λάβῃ.

Αἱ δὲ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μετάνοιαι,

οὐδὲν

οὐδὲν τῶν καθάπαξ μὴ πεπιστευκότων διαφέρουσιν, ἢ μόνῳ τῷ συναισθέσθαι ὅτι ἁμαρτάνουσι.

cata, pœnitentiæ; nihil differunt ab iis qvi omnino non crediderunt, præterquàm in eo ſolo, quòd ſe peccare ſenſerunt, &c. *lib.* 1. *Mand.* 4. *c.* 2. 3.

Lib. 4. *ante medium, pag.* 503. C. D.

Αὐτίκα ὁ ποιμὴν φησὶν ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τῆς ἀγρίας θηρίας, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος.

Jam verò Paſtor dicit: *Effugietis vim feræ beſtiæ, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula.* Lib. 1. Viſ. 4. cap. 2.

Lib. 6. *p.* 638.

Καὶ καλῶς εἴρηται τῷ ποιμένι, κατέβησαν &c.

Et rectè dictum eſt à Paſtore: *Deſcenderunt* &c. lib. 3. ſimil. 9. c. 16.

Lib. 6. *multò ante finem, p.* 679. *B.*

Ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἐκκλησίας φανεῖσα, ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν, ὃ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀναγγεῖλαι ἐβούλετο; τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησὶ, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαβὰς τελέσαι.

An non enim & Virtus quæ in viſione apparuit Hermæ in figura Eccleſiæ, dedit librum, ut deſcriberet, quem electis annunciari volebat? Eum autem, inquit, deſcripſit ad litteram; non inveniens qvomodo ſyllabas perficeret. *Lib.* 1. *Viſ.* 2. *cap.* 1.

Tertullianus, Catholicus, lib. de Oratione, cap. 12.

Qvòd adſignatâ oratione aſſidendi mos eſt quibuſdam, non perſpicio rationem, niſi ſi Hermas ille, cujus ſcriptura ferè Paſtor inſcribitur, tranſactâ oratione non ſuper lectum aſſediſſet, verùm aliud quid feciſſet, id quoque ad obſervationem vindicaremus. Utiqve non. Simpliciter enim & nunc poſitum eſt: *Cùm adoraſſem, & aſſediſſem ſuper lectum*, ad ordinem narrationis, non ad inſtar diſciplinæ. Alioquin nuſquam erit adorandum, niſi ubi fuerit lectus: immo contra Scripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit. *Lib. 2. in Proœm.*

Idem Tertullianus, Hæreticus, lib. de Pudicitia, cap. 10.

Deus bonus eſt: ſuis, non Ethnicis ſinum ſubjicit: ſecunda te pœnitentia excipiet: eris iterum de mœcho Chriſtianus. Hæc tu mihi, benigniſſime Dei interpres. Sed cederem tibi, ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino Inſtrumento meruiſſet incidi; ſi non ab omni concilio Eccleſiarum, etiam veſtrarum, inter apocrypha & falſa judicaretur; adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum; à qua & aliàs initiaris: cui ille ſi fortè patrocinabitur Paſtor, qvem in calice depingis, proſtitutorem & ipſum Chriſtiani ſacramenti; meritò & ebrietatis idolum, & mœ-

& mœchiæ aſylum poſt calicem ſubſecuturæ; de qvo nihil libentius bibas, quàm ovem pœnitentiæ ſecundæ. At ego ejus Paſtoris ſcripturas haurio, qui non poteſt frangi. *Lib.* 2. *Mand.* 4. *cap.* 3. 4.

Cap. 20.

Et utiquereceptior apud Eccleſias * Epiſtola Barnabæ, illo apocrypho Paſtore mœchorum.

Autor homiliæ de aleatoribus, quæ extat ad calcem Operum S. Cypriani:

Dicit enim Scriptura divina: Væ erit Paſtoribus. Qvod ſi ipſi paſtores negligentes reperti fuerint, quid reſpondebunt Domino pro pecoribus? à pecoribus ſe eſſe vexatos? non credetur illis. Incredibilis res eſt paſtores pati poſſe aliquid à pecore. Magis puniuntur propter mendacium ſuum. *Locus extat lib. III. Similitudine* 9. *n.* 31.

Origenes, Homiliâ 8. *in Numeros.*

Qvòd autem dies peccati in annum pœnæ reputetur, non ſolùm in hoc libro, in qvo nihil omnino eſt quod dubitari poſſit, oſtenditur; ſed & in libello Paſtoris; ſi cui tamen ſcriptura illa recipienda videtur; ſimilia deſignantur. *Lib.* 3. *Simil.* 6. *cap.* 4.

Homiliâ 10. *in Joſuam.*

Similis quoque etiam in libello, qui appellatur

* *Intelligit epiſtolam Canonicam ad Hebræos.*

latur Paſtoris, de his figura deſcribitur. Ait enim; quia eſt arbor quædam, quæ ulmus appellatur, quæ fructum non affert, portat tamen vitem, quæ affert plurimum fructum; & ex eo quod adminiculo eſt viti, quæ ejus viribus nitens, vel afferre, vel ſervare poteſt plurimum fructum, etiam ulmus quæ infructuoſa eſt, neceſſaria videtur & utilis ex hoc ipſo qvòd frugiferæ deſerviat viti. *Lib.* 3. *Simil.* 2. Vide Homiliam *Cæſarii Arelat.* 17. *Edit. Baſil.* (24. *in Biblioth. Patrum.*)

Origenes Hom. 1. *in Pſalmum* 37.

Eſt autem quando erudimur etiam à procuratoribus & actoribus; id eſt, ab his Angelis quibus creditæ ſunt diſpenſandæ & regendæ animæ noſtræ: qvemadmodum deſcribitur in quodam loco Angelus ** pœnitentiæ, qui nos ſuſcipit caſtigandos; ſicut Paſtor exponit; ſi cui tamen libellus ille recipiendus videtur. *Lib.* 3. *Simil.* 6. *cap.* 3.

Hom. 13. *in Ezechielem.*

In libro Paſtoris, in qùo Angelus pœnitentiam docet, duodecim virgines habent nomina ſua; Fides, Continentia, & cætera. Poteſtis quippe legere, ſi vultis. Deinde quando turris ædificatur, cùm aſſumpſeris fortitudines virginum, pariter accipies & id qvod de portis dicitur. *Lib.* 3. *Simil.* 9. *cap.* 2. *&c.* & *cap.* 15.

Lib. 1.

** *f.* pœnæ.

Lib. 1. *de Principiis cap.* 3.

Nam & in eo libello, qui Paſtoralis dicitur, de Angeli poſitione; quem * Hermes conſcripſit, ita refertur: *Primò omnium crede, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit, atque compoſuit; qui cum nihil eſſet prius, fecit omnia: qui eſt omnia capiens, ipſe vero à nemine capitur.* Lib. 2. Mand. 1.

Lib. 2. *cap.* 1.

Ut autem ex Scripturarum auctoritate hæc ita ſe ſe habere doceamus, audi quo modo Macchabæorum libris, &c. Sed & in libro Paſtoris, in primo Mandato, ita ait: *Primo omnium crede, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit, atque compoſuit, & fecit ex eo quod nihil erat ut eſſent univerſa.* Ibid.

Lib. 3. *cap.* 2.

Sed & *de Paſtoribus liber* ** hæc eadem declarat, dicens quod bini Angeli ſingulos quosque hominum comitentur: &, ſi quando bonæ cogitationes cor noſtrum aſcenderint, à bono Angelo ſuggeri dicit; ſi vero contrariæ, mali Angeli dicit eſſe inſtinctum. *Lib.* 2. *Mand.* 6. *cap.* 2.

Lib. 4. *cap.* 2. *In Philocalia cap.* 1.

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ

Ex verſione Rufini

Quod nos etiam in libello Paſtoris, qui à non-

* f. Hermas ** Lib. 3. ſimilitud. 6. *Eamus in agrum, & paſtores pecorum tibi oſtendam.*

nonnullis contemni videtur, deſignatum videmus; cum jubetur * Hermes duos libellos ſcribere, & poſtea denunciare Presbyteris Eccleſiæ, quæ à Spiritu didicit: quod his verbis ſcriptum eſt: *Et ſcribes, &c. Lib. 1. Viſ. 2. cap. 4.*

ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀπαγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ πνεύματος, οὕτως ἀπηγήμεθα. Ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη.

Coteler. Ideo nos & illud in Paſtore; libro qui à quibusdam contemnitur; cum jubetur Hermas duos libros ſcribere, ipſeqve poſtea annunciaré Senioribus Eccleſiæ ea quæ à Spiritu didicerat; ita exponebamus. Dictio autem eſt hæc: *&c.*

Aliud forte fragmentum Græcum huic addere poſſem, *inquit Clariſſ. Grabius Tom. I. ſpicileg. Patrum pag.* 304. ſi Græca Commentaria Origenis ſuper Matthæum integra ſupereſſent. Nam in Latina verſione Tractat. XXX. in Matthæi cap. XXIV. 32. ubi parabola ficus explicatur, hæc legimus a Cotelerio non obſervata: *In aliqua parabola refertur Paſtoris, ſicut placeat etiam illum legere librum, quoniam ſeculum præſens hyems eſt juſtis, qui apparent ſimiles præximis ſuis naturâ, & arboribus videlicet cæteris ſiccis, tempore autem opportuno in fructibus ſuis apparent.* Quæ habentur Lib. III Paſtoris Similitudine 3.

Sed

* *l.* Hermas.

8. Sed notum eſt, quod Græcus textus dictorum Origenis Commentariorum tantùm uſque ad capitis XXII. medium ſit ſuperſtes, exceptis paucis fragmentis, quæ in Catenis Patrum ſuper ſequentia capita habentur, inter quæ tamen citatus locus non comparet. Eſt qvidem & alius à Coteleriо haud indicatus locus in Commentariis Origenis ſuper Matthæum, & quidem Græcis, ubi Paſtor Hermæ citatur, nempe Tom. XIV. in cap. XIX. pag. 361. E. ubi hæc leguntur verba: Εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας, τὸ τοιοῦτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου, καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν τῆς τρυφῆς, εἶτα ὑπὸ τὸν τῆς τιμωρίας, μεθ᾽ ὃν ὑπὸ τὸν τῆς μετανοίας, &c. *Sin ad id emolliendum libro uti audebimus, qui in Eccleſia quidem circumfertur, ſed ab omnibus pro divino non habetur, illud adhibeamus, quod in Libro Paſtoris de quibusdam traditur, qui ſtatim atque ſidem amplexi ſunt, Michaëli ſubjiciuntur, ſed propter voluptatis ſtudium illius tutela excidunt, & ei qui deliciis, deinde verò alteri, qui ſuppliciis, atque ei poſtmodum, qui pœnitentiæ præfectus eſt, ſubduntur,* &c. In quibus verbis reſpicit ad Lib. III. Similitud. 8. §. 3. Verum ſenſum potiùs Hermæ, quam ipſa ejus verba expreſſit.

Ori-

Origenes in Commentariis in Matthæum tract. 39. *Ad Matth.* 24. 42.

Nam ſicut legimus apud Paſtorem, vaſa plena non cito qvis guſtat; nec enim mutantur facile: ſemiplena autem, quia facile creduntur mutari, frequenter guſtantur. *Lib.* 2. *Mand.* 12. *cap.* 5.

Homilia 35. *in Lucam.*

Legimus, ſi tamen cui placet hujusmodi ſcripturam recipere, juſtitiæ & iniquitatis Angelos, ſuper Abrahæ ſalute, & interitu diſceptantes, dum utræque turmæ ſuo eum volunt cœtui vendicare. Qvod ſi cui diſciplet, tranſeat ad volumen, quod titulo Paſtoris ſcribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adeſſe Angelos; malum, qui ad perverſa exhortatur, & bonum, qui ad optima quæque perſuadet. *Lib.* 2. *Mand.* 6. *cap.* 2.

Tomo I. Commentariorum in Johannem.

Secus vero apud nos eſt, qui credimus, ex non entibus, Deum entia feciſſe; ut mater illa ſeptem Martyrum in Machabæorum geſtis, & pœnitentiæ Angelus in Paſtore docuit. *Lib.* 1. *Viſ.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 2. *Mand.* 1.

Lib. 10. *Explanationum in Epiſtolam ad Romanos. Ad capitis* 16. *verſum* 14.

Salutate Aſyncritum, Phlegontem, a) *Hermen, Patro-*

a) *Hunc ordinem ſervat MS. Alexandrinum, in loco Pauli; & Ado, lib. de Feſtivitat.*

Patroban, Herman, & qui cum eis ſunt fratres. De iſtis ſimplex eſt ſalutatio, nec aliqvid eis inſigne laudis adjungitur. Puto b) tamen qvod Hermas iſte, ſit ſcriptor libelli illius, qui Paſtor appellatur: quæ ſcriptura valde mihi utilis videtur, & ut puto, divinitus inſpirata. Quod vero nihil eis laudis adſcripſit, illa opinor eſt cauſa, quia videtur, ſicut ſcriptura illa declarat, poſt multa peccata, ad pœnitentiam fuiſſe c) converſum: & ideo nec opprobrium ei aliquod adſcripſit: didicerat enim d) Scripturam non improperare homini convertenti ſe a peccato: neqve laudis aliquid tribuit; quia adhuc poſitus erat ſub Angelo pœnitentiæ, à qvo, tempore opportuno, Chriſto rurſus deberet offerri. *l. Sedulium, in Collectaneis; ad eundem Apoſtoli locum, nec non Anſelmo tributa Commentaria.*

In Commentariis in Oſeam; ex Philocaliæ cap. 8.

Καὶ ἐν τῷ ποιμένι δὲ, τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου διὰ πολλῶν μὲν λίθων οἰκοδομουμένην, ἐξ ἑνὸς δὲ λίθου φαινομένην εἶναι τὴν οἰκοδομὴν, τί ἄλλο, ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα σημαίνει ἡ γραφή;

Et in Paſtore etiam, ſtructuram turris ex multis quidem lapidibus ædificatam eſſe, ex uno vero lapide factum videri ædificium; quid aliud quam è multis concentum & unitatem ſignificat Scriptura? *Lib.* 1. *Viſ.* 3. *cap.* 2. *& lib.* 3. *Simul.* 9. *cap.* 9. 13. 18.

Euſe-

b) Autem, *Cod. Thuanæus.* c) Converſus *Cod. Th.*
d) à Scriptura non improperari *Th.*

Euſebius, Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 3. cap. 3.

Ex interpret. Rufini.

Et libellus Hermæ, qui appellatur Paſtoris; cujus Paulus in Epiſtolis ſuis meminit; à plurimis non eſt receptus: ab aliis autem neceſſarius judicatus eſt, propter eos qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur; unde & in nonnullis Eccleſiis legitur, & multi veterum ſcriptorum uſi ſunt teſtimoniis ejus.

Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασιν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον· ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη· ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται, ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.

Coteler. Qvoniam vero Apoſtolus Paulus in ſalutationibus illis quæ ſub finem Epiſtolæ ad Romanos leguntur, inter cæteros mentionem fecit etiam Hermæ, cujus eſſe fertur liber Paſtoris: ſciendum eſt eum librum a nonnullis quidem in dubium eſſe revocatum, ob qvos inter receptæ auctoritatis libros poni non poteſt: ab aliis verò maximè neceſſarius, iis præſertim qvi introductoria ad Religio-

ligionem indigent inſtitutione, judicatus eſt; unde etiam in Eccleſiis eum publicè lectum ſcimus, & quoſdam ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus teſtimonio ipſius uſos fuiſſe comperi. *Lege Nicephorum, lib. 2. cap. 46.*

Lib. 3. cap. 25.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ, τε λεγόμενος ποιμήν.

Ex interpr. Ruf.

Poſt hæc jam ſcriptura eſt, quæ dicitur Actus Pauli: ſed & libellus qvi appellatur Paſtoris, &c. de quibus quam maxime dubitatur.

Coteler. Inter libros nothos collocetur & Actuum Pauli ſcriptura, & liber qui dicitur Paſtor.

Lib. 5. cap. 8.

Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ ποιμένος γραφὴν, λέγων· καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ex interpr. Ruf.

Nec non & libellum, qui vocatur Paſtoris, amplectitur, (Irenæus) dicens: Bene ergo refert ſcriptura, quæ dicit: *Primo omnium credendum eſt, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit atque compoſuit.*

Coteler. Non ſolum autem (Irenæus) novit, ſed & recipit Paſtoris ſcripturam, dicens: Recte igitur dixit ſcriptura, quæ ait: *Primo omnium crede, quod unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit;* & cætera. *Lib.* 2. *Mand.* 1. *Lege Niceph. l.* 4. *c.* 14.

Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi &c. paullò poſt init. Edit. Pariſ. Tom. 1. *p.* 55. *D.*

Sed enim divina doctrina, & Chriſtiana fides &c. ait, per Moſem qvidem: &c. per utiliſſimum vero Paſtoris librum: *Primum omnium, crede quod unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent, fecit.* Lib. 2. Mand. 1.	Ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία, καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις &c. Φησὶ διὰ μὲν Μωσέως &c. διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

Lib. de Decretis Nicænæ Synodi, poſt initium, p. 252. *B.*

Hæc autem *dubitatio*, qvemadmodum Paſtor dixit, Diaboli filia eſt, *Lib.* 2. *Mand.* 9.	Τοῦτο δὲ, ὡς ὁ ποιμὴν εἴρηκεν, ἔκγονόν ἐστι Διαβόλου.

Ibidem, mox poſt medium, p. 266. *D.*

At in Paſtore ſcriptum habetur; qvan-	Ἐν δὲ τῷ ποιμένι γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ

τοῦτο

τοῦτο, καί τοι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κανόνος, προφέρουσι· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

doquidem & eum librum, etſi ex Canone non ſit, proferunt: *Primùm omnium, crede quod unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent omnia, fecit.* Lib. 2. Mand. 1.

Epiſtola ad Epiſcopos Africæ, ante medium, p. 936. A. B.

Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ ποιμένι γραφέν· πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Citatur à Theodorito, Eccl. hiſt. l. 1. c. 7.

Secum etiam reputabant quod in Paſtore ſcriptum eſt: *Primum omnium credere, quod unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent fecit.* Ibidem.

In Epiſtola Paſchali. Tom. 2. pag. 39. 40.

Ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις, καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, &c. καὶ ὁ ποιμήν.

Sunt & alii libri, non quidem Canonici, ſed quos Patres ſanxerunt legi iis, qvi ad fidem accedunt, cupiuntque in pietatis verbo inſtitui: ut Sapientia Salomonis, &c. & Paſtor.

Plurima Hermæ afferuntur Græce à pſeudo Athanaſio in doctrina ad Antiochum quæ in nova operum S. Athanaſii editione Tom. 3. p. 252. ſqq. primum prodiit ex MS. Codice Colbertino 4753. curante Eruditiſſimo Montfaucono. Necnon in Antiochi homiliis, quæ viderunt lucem in tomo priore Auctarii Bibliothecæ Patrum Ducæani. Singula ſuis quæque locis infra in Herma ſunt adſcripta.

Didymus in Catena ad Jobi VI. pag. 202.

Omnis igitur diſſoluti impii converſatio in domo pravitatis eſt, non aliter quam lapides extra ædificium, qui ædificandæ turri plane inepti ſunt juxta Paſtorem: a) neqve illud audiunt: b) *Vos autem ſuperædificamini ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.*

Ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, καὶ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου κατὰ τὸν Ποιμένα, οὐδ' ἀκούουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐποικοδομεῖσθε ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν.

Hieronymus, in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. Cum vetere Græco interprete.

Hermam, (cujus Apoſtolus Paulus ad Romanos * ſcribens meminit: *Salutate*

Ἑρμᾶς (οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται· ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέ-

a) Herm. lib. III. ſimilitud. 3. b) Epheſ. II. 20.
* *Rom.* 16. 14.

φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν) λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου ἐπιγραφείσης ποιμὴν, ἥ τις ἐν τισιν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας. Ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis fratres ſunt) aſſerunt auctorem eſſe libri, qui appellatur Paſtor, & apud quasdam Græciæ Eccleſias etiam publice legitur. Revera utilis liber; multiqve de eo ſcriptorum veterum uſurpaverunt teſtimonia: ſed apud Latinos pene ignotus eſt. *l. Adonem Viennenſem, lib. de Feſtivitatibus, &c. Frecutſum, Tom. 2. lib. 2. cap. 4. Honorium Auguſtodunenſem, de Luminaribus Eccleſiæ, c. 10.*

In Prologo galeato.

Igitur Sapienta quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Jeſu filii Sirach liber, & Judith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in Canone.

Lib. 2. Commentariorum in Oſee: ad cap. 7. verſ. 9.

Unde & in libro Paſtoris, ſi cui tamen placet illius recipere lectionem, Hermæ primum videtur Eccleſia cano capite; deinde

 ado-

adoleſcentula, * & ſponſa crinibus adornata. *Lib.* 1. *Viſ. cap.* 2. & *Viſ.* 4. *cap.* 2.

Lib. 1. *in Habacuc*; *ad cap.* 1. *v.* 14.

Ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt; in quo ſcriptum eſt, quendam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus. *Lib.* 1. *Viſ.* 4. *cap.* 2.

Pilaſtrius hæreſi CXXII.

Cum anima facta ſit, ex nihilo ſcilicet, ut ſcriptum eſt: Qui fecit ex nihilo omnia, ut eſſent quæ erant. *Confer lib.* 2. *Hermæ, mandat.* 1.

Rufinus, Expoſitione in Symbolum Apoſtolorum

Alii libri ſunt, qui non Canonici, ſed Eccleſiaſtici à Majoribus appellati ſunt: ut eſt Sapientia Salomonis &c. In novo vero Teſtamento ** libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ, vel judicium Petri.

Autor Operis Imperfecti in Matth. XIX. 28.

Ad hanc autem audeo & ſubtiliorem introducere ſenſum, & ſententiam alterius ſapientis cujusdam Viri (*Origenis, ut ſuſpicatur Cotelerius*) referre. Exponit enim ſic: Quoniam ſicut

* *f.* ut. ** In Codice Latinorum Bibliorum ante DCCC. annos exarato, qui habetur in Bibliotheca S. Germani de Pratis, poſt Tobiam, libros Maccabæorum duos, Sapientiam & librum Jeſu filii Sirach, *Liber Paſtoris*, Apocryphis Veteris Teſt. annumeratur, teſte Rich. Simone lib. 2. Hiſt. Critic. Novi Teſt. p. 106.

ſicut Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus, ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus, ſecundum quasdam proprietates animorum & diverſitates cordium, quas ſolus DEus diſcernere & cognoſcere poteſt; ut quædam animæ ſint quaſi de tribu Ruben, quædam autem de tribu Simeon, vel Levi vel Juda. Puto enim quia omnes ſancti quinque prudentes dicuntur (*Matth.* 25.) quamvis ſint innumerabiles, propter quinque ſenſus ſpiritales: & omnes peccatores, quinque Virgines fatuae, quamvis innumerabiles ſint, propter quinque ſenſus carnales. Et ſicut omnes Eccleſiæ CHriſti, ſeptem Eccleſiæ dicuntur (Apocal. 1.) propter ſeptem ſpiritus, quamvis ſint multæ; omnes enim in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt ſapientiæ virtus, una habetur Eccleſia: item in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt intellectus, altera dicitur Eccleſia; & ſic per ſingulos ſpiritus tractans invenies ſeptem Eccleſias. Similiter propter gratias duodecim quas in perſona duodecim Virginum exponit Angelus in Paſtore, ſi tamen placet illa Scriptura omnibus Chriſtianis; inveniuntur duodecim eſſe tribus; ut puta omnes animæ in quibus præ cæteris virtutibus præcellit virtus veritatis, una eſt tribus. Nec enim omnes gratiæ æqualiter in omnibus ſunt; ſed unus quidem amplius præcellit in iſta, alter vero in illa. *Vide Hermæ lib.* 3. *ſimilitud.* 9. *cap.* 2. & 15.

Caſſianus, Collatione 8. *cap.* 17.

Nam qvod unicuique noſtrum duo cohæreant Angeli, id eſt bonus & malus, Scriptura teſtatur: de bonis quidem, &c. De utriſque vero liber Paſtoris pleniſſime docet. *Lib.* 2. *Mand.* 6. *cap.* 2.

Collat. 13. *cap.* 12.

Adjacere autem homini in quamlibet partem, arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur Paſtoris, apertiſſime docet, in quo Angeli unicuique noſtrum adhærere dicuntur, id eſt bonus ac malus; in hominis vero optione conſiſtere, ut eligat quem ſequatur. *Ibidem.*

Proſper, lib. contra Collatorem, cap. 30.

Poſt illud autem nullius auctoritatis teſtimonium, quod diſputationi ſuæ de libello Paſtoris inſeruit, &c. *Ibid.*

Concilium Romanum, ſub Gelaſio habitum.

Liber, qvi appellatur Paſtoris, apocryphus. *Idem cenſet Nicephorus Conſtantinopolitanus, in fine Chronographiæ.*

Maximus, in caput 4. *lib. de divinis Nominibus, circa initium.*

Atque in Paſtore Hermam perficiente, ſicut ibi legimus in Paſtoris libro. *Et paullo poſt:* Sic etiam in Paſtore legimus.

Καὶ ἐπὶ τοῦ ποιμένος τὸν Ἑρμᾶν τελειώσαντος, ὡς ἐκεῖ ἀνέγνωμεν ἐν τῷ ποιμένι. Οὕτω καὶ ἐν τῷ ποιμένι ἀνέγνωμεν.

Wal-

Walfridus Strabus, *Viſionibus Wettini*. *V.* 675.

Cœlicolas hominum cuſtodes eſſe ſacrata
Scripta ferunt, Dominusque docens oſtendit Jeſus,
Ante Patris faciem ſtantes ſervire Fideles:
Atque liber Paſtoris opem demonſtrat eamdem.

Liber Pontificialis, *in vita Pii.*

Sub hujus Epiſcopatu, frater ipſius * Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu Paſtoris, ut ſanctum Paſcha ** die Dominica celebraretur. *Lege Martyrologia*, *Bedam*, *Adonem*, *Regionem*, *&c.*

In Epiſtola prima earum, *quæ Pio Papæ falſo adſcribuntur.*

Noſſe vos volumus, quod Paſcha Domini, die Dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. Iſtis ergo temporibus * Hermes, doctor fidei & Scripturarum, effulſit inter nos. Et licet nos idem Paſcha prædicta die celebremus; quia tamen quidam inde dubitarunt; ad corroborandas animas eorum, eidem ** Hermæ

* Hermas. ** Hic de Paſchate locus ex libris Hermæ, qui exſtant, excidit. Aliud enim Hermæ ſcriptum, auctori libri Pontificalis ad manum fuiſſe, non crediderim. Neque plane hoc finxiſſe impoſtorem putem, qui Pio Papæ Epiſtolam ſuppoſuit, ut Blondello p. 194. perſuaſum.

Angelus Domini in habitu Paſtoris apparuit, & præcepit ei, ut Paſcha die Dominica ab omnibus celebraretur.

Pſeudo-Tertullianus, lib. 3. adverſus Marcionem.

Poſt hunc deinde Pius; Hermas cui germine frater,
Angelicus Paſtor, * quia tradita verba locutus.

Nicetas ad illud Gregorii Nazianzeni Orat. 40. circa finem, πίστευε τὸ σύμπαντα κόμον, ὅσος τε ὁρατὸς καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον.

Crede, quod quemadmodum in Paſtoris libro habetur, unus eſt Deus, qui omnia creavit atque perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit. Græce: πίστευε ὅτι καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ποιμένι, εἷς ἐστι Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. *Lib. 2. Mandato* 1.

In Vita S. Genovefæ, cap. 4. apud Bollandum 3. Januarii.

Duodecim enim virgines ſpirituales, quas Hermas, qui & Paſtor nuncupatus eſt, in libro ſuo deſcripſit, ei individuæ comites exſtitere; quæ ita nominantur: Fides, Abſtinentia, Patientia, Magnanimitas, Simplicitas, Innocentia, Concordia, Caritas, Diſciplina, Caſtitas, Veritas, & Prudentia. *Lib. 3. Simil. 9. cap. 2.*

* qui.

cap. 2. *&c.* *&* 15. Vide etiam loca alia, in ſequentibus.

Joannes Sarisberienſis Epiſtola CLXXII.

Liber vero Sapientiæ & Eccleſiaſticus, Judith, Tobias & Paſtor, ut idem Hieronymus aſſerit, non reputantur in Canone: Sed neque Maccabæorum liber qui in duo volumina ſcinditur, quorum primum Hebræam redolet eloquentiam, alterum Græcam, quod ſtylus ipſe convincit. Ille autem qui Paſtor inſcribitur, an alicubi ſit, neſcio: ſed certum eſt quod Hieronymus & Beda illum vidiſſe & legiſſe ſe teſtantur.

J. BART. COTELERII JUDICIUM DE S. HERMÆ PASTORE.

QVOD in hominum judiciis ſolet contingere, ut alii plus quam par eſt, alii minus tribuant, tertii modum ſervent ac æquitatem; id ſi ſuper libro Hermæ factum fuiſſe pronunciavero, non verebor ne à veritatis tramite cenſear aberràſſe. Scilicet exceſſerunt recti fines, quotquot Paſtorem inſeruerunt Catalogo divinarum Scripturarum: cum hodie ab univerſa Eccleſia extra Cano-

Canonem legatur. Fuit autem ea ſententia quarundam Eccleſiarum ex illis Græciæ, apud quas, teſte poſt Euſebii Hiſtoriam lib. 3. cap 3. Hieronymo in tractatu de viris illuſtribus, publice recitabatur. Credibile namque ſit partem Opus habuiſſe pro Canonico, partem pro Eccleſiaſtico: quo de ultimo dubitare nos non ſinunt teſtimonia Athanaſii in Epiſtola Paſchali, & Rufini ad Symbolum; ſicut primum confirmatur tum per Auctores qui Hermæ ſcriptum inter dubia volumina, & ab aliquibus admiſſa, rejecta ab aliis recenſent; tum per antiquos Bibliorum codices manu exaratos, quorum nonnulli Paſtorem quoque complectuntur, ut ille Bibliothecæ ſancti Germani; tum per manu ſcriptas veteres Stichometrias, quæ ſimiliter Hermam continent; qualis exſtat in eadem locupletiſſima Bibliotheca, & in theſauro librario Regis Chriſtianiſſimi, alibi edita; tum denique per Eccleſiæ Magiſtros ad eamdem opinionem accedentes. Nam Irenæus ut Scripturam videtur citare. Clemens Alexandrinus divinam eſſe Revelationem innuit. Tertullianus lib. de Oratione cap. 12. venerationem illius non improbat, abſit modo ſuperſtitio. Catholici apud eumdem Tertullianum libro de pudicitia, Montaniſtis opponunt ad auctoritatem fidei cunfirmandam, qvemadmodum apud Athanaſium Ariani Catholicis. Origenes ſcripturam divini-

vinitus inſpiratam putat, licet aliter ſentientibus nolit fieri præjudicium. Caſſianus denique teſtimonia inde deſumpta cum textibus ſacris miſcet.

At ex parte adverſa multum de honore Hermæ Paſtori debito detrahitur à Tertulliano ex antiquis. Ille mirum qvantum mutatus per Montaniſtarum præſtigias à Tertulliano illo libri orthodoxi de Oratione conſcriptore, Paſtoris ſcripturam in Opere Hæretico de pudicitia ſuggillat, appellans Apocrypham, falſam, adulteram; amatricem, patronam & ſociam mœchorum; aſſerensque ab omni concilio Eccleſiarum etiam noſtrarum Catholicarum è divino Inſtrumento expelli. Ubi jocularis eſt error cujuſdam ad Nonnum, quaſi egerit Tertullianus de muliere adultera per Johannem Evangeliſtam initio capitis 8. memorata. Ab illis qvoque minus quam ſatis ſit honorifice ſentitur, qui in Origene, Paſtoris librum contemptui habent. Omitto Proſperum: quia mirum non eſt qvod homo vivens inter Latinos ſuos, quibus pæne ignotum fuiſſe Paſtorem refert Hieronymus, nullam auctoritatem Operi ignorato tribuerit. Euſebium etiam prætereo, Hieronymum, Gelaſium, Nicephorum C. P. qvi cum Nothis & Apocryphis numerant. Jam de iis appellationibus quid ſignificent, ſententiam meam protuli in Notis ad Barnabam. Addi tamen inibi dictis nunc velim, de illa diviſione

Scri-

Scripturæ in Canonicam, dubiam, & Apocrypham; Opus aliqvod nec falſi nominis, nec doctrinæ noxiæ, appellari poſſe Apocryphum, qvod extra Canonem ab omnibus Eccleſiis collocetur. Atque ea ſignificatione, opinor, Hermæ Paſtor Nicephoro CP. Apocryphus eſt. Venio ad recentiores; homines ut eqvidem mihi videtur, duræ frontis. Qvis enim, qvæſo, non obſtupeſcat cum legerit nonnullorum judicia de volumine à tot tantiſque viris tantopere celebrato? Hi librum optimum utiliſſimumque prædicant. Illi vero infamant atqve exagitant, ut Novatianorum & Pelagianorum fontem, Montaniſticarum ſuperſtitionum gurgitem, inſuperque fautorem Arianorum; ut fabuloſum; ut (prô magna crimina!) liberi arbitrii, ſolitudinis Monaſticæ, nec non Purgatorii adſtructorem; ut ruditate Chriſtianiſmi ac reliqviis Gentilitatis conſpicuum; ut Pſeudepigraphum, ſuppoſititium; ut alium ab eo qvem olim manibus terebant SS. Patres; denique ut barbarum, atque per Hæreticos interpolatum, inſertis erroribus ac fabellis. Qvas accuſationes & conſimiles, frivolo aut nullo fundamento ſubnixas, cum ad loca pervenerimus, ſi neceſſe viſum fuerit, Deo dante, abſqve confutatione non relinquemus.

Medium itaque beati tenuere, cum olim, tum nuper, quicumque Hermæ Paſtorem judicavere σύνταγμα non quidem Cano-

Canonicum, ſed Eccleſiaſticum, ac optimæ notæ, & propugnaculum fidei Catholicæ adverſus Montani duritiam; ad hæc fœtum Hermæ Apoſtolici illius viri (nulla quippe ratio contrarium evincit) quem Paulus in fine Epiſtolæ ad Romanos ſalutari jubet. Nam qui Hermetem ſeu Hermem in illius locum ſubſtituunt, aut utrumque confundunt; decepti videntur à fabula libri Pontificalis; ubi ad ſimilitudinem Hermæ ſingitur quidam Hermes Pii Papæ primi frater, Scriptor libri qvo continebatur Mandatum Angeli viſi in habitu Paſtoris de Paſchate die Dominica celebrando. Quod commentum multi amplexi ſunt, præcipueque neſcio quis Poëta ſub honeſto Tertulliani nomine latens l. 3. adverſus Marcionem in fine; item Epiſtolarum Papæ Pii fabricator Epiſt. 1. Beda, Ado, alii, in Chronicis, in Martyrologiis; nec non Auctor Catalogi Pontificum Romanorum, ab Ædigio Bucherio in Commentario ad Victorii Canonem Paſchalem editus, qui forſan ex Pſeudo-Damaſo debet emendari. Sed & facile fuit librariis Hermam mutare in Hermem, & Hermem vice verſa in Hermam. Sicque fortaſſis apud Magiſtrum Sententiarum lib. 4. diſt. 35. n. 5. ex Herma factus fuerit Hermes: ſimiliterqve in Rufiniana Origenis Interpretatione lib. 1. de principiis cap. 3. & lib. 4. cap. 2. Poſtremo ſane loco caput primum Philocaliæ Hermam oſtendit.

Et

Et contra forte prædictus Poëta, *Hermes* ſcripſerat, non *Hermas*; niſi ſi, quem errorem erraſſe videtur Pſeudo Pius, Hermem & Hermam pro uno eodemqve habuerit. Nec diſſimili, qvamvis alia depravatione Editiones S. Hieronymi libro de nominibus Hebraicis, capite de Epiſtola ad Romanos exhibent, *Ermon*, *anathematizantes mœrorem*; cum & res ipſa, & capita de Numeris, de Actis Apoſtolorum *Ermen* reponendum perſvadeant; tametſi *Ermon* qvoque eodem ſenſu exponatur in capitibus de Deuteronomio, de Jeſu Navæ (ubi perperam *Emon* adparet) & de Pſalterio.

Jam vero ex Rufini ad Symbolum verbis obſcurioribus naſcitur quæſtio. Qvæ ſi ita diſtinguantur, *Libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri*; unus noſter liber quatuor geret nomina, *Paſtor*, *Hermas*, *Duæ Viæ*, *Judicium Petri*. Sin autem ubi virgula conſpicitur, major diſtinctio ponatur, duo puncta vel punctum cum virgula; duo conſtituentur libri binomines, alter *Paſtoris ſive Hermatis*, alter *Duæ Viæ vel Judicium Petri*. Equidem nullus dubito qvin diverſa volumina exſtiterint: ſuſpicor magis à Rufino ſcriptum, *Libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis*; *quique appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri*. Rationes cur opera non confundam hæ ſunt. 1. De uno libello ſic locutus fuiſſet, *Qui dicitur Paſtoris, ſive Hermatis*,

metis, *ſive Duæ Viæ*, *vel Judicium Petri.* 2. In toto Paſtore ne verbum quidem de Petro. 3. Pauciora de duabus viis profert initio Mandati VI. quam ut inde nomen acceperit. Certe multo plura apud Barnabam & in Conſtitutionibus Apoſtolorum, hoc denominationis iis ſcriptis non dedere. 4. Aperte B. Hieronymus in Catalogo Judicium Petri diſtinguit ab Hermæ Paſtore: de primo enim diſſerit in Petro. de ſecundo in Herma. Atqve hæc ad Rufinum.

Ex Origenis autem verbis lib. 4. de principiis cap. 2. in Philocaliæ cap 1. p. 22. διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπὸ τινῶν καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προςάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Hoc eſt, *Ideo nos & illud in Paſtore, libro qui à quibusdam contemnitur; cum jubetur Hermas duos libros ſcribere, ipſeque poſtea annunciare Senioribus Eccleſiæ ea quæ à Spiritu didicerat, ſic exponimus.* Ex hoc inquam ſermone conjecerunt viri docti Paſtorem Commentariis ab Origene fuiſſe illuſtratum. Qvamquam loquitur dumtaxat de præſenti expoſitione, quam nempe eodem loci poſt Hermæ teſtimonium ſtatim ſubjungit. Eſt & alius error nonnullorum adeo craſſus, ut nec refutationis indigeant. Dicunt a Hieronymo in Prologo galeato per Paſtorem non

intelligi librum Hermæ, ſed tertium Machabæorum, contorta & longe petita utentes deductione ἀπὸ τῆς παστάδος ſive πασίδος, Cùm ex aliis Hieronymi, cæterorumque locis res manifeſtiſſime pateat.

Denique, cujus habemus animadverſiones multas ad noſtrum Auctorem, Barthius, cum paſſim labitur, cum contra antiquam eam Verſionem quatuor committit. Prius, appellando ruſticam, ſemibarbaram, ſemiveterem: qvod neutiqvam eſt. Alterum, temere & abſque ulla ratione, imo contra omnem rationem, affirmando Epitomen magis eſſe, quam Interpretationem. At aliter rem ſe habere liquet ex convenientia textuum a Veteribus prolatorum. Equidem videntur iſta citrari ex Paſtore à Clemente Strom. 2. pag. 384. προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. *Præcedit quidem fides, timor vero ædificat, perficit autem caritas;* quæ ibi non inveniuntur; verum Clementis ſunt, ſua Hermaicis interſerentis. Tertium commiſſum, quando futilibus conjecturis hariolatur ſcriptam fuiſſe poſt Hieronymi tempora, & ab Anaſtaſio Bibliothecario. Eſto, concedamus barbariem ubique redolere; num eâdem de cauſſa antiquiſſimam Irenæi Interpretationem Anaſtaſio adſcribemus? Sed Hieronymus teſtatur pleriſque ſui temporis Latinis Hermæ volumen ignorari. Quid inde? At multo antea plebi

plebi Africanæ notiſſimum exſtitit: utpote ex cujus lectione mos invaluerat *adſignata oratione aſſidendi*, ut verbis utar Tertulliani. At à Latinis Catholicis, tempore Zephyrini ac ejusdem Tertulliani, ad jugulandam Montani impietatem adhibebatur. Sane ante Anaſtaſium à Hieronymo, Rufino, Caſſiano, Gelaſio, Beda, & Walfrido Strabo, Latinis Scriptoribus, memoratur. An neceſſe eſt ut omnes iſti Græce legerint, & non ex noſtro Interprete? Tranſeo reliqua Barthii momenta pulvere ventoque leviora, ut ultimum illius peccatum attingam. In eo autem conſiſtit qvod Johanni Tarino eam affingit opinionem, de qua vir ille eruditiſſimus οὐδὲ κατ' ὄναρ: quaſi ad Philocaliæ caput primum Rufino adſcripſerit Paſtoris Latinam translationem. Nos ut nihil certi afferre poſſumus, ita ſuſpicamur per prima Eccleſiæ tempora Latinos non caruiſſe laudatiſſimi Operis verſione: d) eam vero aliam à Noſtra fuiſſe, ni-

d) Ut Græcos Hermæ libros inſpiciendi magno deſiderio flagrabat Grotius Epiſtola 768 qua teſtatur ſe fragmenta Chriſtianorum primi & ſecundi ſæculi non indiligenter collegiſſe: Sic Latina quæ habemus Hermæ, antiqviora eſſe Tertulliano & ab illo lecta perſuadebat ſibi qvoq; C V. Nicolaus le Nourry apparatu ad Bibliothecam Patrum T, I. diſſ. IV. cap. 9 p. 53. Cotelerius vero in notis ad lib. 2. mandat. V. laudat interpretationem Codicis Victoriani, ſive Bibliothecæ S. Victoris Pariſ. *preſſius non raro inhærentem Græcis* ab Antiocho in Homiliarum opere citatis, *magno uſui futuram ſi quando Hermas qua lingua ſcripſit in luminis oras exierit.*

hil nos cogit dicere. Cæterum anteqvam manum hinc tollam, monitum te velim, Lector; & capitum lemmata abeſſe à codicibus MSS quibus uſus fui; & in Notis marginalibus qvas ad textum apponendas curavi, litteram G, ſignificare MS. S. Germani, litteram V, MS. S. Victoris; *Adjecta ſunt, in hac, ut in Jo. Clerici Editione, variæ lectiones ex antiquo Codice Carmelitarum Excalceatorum, ſuburbii Pariſienſis; quas ad calcem totius voluminis legere licebat in Pariſ. Edit. Acceſſerunt etiam quæ in infima pagina Oxonienſis Editionis, anni M DC LXXXV leguntur, ex Codd. Bodleianæ & Lambethanæ Bibliothecarum.*

S. Hermæ Paſtoris Editiones.

Prima Jac. Fabri Stapulenſis, Pariſ. 1513. fol. apud Henr. Stephanum avum.

Nic. Gerbelii. Argentorat. 1522. apud Jo. Schottum. 4.

In Orthodoxographis Jo. Heroldi. * Baſil. 1555. & Jo. Jac. Grynæi 1569. fol.

In Bibliothecis Patrum T. 3. Pariſ. 1575. T. 5. 1589. 1610. 1644. 1654. T. 1. Colon. 1618. & Lugd. 1677. fol.

Cum

* Hinc Labbei error, qui in Hæreſiologia editum Hermam falſo tradit. Nimirum ab Heroldo editum Hermam legerat vel meminerat, at non in Hæreſiologia Heroldi verum in ejus Orthodoxographis Hermas occurrit. Labbeum ſecutus Nourrius p. 61.

Cum notis *Caſp. Barthii*, poſt Claudiani Mamerti libros III. de ſtatu animæ, Greg. Thaumaturgi de anima libellum ex verſione Ger. Voſſii & incerti Philoſophi Chriſtiani celebres de anima opiniones, ex Jo. Tarini verſione, Cygneæ 1655. 8. ſubjecto libello Paciani de pœnitentia.

Cum notis *Jo. Baptiſtæ Cotelerii*, inter Patres Apoſtolicos, Pariſ. 1672. fol.

Ex recenſione & cum notis *Jo. Felli* Oxonienſis, Epiſcopi Oxon. 1685. 12. una cum Barnaba.

Cum notis Cotelerii & Felli, in nova Patrum Apoſtolicor. editione à *Jo. Clerico* curata Amſt. 1698. fol.

Belgice, quam verſionem ex Zwickero memorat. B. Ittigius.

Anglice Gvil. Wakeo interprete Lond. 1693. & 1710. 8. cum Epiſtolis Clementis, Barnabæ, Ignatii ac Polícarpi.

Germanice per Jo. Chriſtian. Nehringium. Hallæ Sax. 1718. 8.

Plura de Herma, (quem Philippenſium Epiſcopum nonnulli incerta fide tradunt,) præter jam laudatos Henſchenius IX. Maji T. 2. p. 360. Jo. Pearſonius parte 1. *Vindiciar. Epiſt. Ignatii, Georg. Bullus in defenſione Synodi Nicænæ p.* 30. *ſeq. &* 68-74. *Matthæus Larroquanus p.* 20. *ſq. ad Pearſonianas Ignatii Vindicias. Sam. Basnage ad A. C.* 157. *Elias du Pin, Tillemontius in Memoriis Eccleſ. Nourrius in Apparatu* Tom. 1. *aliique de Hiſtoria & monu-*

mentis Eccleſiaſticis ſcriptores, imprimis D. Tho. Ittigius ὁ μακαρίτης in diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 184 -- 206. & in selectis Hiſt. Eccleſ. Sec. I. capitibus p. 65. ſeq. & p. 155 -- 179. quo poſtremo loco de doctrina in Herma libris comprehenſa erudite differit.

SANCTI HERMÆ PASTOR.

LIBER PRIMUS, Qui inſcribitur, Viſiones.

VISIO PRIMA.

Contra turpes, & elatas cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum caſtigationem.

QVi enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Poſt multos autem annos hanc viſam ego recognovi, & cœpi eam diligere ut ſororem. 1 Exacto autem tempore aliquo, a) lavari eam in flumine Tiberi vidi, & porrexi ei manum, & eduxi eam è flu-

1. Durante primo Chriſtianæ pietatis ardore, conjugati ſubinde, ex conſenſu, thori commerciis abſtinebant, & uxor in ſororem ceſſit: unde infra dicitur, *Conjuge tua, quæ futura eſt ſoror tua.* Hinc anſa data mulieres ſubintroductas retinendi. OXON.

a) MSS. Bod. & Lamb. *poſt tempus aliquod.*

è flumine. 2 Viſaque eâ, cogitabam in corde meo, dicens: Felix eſſem, ſi talem uxorem & ſpecie & moribus ſortitus eſſem. Hoc ſolum, nec ultra quidquam cogitavi. Poſt tempus autem aliquod cum iis cogitationibus proficiſcens, honorificabam creaturam Dei, b) cogitans quam magnifica & pulcra ſit. Et dum ambulaſſem, obdormivi. Et ſpiritus me rapuit, & tulit me per quemdam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, & abruptus, c) & invius ab aquis. Cumque tranſiſſem locum illum, veni ad planiciem; & genibus poſitis, cœpi orare Dominum, & confiteri peccata mea. Et orante me, apertum eſt cœlum; & video mulierem quam concupiveram, ſalutantem me de cœlo, & dicentem: Herma, ave. Et ego proſpiciens illam, dico ei: 3 Domina, quid tu hic

 facis?

2. MSS. German. Bod. Lamb. & Carmel. legunt, *Viſaque ea dixi; Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem & ſpeciem eam viderem, cogitabam in corde meo dicens: Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem & ſpecie & moribus. Hoc ſolum cogitavi, nec ultra aliquid cogitavi.* Ibid.

b) *Deeſt in utroque cod. MS. & Germ. & 3. Vit.*

c) *Deeſt in utroque Cod.*

3. *Domina.*) Ecce iterum Barthius & eſſet mihi ſæpiſſime ad partes vocandus, Criticus minorum gentium. Huic

ſi præ-

facis? At illa reſpondit mihi: d) Recepta ſum e) huc, ut peccata tua arguam apud Dominum. Domina, inquam, num tu me argues? Non, inquit. Sed audi verba quæ tibi f) dictura ſum. Deus, qui in cœlis habitat, & condidit g) ex nihilo ea quæ ſunt, & multiplicavit propter ſanctam Eccleſiam ſuam, iraſcitur tibi, quoniam peccaſti in me. Reſpondens dico ei: Domina, ſi in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco, aut quando tibi turpe verbum aliquod locutus ſum? Nonne ſemper te quaſi Dominam arbitratus ſum? Nonne ſemper te reveritus ſum velut ſororem? Quid

ſi præbeamus aurem, Romano eloquio inuſitatum fuiſſe, audiemus id appellationis uſque ad tempora barbarie miſta. Quaſi vero non innumera exempla oppoſitum luce clarius oſtendant. A quibus congerendis prudens abſtineo, ne agam quod centies actum fuit. Hermas κυρία poſuerat, quo modo à Johanne in Epiſtola 2. Electa vocatur. Tertullianus ad Martyras c. 1 *Domina mater Eccleſia*. Epictetus cap. 62. αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται, *Mulieres ſtatim ab anno decimoquarto à viris Dominæ appellantur*. Sed elegantiſſime omnium Hieronymus Epiſt. 22. cap. 1. *Hæc idcirco, Domina mea Euſtochium, ſcribo: Dominam quippe vocare debeo ſponſam Domini mei*. & cap 11. *Itaque mi Euſtochium, filia, domina, conſerva, germana: aliud enim ætatis, aliud meriti, illud religionis, hoc caritatis eſt nomen*. COT.

Κυρία ſic S Joan Ep. 2. OXON.

d) *Præcepta*. Carmel. MS. e) *Deeſt*. in G. & V.

f) Incipio dicere *MS. Carm.*

g) Origenes ad Joh. I. 1. Vide infr. Lib. 2. Mandat. 1.

Quid in me comminiſceris hæc tam nefanda? Tunc illa arridens mihi, ait: In corde tuo aſcendit concupiſcentia nequitiæ. An non videtur tibi, viro juſto rem h) iniquam eſſe, ſi aſcenderit in corde mala concupiſcentia? Peccatum eſt ei, & quidem grande. Juſtus enim vir, juſta cogitat. Cogitante ergo illo quæ juſta ſunt, & recte eo incedente, in cœlis propitium habebit Dominum in omni negotio ſuo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus ſuis, mortem & captivitatem aſſumunt: maxime ii, qui ſæculum hoc diligunt, & gloriantur in divitiis ſuis: & qui non exſpectant futura bona, i) vacuantur animæ eorum. Hæc autem faciunt 4 dubii, qui non habent ſpem in Domino, & contemnunt & negligunt vitam ſuam. Sed tu ora ad Dominum, & ſanabit peccata tua, totiusque domus tuæ, & omnium Sanctorum.

II. Poſtquam autem locuta eſt verba hæc, clauſi ſunt cœli. Et ego totus eram in mœrore & metu; & dicebam intra me: Si hoc mihi peccatum adſcribitur, quo modo potero ſalvus eſſe? Aut quo modo exorabo Dominum pro peccatis meis abundantiſſimis? Quibus verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius ſit? Hæc me recogitante, & diſcernente

 in

h) *ſævam. G. Carm.* i) vagantur MSS.

4. Δίψυχοι. Hanc vocem, auctorem ſcripſiſſe ex Clem. Alex. diſcimus. Vid. S. Jac. 1. 8. Ibid. Eadem utitur Hermas infra lib. 2. mandat. 9.

ſua potenti condidit ſanctam Eccleſiam ſuam, quam benedixit; ecce transferet cœlos ac montes, colles ac maria; & omnia 9. plana s) fient electis ejus; ut reddat illis repromiſſionem quam repromiſit, cum multo honore 10 & gaudio t) ſi ſervaverint legitima Dei, quæ acceperunt in magna fide.

IV. Cumque conſummaſſet legendo, exſurrexit de cathedra: & venerunt quatuor juvenes, & tulerunt cathedram ad Orientem. Et vocavit me ad ſe, & tetigit pectus meum, aitque mihi: Placuit tibi lectio mea? Dico ei: Domina, hæc mihi noviſſima placent; priora autem ſæva & dura ſunt. At illa ait: Hæc noviſſima iſtis; priora autem refugis & Ethnicis. Et cum loqueretur mecum, duo u) quidam viri apparuerunt; & ſuſtulerunt illam humeris, & abierunt ubi & cathedra erat ad Orientem. Hilaris autem diſceſſit. Et cum abiret, ait mihi: Confortare Herma.

VISIO II.

Rurſum de negligenti uxoris loquacis, & filiorum libidinoſorum caſtigatione, & ejus modo.

I.

Cum vero proficiſcerer cum his, x) circa illud tempus quo & anno priore, y) ambu-

9. Sic Bod. & Lamb. Amedinis, *plena*: Ibid.
s) Plana. V. *MS Carn.*
10. Sic Bod & Ver. impreſi: alii legunt, *gaudio ſervaverint*. Ibid. t) ſic V. *MS. Carn.*
u) Quidem. V. x) *f.* Cumis. y) videtam, ambulans, G.

bulans, commemoratus ſum anni prioris viſionem. Rurſumqve me abſtulit ſpiritus, & duxit me in eundem locum qvo anno primo; z) & honorificavi nomen ejus, quod dignum me arbitratus ſit, & manifeſtaverit mihi peccata priſtina. Et cum ſurrexiſſem ab oratione, video contra me anum illam, quam & anno ſuperiore videram, ambulantem, & legentem libellum aliquem. Et ait mihi: Potes hæc electis Dei renunciare? Dico ei: Domina, tanta, in memoria retinere non poſſum: da autem mihi libellum, & deſcribam. Accipe, inqvit, & reſtituas mihi illum. Ut autem accepi, in qvendam locum agri a) ſecedens, deſcripſi omnia ad litteram; non inveniebam enim ſyllabas. 11 Cumqve conſummaſſem ſcripturam libelli, ſubito de manu mea raptus eſt libellus; à qvo autem, non vidi.

II. Poſt qvindecim autem dies, cum jejunaſſem, multumque rogaſſem Dominum, revelata eſt mihi ſcientia ſcripturæ. Erat autem ſcriptura hæc: Semen tuum, Herma, deliquit

z) cumque veniſſem ad illum locum, poſitis genibus cœpi orare Dominum, & honorificare. *MS Carm.* l. Clem. Al. lib. 6. Stromat ſup. in Teſtimoniis Veterum. a) ſedens. G. *MS Carm.*

11. Quo modo vetuſtiſſimi noſtri codices MSS. deſcripti conſpiciuntur; perpetua literarum ſerie, nulla vocum diſtinctione facta. Locum hunc laudat Clem. Alex. Strom. 6. p. 679. & addit πολλάς. *non inveniebam ſyllabas finire.* OXON.

in corde meo; video contra me cathedram † de lanis candidis, ſicut nix, factam magnam. Et venit mulier anus in veſte ſplendida, habens librum in manu; k) & ſedit ſola, & ſalutavit me: Herma ave. Et ego mœſtus & plorans, dixi; Domina ave. Et illa dixit mihi: Quid mœſtus es Herma, qui l) eras patiens, & modeſtus, & ſemper hilaris? Reſpondens dico ei; Domina, 5 contumelia mihi objecta eſt à muliere optima, dicente quod peccavi in eam. At illa dixit mihi: Abſit à ſervo Dei, res iſta. Sed forte in corde tuo aſcendit illius 6 concupiſcentia. Eſt quidem in ſervis Dei talis cogitatio, peccatum inferens. Non enim debet hæc cogitatio abhorrenda, eſſe in ſervo Dei; neque m) ſpiritus probatus, concupiſcere malum opus; & præcipue Hermas, qui eſt continens ab omni concupiſcentia ſceleſta, & eſt omni ſimplicitate plenus, & innocentiâ magnâ.

III. Verum tamen non cauſſâ tui iraſcitur Dominus, ſed propter domum tuam, quæ nefas admiſit in Dominum, & in parentes ſuos. Et tu cum ſis amator filiorum, non commonuiſti domum tuam, ſed dimiſiſti illos n) converſari violenter; propter hoc enim iraſcitur

† ex adverſo poſitam ſellam.

k) Hieronymus, in Oſee 7. 9. l) es. G.

5. MSS. *laſcivia.* OXON.

6. *Concupiſcentia* voce utitur in notione in Scholis recepta. Ibid.

m) Spiritu. *MS. Carm.* n) conviolari ſævè. *MS. Carm.*

citur tibi Dominus: ſed ſanabit omnia, quæ in o) te geſta ſunt, mala in domo tua. Propter illorum enim peccata & iniquitates, conſumptus es à ſæcularibus negotiis. Jam enim miſericordia Dei miſerta eſt tui, & domus tuæ, & p) conſervavit te in gloria: tu tantum, noli vagari, ſed animæqvus eſto, & conforta domum tuam. Tamquam ærarius 7 producens opus ſuum. q) exponit ei cui vult; ſic & tu verbum quotidianum, juſtum docens, abſcindes grande peccatum. Non deſinas ergo commonere natos tuos: ſcit enim Dominus quod pœnitentiam agent ex toto corde ſuo; & ſcribet te in libro vitæ. Cumque finiſſet verba hæc, ait mihi: Vis audire me legentem? Dico r) ei: Domina, Volo. Eſto ergo auditor. Et revoluto libro, legebat glorioſe, & magnifice, 8 qvæ non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terribilia, quæ non poterat homo ſuſtinere. Noviſſima tamen verba memoriæ mandavi: erant enim pauca, & utilia nobis: Ecce Deus virtutum, qui inviſibili virtute, & magno ſenſu ſuo condidit mundum, & honorifico conſilio circumdedit decorem creaturæ ſuæ, & fortiſſimó ſuo verbo confixit cœlum, & fundavit terram ſuper aquas, † & virtute ſua potenti ſua

o) ante. *Cl. MS. Corm.* p) confortavit. G. V.
7. Vid. Matth. XIII. 52. & XXV. 27. Luc. XIX. 13.
q) obtingit. G. V. r) & ego. id.
8. Alii addunt, *& mirifica*, ſed varia videtur lectio. OXON.
† 2. Petr. III. 5.

tibi revelentur. Tunc remittentur illis peccata quæ jampridem peccaverunt, & omnibus ſanctis, qui peccaverunt usque in hodiernum diem, 14 ſi ex toto corde ſuo egerint pœnitentiam, & abſtulerint à cordibus ſuis dubitationes. Juravit enim Dominator ille, per gloriam ſuam, ſuper electos ſuos, præfinita iſta die, etiam nunc ſi peccaverit aliqvis non habiturum h) illum ſalutem. Pœnitentiæ enim juſtorum habent fines. Impleti ſunt dies pœnitentiæ omnibus ſanctis; Gentibus autem pœnitentia usqve in noviſſimo die. Dices ergo eis qvi præſunt Eccleſiæ, ut dirigant vias ſuas in juſtitia; ut recipiant in pleno repromiſſionem, cum multa gloria. Permanete ergo qvi operamini juſtitiam, & ſic facite, 15 ut i) ſit tranſitus veſter cum ſanctis

14. De die pœnitentiæ præfinita vid: Heb. 3. 8. OXON.
h) Illam V. i) fiat. G. V.

15. *Ut ſit tranſitus veſter cum ſanctis Angelis.*) Viſione 3. cap. 11. *Nihil aliud expectant niſi dormitionem ſuam.* Similitudine 9. c. 15 *Usque ad diem quietis.* Ita paſſim mortis horror mitioribus vocabulis minuitur: ea tranſitus appellatur, dormitio, ſomnus, ſopor, quies, exitus, profectio, arceſſitio, translatio, præmiſſio, peregrinatio, abſentia, natalis dies &c Pſalmo 140. verſu 10. *Singulariter ſum ego, donec tranſeam.* Οὐκ ἔϛι τοῖς δικαίοις θάνατος, ἀλλὰ μετάθεσις. ait Athanaſius libro de Virginitate: Euſebio conſentiente III de Vita Conſtantini 46 & Chryſoſtomo ad viduam juniorem. Tertullianus libro de patientia cap. 9. *Profectio eſt, quam putas mortem.* Cyprianus Epiſtola 26. *Glori-oſas*

ctis Angelis. Felices vos, quicumque ſuſtinetis preſſuram ſupervenientem magnam, & quicumque non negaverit vitam ſuam. Juravit enim Dominus per Filium ſuum: 16
Qui denegaverit Filium k) & ſe, deſpondentes

oſas Martyrum, non dicam mortes, ſed immortalitates. Hieronymus Epiſt 3. de morte Nepotiani, *Intelligeres illum non emori, ſed emigrare.* Epiſt. 29. *Neque enim mors, ſed dormitio & ſomnus appellatur,* &c Epiſt 34. ad Julianum, *Quod ſanctiſſimam conjugem tuam, non quaſi mortuam, ſed quaſi proficiſcentem deduxeris.* Epiſt. 49. *Non moritur quiſquis victurus occiditur* Lib. 1. adverſus Jovinianum cap 14. *Ex quo oſtenditur Virginitatem non mori, ſed manere cum Chriſto; & dormitionem ejus, tranſitum eſſe, non mortem* Libro contra Vigilantium cap. 3. *Sancti non appellantur mortui, ſed dormientes,* &c. Ad Matthæi caput 25. *Sanctorum mors ſomnus appellatur.* Denique ab eodem doctiſſimo diſertiſſimoque Patre obſervatur ad Iſaiæ locum cap. 14. v. 8. *Ex quo tu dormiſti:* dormitionem etiam dici de morte impiorum. Nota inquit, *quod & mortis mors, appelletur dormitio* Ac ne plura coacervando abutar & meo tempore & patientia Lectoris, addo dumtaxat elegantiſſimum hominis Ethnici, Callimachi Epigramma;

Τῇδε Σάων ὁ Διακωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. COT.

Mors fidelium tranſitus eſt ad gloriam, & eorum animæ per angelos in ſinum Abrahæ deportantur. Vid. Luc. 16. 26. OXON.

16. Matth 10.33. Lectio hæc ex Bod. & Lamb elicitur, in impreſſ *qui denegaverit Filium & ſe, ſpondentes ſe vitam illius, & ipſi denegaturi ſunt illum.* Ibid. Confer infra lib. 3. ſimilitud 9 cap. 28

k) ſeque deſpondentes vitam ſuam, qui nunc denegaturi ſunt in &c *MS. C.*

ſuam vitam, illi & ipſi denegaturi ſunt illum in advenientibus diebus. Ii autem qui numquam denegaverint, 17 ob nimiam miſericordiam propitius factus eſt illis.

III. Tu autem Herma, noli meminiſſe l) injuriarum filiorum tuorum, ſed nec ſororem tuam negligas; ſed cura ut emendentur a priſtinis peccatis. Erudientur enim doctrina iſta, ſi tu jam non fueris memor m) injuriæ illorum. Memoria enim n) injuriarum mortem operatur, oblivio vero o) earum vitam æternam. Tu autem, Herma, magnus tribulationes ſæculares ſuſtinuiſti, propter prævaricationes domus tuæ; quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexiſti; & in negotiationibus tuis p) malignis implicitus es; ſed illud te ſalvum faciet, quod non diſceſſeris à Deo vivo, & ſimplicitas tua, & q) ſingularis continentia, ſalvum facient te, ſi permanſeris. Et omnes ſalvos facient qvicumqve hujuſcemodi operantur, & ingrediuntur in innocentia & ſimplicitate. Hi qvi hujusmodi ſunt, invaleſcent adverſus omnes neqvitias, & permanebunt in vitam æternam. Felices omnes qui operantur juſtitiam, non abſumentur usque in r) vitam æternam.

17. *Nimia* idem valet quod *ſumma*. Ibid.

l) malorum *MS. C.* Teſtamentum 12. Patriarch. p. 202. *μὴ λογιζέσθω ἕκαστος κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ* &c.

m) malitiæ *G. MS. C.* n) malorum *G. MS. C.*

o) malorum. *G. MS. C.* p) magnis. G.

q) nimia. G.

r) æternum. G.

nam. Dices autem : Ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega. 18 Prope eſt Dominus convertentibus, ſicut ſcriptum eſt 19 in Heldam & Modal, s) qui vaticinati ſunt in ſolitudine populo.

IV. Revelatum autem eſt mihi, fratres dormienti, à juvene ſpecioſo, & dicente mihi:

18. Scilicet fretus ſponſionibus de miſericordia divina, quas temere adhibet liber apocryphus ſub Eldadi & Medadi nomine conſcriptus; de quo mentio habetur apud Veteres. OXON.

19. *Sicut ſcriptum eſt in Heldam & Modal.*) Iſtorum Prophetarum nomina Numer. XI. 26. 27. in Hebræo & in Vulgata ſunt Eldad & Medad. In LXX. Ἐλδὰδ (ſ. Ἐλδάδ quemadmodum habet Græcus Baſilius lib de Spiritu ſancto cap. 26. nec non Editio Commeliniana Athanaſii, in Synopſi) καὶ Μωδάδ: quippe qui legerint ו pro י, מודד loco מידד: hincque corrupte apud Auctorem Reſponſionum ad Quæſtiones Pauli Samoſatenſis, exiſtimatum Dionyſium Alexandrinum, Reſp. ad Quæſt. 4. Ἀλδὰς καὶ Μωδὰς; & apud Epiphanium lib. 3. tom. 2. Expoſit. Fidei num 4. Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, quo modo profert quoque Nicephorus Conſtantinopolitanus Catalogo & Stichometria Scripturarum, ſeu fine Chronographiæ, ubi ab Anaſtaſio Bibliothecario vertitur *Eldad & Modad*. Pari errato in Theodoriti Quæſt. 21. ad Numeros Ἐλδὰδ καὶ Μωδάδ. Hieronymus interdum, & multi, atque etiam in veteribus Bibliis *Heldad & Medad*. In Scripturarum Indiculo, quem initio Notarum ad Conſtitutiones Apoſtolicas edendum curabimus Ἐλδὰμ καὶ Μωδάμ. Indiculo Prophetarum edendo pariter ad Conſtitut. IV. 6. Ἐλδὰμ & Μω-

s) II. 26. 27.

hi: Anum illam, à qua acceperiſti libellum, quam putas eſſe? Et ego dixi: 20 Sybillam. Erras, inquit, non eſt. Quæ eſt ergo, Domine?

Μωδὰμ. Μωδὰτ quoque Cyrillo Alexandrino. Denique hic *Heldam & Modal*, quamquam vetuſta manus in MS. Bibliothecæ S Germani correxit *Heldad & Medad.* Fuerunt porro Eldadus & Medadus duo homines, aut ex ſeptuaginta Senibus à Moſe electis ad gubernandum populum Iſraëliticum; quæ eſt ſententia Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi 10. & Cyrilli Alexandrini ad Johannis XX. 22 aut ex ſeptuaginta duobus iiſdem viris, ſeptuaginta dictis numero brevi ac rotundo; quemadmodum arbitratur Epiphanius in loco laudato, ac forte qui compoſuit librum de mirabilibus ſacræ Scripturæ (Tom. 3. S. Auguſtini) lib. 1 cap 9. aut extra numerum LXX. poſiti, pari tamen dignitate; quod cenſet Theodoritus; ſuper quos, cum jubente Moyſe ut omnes ad oſtium tabernaculi ſtarent, remanſiſſent in caſtris, *non imperii negligentes*, docet Hieronymus Epiſt. 127 manſ 13 *ſed humilitate ſubmiſſi, dum ſe honore arbitrantur indignos*; ſuper quos, inquam, tunc Spiritus requievit, ornans illos Prophetiæ dono, non quidem temporario, ut reliquos ex LXX. ſi fides Baſilio, ubi ſupra; ſed permanenti. Atque ex hac ſacræ Scripturæ Hiſtoria Numer cap 11. antiquus aliquis anſam accepit fabricandi librum ſub perſona & nomine eorum Prophetarum: cujus Apocryphi meminerunt præter Hermam Athanaſius aut alius ſub finem Synopſeos, Auctor Indiculi inediti, ac Nicephorus CP. Fierique poteſt ut inde accepta fuerit Genealogia quæ exſtat in Traditionibus Hebraicis ad I. Paralipomenon, Tom 3. Operum B. Hieronymi; quo loci ad I. Paralip. IV. 17 hæc habentur; *Ezra interpretatur auxilium: ipſum enim dicunt Amram, patrem Moyſi & Aaron. Mared, rebellans; ipſe eſt Moyſes. Effer, pulvis; ipſe eſt Eldad Jalon ilex; ipſe eſt Medad: iidem duo qui prophetabant. Traditur enim Moyſem poſt acceptam Legem in Eremo,*

ne? Et dixit mihi: Eccleſia Dei eſt. Et dixi ad illum: Quare ergo anus eſt? Qvoniam, inquit, omnium prima creata eſt, ideo anus:

Eremo, patri injunxiſſe ut matrem dimitteret, eo, quod illius amita eſſet; filia enim fuit Levi; poſt cujus diſſidium duxiſſe aliam uxorem Amram, ex qua ſuſcepit duos filios hos, Eldad & Medad; & cætera, in quibus corrigenda hæc, *Et Amaret, id eſt Moyſi accepta eſſe dicitur*, reſcribendo, *Et à Mared, id eſt Moyſe accepta eſſe dicitur*. Cæterum illud, *Prope eſt Dominus convertentibus*, vicinum eſt oraculo Davidico, *Juxta eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde*, Pſalm. XXXIII 19. In *Clementis* Libro qui inſcribitur, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, paullo ante finem; θεὸς πᾶσιν ἐγγύς ἐστι τοῖς πιστεύουσι, καὶ πόῤῥω τοῖς ἀθέοις, ἂν μὴ μετανοήσωσιν. Vide ad Clementin. XVIII 4. COT.

20. *Sibyllam*.) Itaque, concludit plurimæ lectionis vir ac tenaciſſimæ memoriæ David Blondellus in præfatione libri cui titulum dedit, *Apologia pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris*, p 48. 49. & in Opere Gallico de Sibyllis lib. 2. cap. 6. & 7. Carmina exſtantia nunc ſub ementito nomine Sibyllarum, ſtatim poſt ſuppoſitionem venerunt in manus Hermæ fratris Papæ Pii, circa medium 2. ſæculi. Verum hæc concluſio multa ſibi concedi poſtulat, aut incerta, aut falſa etiam; multisque impugnatur. Etenim primo in ea ſomnium hominis Hermas ſeu Hermes frater Pii, toti genuinæ antiquitati indictus, ex cœnoſo gurgite fabulatorum hauſtus, pro vero homine reputatur. Deinde Sibyllæ nomen per eam creditur in Græco exſtitiſſe: at quis novit num illud nomen originem acceptam referat Latino Interpreti; qui Græcum προφῆτιν verterit Sibyllam, ſicut lib. 2. Mand. 6. ἀγγέλους & ἀγγέλου *Genium* ac *Genios* reddidit? Ad hæc, cur Hermas non appellaret Sibyllam mulierem viſam in forma Sibyllæ, hoc eſt ut anum, & cum li-

& propter illam mundus factus eſt. Poſt hæc

[illegible] au-

bro præ manibus? Sibylla quippe πολυχρονιωτάτη dicitur in Ariſtotele libro de mirabilibus auſcultationibus; *longæva ſacerdos* à Virgilio Æneid. VI. & vivax ab Ovidio Metamorph l 14. fab 4. apparuitque Tarquinio vetula: cum libro autem exprimi ſolent Sibyllæ, refertque Lactantius lib. 1. cap. 6 ex Varrone, ſimulacrum decimæ Sibyllæ nomine Albuneæ inventum fuiſſe in gurgite amnis Anienis, tenens in manu librum. Præſertim cum Sibylla in bonam partem accipi queat pro qualibet vate; quaſi ſit θεοῦ βουλὴ Dei conſilium, ſententia ac mens, ex Lactantio ibidem, Hieronymo I. in Jovinian. 26. Servio in III. & VI. Æneidos, ac Iſidoro Originum lib. 8. cap. 8. juxta quem ſicut omnis vir prophetans, dicitur Propheta; ita omnis prophetans femina, Sibylla vocatur. Denique lecta ſint à Noſtro Sibyllina quædam; non inde ſequitur ea eſſe Syllogen quæ in octo libros digeſta proſtat, Apoſtolicis temporibus recentior. Ferebantur enim primo Eccleſiæ ſæculo ſub Sibyllino nomine nonnulla, ad res in Scripturis ſacris contentas pertinentia: unde Joſephus σύγχρονος Apoſtolorum & veri Hermæ, lib. 1. Ἀρχαιολογίας cap. 5. qui locus citatur etiam ab Euſebio Præpar. Evang lib. 9 cap. 15. Hieronymo de Locis Hebraicis in voce *Babel*, & Cyrillo Alexandrino lib. 1. contra Julianum poſt initium; (ubi tamen σφάλματι, ut videtur, μνημονικῷ tribuitur Alexandro Polyhiſtori) refert Sibyllam mentionem feciſſe turris ædificatæ à viris volentibus cœlum ſcandere, everſæ autem ventis divinitus immiſſis; itemque hinc ſecutæ linguarum multiplicitatis, ob quam urbs Babylon appellata fuerit. Sed de Sibyllinis verſibus etiam agimus ad initium Epiſtolæ 2. S. Clementis. COT.

Sibylla, anus fatidica. Conjicit eruditus Cotelerius in principio capitis ſecundi, pro *cum his* reponendum eſſe *Cumis*: quod ſi obtineat, obvia ſatis eſt cauſa quare Hermas Anum Sibyllam eſſe conjecerit, quæ ſemper vitam ibi perennaſſe putabatur. OXON.

autem viſionem vidi in domo mea, & venit illa anus, & interrogavit me, ſi jam libellum dediſſem Senioribus. Et reſpondi: Adhuc non. At illa dixit; Bene feciſti; habeo enim quædam verba edicere tibi. Cum autem conſummavero omnia verba, aperte ſcientur t) ab electis. 21 Scribes ergo duos libellos: & mittes unum Clementi, & unum Graptæ. Mittet autem Clemens 22 in exteras civitates; illi enim permiſſum eſt. 23 Grapte autem commonebit viduas, & orphanos. Tu autem 24 leges in hac civitate cum Senioribus, qui præſunt Eccleſiæ.

t) electi G.

21. *Scribes ergo duos libellos &c.*); Similis locus illi Apocalypſeos c. 1. verſ. 11. *Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis* &c. Expoſitio autem Allegorica Origenis non impedit quo minus ſcripta videantur hæc ſub Clemente Pontifice, qui à Presbyteris ſeparatim memoratur, cuique ſoli demandatur provincia mittendi ad exteras civitates; vivente Romæ quadam femina pietatis conſpicuæ, diaconiſſa forſitan, vocata *Grapte*; quod nomen reperies etiam in Joſepho lib. 5. de bello Judaico cap. 9. COT.

22. Locum hunc laudat Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν. Clementem Romæ Epiſcopum intelligere videtur, qui pro muneris ſui ratione literas encyclicas, ſyſtaticas & formatas ad vicinas Eccleſias frequenter dirigit, & earum rebus conſulit; quod ex Epiſtolis ad Corinthios miſſis conſtat. OXON.

23. Grapte Eccleſiæ Romanæ πρεσβύτις, fœminas & juniores commonefaciet. Ibid.

24. Tu ipſe cum Eccleſiæ Presbyteris tranſigas. Ibid.

Iſta ſic leguntur apud Originem, Philocaliæ cap. I. Ex lib. 4. de Principiis cap. 2. Vide ſupra in Teſtimoniis Veterum.

Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτῇ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς.. Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας.

Ex interpr. Ruf.

Et ſcribes duos libellos, & dabis unum Clementi, & unum Grapte. Et Grapte quidem commoneat viduas & orphanos. Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris ſunt. Tu vero annunciabis Presbyteris Eccleſiæ.

VISIO III.

De triumphantis Eccleſiæ ſtructura, & variis hominum reproborum ordinibus.

I.

Viſio quam vidi, fratres, viſio talis erat. Cum jejunaſſem frequenter, & precatus eſſem Dominum, ut mihi oſtenderet revelationem, qvam pollicitus eſt oſtendere per anum illam; eadem nocte apparuit mihi anus illa; & dixit mihi: Qvoniam ſic u) 25 langues, & ſollicitus es ad ſciendum omnia, veni in agrum, ubi vis, & circa horam ſextam manifeſtabo me tibi, & oſtendam tibi qvæ oporteat

u) jejunus G.

25. Bod. *egens es.* Lam. *egenus es.* OXON.

teat te videre. Rogavi illam, dicens; Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis, elige locum bonum, ſecretum. Antequam autem loqui cœpiſſem, & dicere ei locum, ait mihi: Veniam ubi vis. Fui ergo, fratres, in agro, & obſervavi horas, & veni in locum ubi conſtitueram ei venire. Et video ſubſellium poſitum: erat cervical lineum, & ſuper linteum expanſum carbaſinum. Videns hæc poſita, & neminem eſſe in loco, ſupere cœpi, & capilli mei 26 exſurrexerunt, & quaſi 27 horror x) me comprehendit, cum eſſem ſolus. 28 Ad me autem reverſus, & memoratus gloriam Dei; &, accepta audacia, poſitis genibus confitebar Deo iterum peccata quæ prius. Ecce venit illuc cum juvenibus ſex, quos & ante videram & ſtetit poſt me orantem, & audiebat me orantem & confitentem Domino peccata mea. Et tangens me, dixit: Deſine jam pro peccatis tuis tantum orare. Ora & pro juſtitia, ut accipias partem ex ea in domo tua. Et erexit me de loco, & apprehendit manum meam; & adduxit me ad ſubſellium, & ait illis juvenibus: Ite, & ædificate. Poſtquam autem diſceſſerunt juvenes, & nos ſoli fuimus, ait mihi: Sede hic. Dico ei: Domina, ſine ſeniores ante ſedere. Quod tibi dico, inquit, ſede. Cum-

 que

26. Bod. *exſtruxerunt*. Ibid.
27. Bod. Lam *horripilatio*. Ibid.
x) horripilatio. M S. C.
28. Bod. Lam. *apud*. Ibid.

que vellem ſedere ad dexteram partem, non eſt paſſa, ſed annuebat mihi manu, ut ad ſiniſtram partem ſederem. Cogitante autem me, & mœſto exſiſtente, quod non ſivit me ad dexteram partem ſedere, ait mihi: Quid mœſtus es, Herma? Locus qui eſt ad dexteram, illorum eſt qui jam meruerunt Deum, & paſſi ſunt cauſa nominis 29 ejus. y) Tibi autem ſupereſt multum, ut 30 cum illis ſedeas. Sicut manes, in ſimplicitate tua permane, & ſedebis cum illis, & quicumque fuerint operati illorum opera, & ſuſtinuerint quæ illi ſuſtinuerunt.

II. Dico ei: Domina, vellem ſcire quæ ſuſtinuerunt. Audi, inquit: Feras beſtias, flagella, carceres, cruces, cauſa nominis 31 Ejus. Propter hoc, illorum ſunt dextræ partes ſanctitatis, & quisquis 32 patietur propter nomen z) Dei: reliqvorum autem ſiniſtræ partes ſunt. Sed a) utrisque eis, b) & qui ad dextram, & qui ad ſiniſtram ſedent, ſunt dona & promiſſiones, tantum, qvod ad dexteram ſedentes habent gloriam qvamdam. Tu autem cupidus es ſedere ad dextram cum eis: ſed

29 Bod. *Domini*. Ibid.
y) *Deeſt in Vict.*
30. Laureolam martyrum gloria peculiari præfulgere, ſtudioſe docent omnes ſcriptores veteres. Ibid.
31. Bod. *Domini*. Ibid.
32: Bod. *paſſus fuerit*. Ibid.
z) in V. *deeſt*. a) *Et hoc deeſt*.
b) utriusque & eis. *G. & Carm.*

ſed exiguitates tuæ multæ ſunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. Sed & omnes qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem. Et cum hæc dixiſſet, volebat abire. Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonſtraret qvod repromiſerat viſum. At illa rurſus apprehendit manum meam, & erexit me, & fecit ſedere ſuper ſubſellium ad ſiniſtram: & elevata virga quadam ſplendida, dixit mihi: Vides rem magnam? Dico ei: Domina, nihil video. 33 Ecce non vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur ſuper aqvas, lapidibus c) quadris ſplendidis? In quadrato enim ædificabatur turris ab illis ſex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides: alii de terra transferebant, & porrigebant illis ſex juvenibus. Porro illi accipiebant, & ædificabant. Eos autem qui de profundo extrahebantur lapides, omnes ſic
34 ponebantur d) in ſtructuram: politi enim erant, & convenientes commiſſuræ cum 35
aliis lapidibus, ſicque conjungebantur alius ad

33. Bod. add. *Ait mihi*. Ibid.
c) quadratis. G. MS. C.
34. Bod. *ponebant*. Ibid.
d) imponebant. MS. C.
35. Bod. Lam. *illis*. Ibid. ita & G. V.

ad alium, ita ut commiſſuræ eorum non paterent. e) Et in hunc modum 36 apparebat ſtructura turris, tamquam ex uno lapide ædificata. Cæteros autem lapides, qui adferebantur de terra, quosdam quidem rejiciebant, quosdam vero adaptabant in ſtructuram. Alios excidebant, & porjiciebant longe à turri. Alii autem lapides multi circa turrim poſiti f) erant; & non utebantur illis ad ſtructuram. Erant enim quidam ex illis ſcabroſi, alii autem ſciſſuras habebant, alii vero candidi & rotundi, 37 non convenientes in ſtructuram turris. Videbam autem alios lapides projici longe à turri, & incidentes in viam, & non manentes in via, ſed volvi de via in locum deſertum. Alios autem in ignem incidentes, & ardentes. Alios cadentes ſecus aquam, nec poſſe volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

III. Et cum hæc mihi demonſtraſſet, volebat g) recedere. Dico ei: Domina, quid mihi

e) parerent G MS C. Reſpicit Origenes Philocaliæ cap. 8.

36. Bod. *parebat*. Ibid.

f) Sic MSS. Edit. *jacebant*.

37. *Non convenientes in ſtructuram turris.*) Ex cap 6. 7. Lib. 3. Sim. 9. cap. 6 7. 31. Didymus in Catena Græcorum in Job, ad cap. 8. verſ. 17. 18. *ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, καὶ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, καὶ τὸν Ποιμένα.* COT.

g) recurrere. G. MS. C.

mihi prodeſt hæc vidiſſe, & 38 non ſcire quæ ſint hæ res? Reſpondens dixit mihi: Verſutus es homo, volens ſcire ea quæ circa turrim ſunt. Ita, inquam, Domina, ut fratribus annunciem, & hilariores fiant; & hæc audientes, honorificent Dominum cum multa gloria. Et illa ait: Audient quidem multi: & cum audierint, quidam ex eis gaudebunt, qvidam autem flebunt. Sed & h) illi audientes, ſi pœnitentiam egerint, & ipſi gaudebunt. Audi nunc de ſimilitudine turris omnia hæc, & hactenus mihi de revelatione moleſtior eſſe noli. Revelationes enim iſtæ finem habent: impletæ ſunt enim. Sed tu non deſinis in petendo revelationes: 39 improbus enim es. Turris quidem quam vides ædificari, ego ſum Eccleſia, quæ tibi apparui, & modo, & prius. Qvodcumque igitur volueris, interroga de turri; & revelabo tibi, ut gaudeas cum ſanctis. Dico ei: Domina, qvoniam me ſemel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela. Ait mihi: i) Quodcumque oportuerit tibi revelari, revelabitur; tantum ut cor tuum apud Dominum ſit, & ne dubites quodcumqve videris. Interrogavi illam: Qvare turris

38. Imp. & *ſcire*. OXON.
h) iſti G MS. C.

39. Bod Lam *improbus* h. e. vehemens, cupidus. Et *importunus*. Ibid.

i) ὃ ἐὰν ἐνδέχηταί σοι ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται. Cl. Alex. Strom. 2. init.

ris ædificata eſt ſuper aquas, Domina? Dixeram tibi & prius, verſutum te eſſe, circa
40 ſtructuras diligenter k) inquirentem: igitur inveniens veritatem. Quare ergo ſuper aquas ædificatur turris, audi. Quoniam vita veſtra per aquam ſalva facta eſt, & fiet.
41 Fundata eſt enim verbo omnipotentis & honorifici nominis. Continetur enim ab inviſibili virtute Dei.

IV. Reſpondens dico ei: Magnifice habent ſe res hæ. Illi autem juvenes ſex qvi ædificant, qui ſunt, Domina? 42 Hi ſunt Angeli Dei, qui primo conſtituti ſunt, quibus tradidit Dominus univerſam creaturam ſuam l) ſtruendi, ædificandi, & dominandi creaturæ illius. Per hos 43 enim conſummabitur ſtructura turris. Cæteri autem qui 44 adportant lapides, qui ſunt? Et ipſi m) ſancti Angeli Domini: n) ſed illi ſunt his excellentiores. Cum ergo conſummata fuerit ſtru-

40. Bod. Lam. *Circa ſcripturas. Diligenter inquirens igitur.* Ibid. MS, C. *circa ſcripturas.*
k) inquireus V. G.
41. *Fundata eſt enim verbo omnipotentis & honorifici nominis.* Senſus etiam cœco apparet. At Barthium (ſemel moneo) inſanabile ubique tenet curandi loca ſana Cacoëthes, COT.
42. *Ait mihi. Hi* Sic Bod. & Lam. OXON.
l) creandi & G. C.
43. Lam. Bod *ergo.* Ibid.
44. Bod. *adportabant.* Ibid.
m) ſunt G. V. n) hi autem præcellentes illos. G. C.

ſtructura turris, omnes ſimul epulabuntur juxta turrim, & honorificabunt Dominum, quoniam conſummata erit ſtructura turris. Interrogavi eam dicens: Vellem ſcire exitum lapidum, & vim eorum qualis ſit. Reſpondens autem, dixit mihi: Numquid tu præ omnibus melior es, ut tibi reveletur? Alii enim priores te ſunt, & meliores te, quibus oportebat revelari viſiones has; ſed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum eſt, & revelabitur, propter dubios, qui cogitant in cordibus ſuis, utrumne ſint hæc, an non o) ſint. Dic illis quod hæc omnia ſunt vera, & nihil extra veritatem eſt; ſed omnia firma, p) certeque fundata ſunt.

Clemens Alexandrinus lib. 1. *Strom. in fine.*

Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα, τὰ ὁράματα, φησὶ, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῆς πολυμαθοῦς περιουσίας ἀποδείξεις ἰσχυροποιοῦσι, καὶ βεβαιοῦσι· καὶ θεμε-

Divina ergo poteſtas illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione: Viſiones, inquit, & revelationes, propter dubios, qui cogitant in cordibus ſuis, utrumne ſint hæc, aut non ſint. Similiter autem ex redundanti quoque doctrinæ copia corroborant demonſtrationes, firmant & fundant rationes demonſtrativas, quan-

o) aut non G. p) & certa quæ G. C.

quantum adhuc eorum tamquam juvenum mentes pendent inſtabiles.

λίθοι ἴσοι λόγοις τοῖς ἀποδεικτικοῖς, ὅσον ἔτι αἱ αὐτῶν ὡς νέων φρένες ἠερίθονται.

V. Audi nunc & de lapidibus qui ſunt in ſtructura. Lapides quidem illi quadrati, & albi, convenientes 45 in commiſſuris ſuis, ii ſunt 46 Apoſtoli, & Epiſcopi, & 47 Doctores, & Miniſtri, qui ingreſſi ſunt in clementia Dei, & Epiſcopatum geſſerunt, & docuerunt, & miniſtraverunt ſancte & modeſte electis Dei qui dormierunt, quique adhuc ſunt, & ſemper cum illis convenerunt, & in ſe pacem habuerunt, & ſe invicem audierunt. Propter hoc & in ſtructuram turris conveniunt commiſſuræ eorum. Qvi vero de profundo trahuntur, & imponuntur in 48 ſtructuram, & conveniunt commiſſuræ eorum cum cæteris lapidibus, qui jam ædificati ſunt: ii ſunt qui jam dormierunt, & paſſi ſunt cauſa no-

45. Bod *commiſſura, hi ſunt.* Ibid.

46. *Apoſtoli, & Epiſcopi, & Doctores, & Miniſtri; qui ingreſſi ſunt in Clementia Dei, & Epiſcopatum geſſerunt, & docuerunt & miniſtraverunt ſancte.*) Hic habes diſtinctos Hierarchiæ Ordines; in Apoſtolis, Epiſcopis Epiſcopatum gerentibus, Doctoribus ſeu Presbyteris docentibus, & Miniſtris ſive Diaconis miniſtrantibus. COT.

47. Presbyterorum ordo, *Doctorum* nomenclatura hic deſignatur, quod à Cypriano pariter factum; fruſtra eſt itaque Blondellus, qui ex hoc ſcriptore paritati Presbyterianæ patrocinium quærit. OXON.

48. Bod. *ſtructuram.* Ibid.

nominis Domini. Cæteri autem lapides, qui adportabantur à terra, 49 volo ſcire qui ſint, Domina? Ait: Eos quidem, qui in terram vadunt, & non ſunt politi, illos Deus probavit, 50 quoniam ingreſſi ſunt in æquitatem Domini, & direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem adferuntur, & ponuntur in 51 ſtructura turris, ii ſunt novelli in fide & fideles. Commonentur autem ab Angelis ad benefaciendum, propterea quod non eſt inventa nequitia in illis. Quos autem rejiciebant, & q) ponebant juxta turrim, qui 52 ſunt illi? Ii ſunt qui peccaverunt, & voluerunt pœnitentiam agere; propter hoc non ſunt longe projecti à turri, quoniam utiles erunt in 53 ſtructura, ſi pœnitentiam egerint. Qui ergo pœnitentiam acturi ſunt, ſi egerint pœnitentiam, fortes erunt in fide, ſi nunc pœnitentiam egerint, dum ædificatur turris. Nam ſi conſummata fuerit ſtructura, jam quis non habet locum, ubi ponatur, ſed erit reprobus; ſolummodo autem hoc habebit, 54 qui r) jam ad turrim poſitus eſt.

49. Bod. *ſcire, inquam.* Ibid.
50. Bod. *qui.* Ibid.
51. Bod. *ſtructuram,* Ibid.
q) projiciebant. G. MS. C.
52. Bod. leg. *ſunt? Ii.* Ibid.
53. Bod. *ſtructuram.* Ibid.
54 Lam. *quoniam.* Ibid.
r) quoniam. G. C.

VI. Qui autem recidebantur, & longe projiciebantur à turre, vis ſcire qui ſunt? 55 Ii ſunt filii iniquitatis, & qui crediderunt in ſimulatione, & omnis nequitia non diſceſſit ab eis: propter hoc non habent ſalutem; quoniam non ſunt utiles in 56 ſtructura, propter nequitias ſuas. Quapropter exciſi ſunt, & longe projecti, propter iram Domini, quia exacerbaverunt eum. Cæteros autem lapides, quos vidiſti complures poſitos, non euntes in ſtructuram; ii quidem s) ſcabroſi erant; hi ſunt qui cognoverunt veritatem, & nec permanſerunt in ea, nec conjuncti ſunt ſanctis; propter hoc inutiles ſunt: qui autem ſciſſuras habebant; 57 qui alius adverſus alium in cordibus diſcordiam habent, & non habent pacem inter ſe; in t) præſentia quidem pacem habentes; cum autem unus ab alio u) diſceſſerit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hæ ſunt ergo ſciſſuræ quas habent lapides. Qui vero curti ſunt, 58 ii ſunt qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti; & non integri ſunt. Candidi autem & rotundi, & non convenientes in ſtru-

55. *Volo, inquam, Domina.* Addunt Bod. & Lamb. Ibid.
56. Bod. *ſtructuram.* Ibid.
s) qui ſcabroſi G. C.
57. Add. Bod. *hi ſunt qui.* Ibid.
t) perſona. G. V. u) diſceſſerint. G.
58. Bod. leg. *hi crediderunt quidem, ſed plurimam partem habent iniquitatis.* Ibid.

ſtructuram turris; qui ſunt, Domina? Reſpondens mihi, dixit: Usqveqvo ſtultus es & inſenſatus, & omnia interrogas, & nihil intelligis? Hi ſunt habentes quidem fidem, habentes autem & divitias hujus ſæculi. Cum ergo venerit tribulatio, propter divitias ſuas & negotiationes abnegant 59 Dominum. x) Reſpondens, dico ei. Domina; qvando ergo utiles erunt Domino? Cum circumciſæ, inquit, fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant; tunc erunt utiles Domino, ad ædificium. Sicut enim lapis rotundus, niſi deciſus fuerit, & abjecerit ab ſe aliquid, non poteſt quadratus fieri: ſic & qui divites ſunt in hoc ſæculo, niſi circumciſæ fuerint divitiæ eorum, non poſſunt Domino utiles eſſe. A te primum ſcito. Quando dives y) fuiſti, inutilis eras: nunc vero utilis es, & aptus vitæ tuæ; nam & tu ipſe ex eis lapidibus fuiſti.

VII. Cæteros autem lapides, qvos vidiſti longe projectos à turri, & currentes in via, & volvi de via in loca deſerta; ii ſunt qui crediderunt quidem; dubitatione autem ſua, z) reliquerunt viam ſuam veram, putantes ſe meliorem viam poſſe invenire. Errant autem, & miſeri ſunt: ingredientes in deſertas vias. Qui autem cadebant in ignem, & ardebant; ii ſunt qui 60 in perpetuum abſceſſerunt à Deo

59. Bod. add. *ſuum.* Ibid.
x) ſuum Dominum. y) Nota, *Hermas aliquando dives,*
z) relinquent, G, C, 60. Bod Lam. *in fine,* Ibid.

vivo, nec amplius illis aſcendit in corda pœnitentiam agere, propter deſideria libidinum ſuarum, & ſcelerum quæ operantur. Cæteri vero, qui cadebant juxta aquas, & non poterant volvi in aquas, qui ſunt? Ii ſunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus, cum venit in memoriam ſanctitas veritatis, retrahunt ſe, ambulantque rurſus poſt deſideria ſua ſceleſta. Conſummavit igitur enarrationem turris. Ego vero, cum adhuc eſſem improbus *; interrogavi illam: 61 An iis omnibus lapidibus qui projecti ſunt, nec conveniebant in ſtructuram turris; an eſt pœnitentia, & 62 habebunt locum in turre hac? Habent, inquit, pœnitentiam; ſed in hac turre non poſſunt convenire; 63 alio autem loco ponentur multo inferiore; & a) hoc, cum cruciati fuerint, & impleverint dies peccatorum ſuorum. Et propter hoc transferentur, quoniam b) perceperunt verbum juſtum. Et tunc illis continget transferri de pœnis; ſi aſcenderint in corda ipſorum opera, quæ operati ſunt ſceleſta. Quod ſi non aſcenderint in corda ipſorum, non erunt ſalvi, propter duritiam cordis ſui.

VIII. Cum

* i. e. cupidus, ut ſupra p. 797.

61. Bod. Lam. *an ii omnes lapides, &c. ſi eſt illis.* Ibid.

62. Lam. *habetur in.* Ibid.

63. *Alio autem loco ponentur multo inferiore.*) Falluntur quotquot de Purgatorio intelligunt. Haud dubium quin loquatur de Pœnitentia. COT.

a) hoc loco, C. b) receperunt, C.

VIII. Cum ergo 64 deſtiti interrogare illam de omnibus iſtis; ait mihi: Vis aliud videre? Cumque cupidus eſſem ad videndum, hilaris factus ſum vultu. Reſpiciens me, ſubriſit, & ait mihi: Vides ſeptem mulieres circa turrim? Video, inquam, Domina. Turris hæc, inquit, ab c) iis ſupportatur ſecundum præceptum Domini. Audi nunc effectus earum. Prima quidem earum d) 65 quæ continet manu, Fides vocatur: per hanc ſalvi fient electi Dei. Alia vero quæ ſuccincta eſt, & viriliter agit, Abſtinentia vocatur: hæc filia eſt Fidei. Quisquis ergo ſecutus fuerit illam, felix fiet in vita ſua; quoniam ab omnibus operibus malis abſtinebit; credens, quod ſi ſe continuerit ab omni concupiſcentia, hæres erit vitæ æternæ. Ceteræ autem, inquam, Domina, quinque, quæ ſunt? Filiæ, inquit, invicem ſunt. Vocatur autem quædam Simplicitas, alia Innocentia, alia Modeſtia, alia Diſciplina, alia autem Caritas. Cum ergo ſervaveris opera matris earum, omnia poteris cuſtodire. Volebam ſcire, Domina, quam quæque earum habeat virtutem. Audi, inquit: Virtutes æquales habent; connexæ autem ad invicem ſunt virtutes earum, & ſe-

64. Bod. *deſivi*. OXON.

c) his albis. V. I. Clem. Al. lib. 2. Stromat. ſúpra in Teſtim. Vet.

d) *Hactenus Cod.* MS. 8. *Germ.*

65 Manus contracta, rectiſſime Fidem repræſentat, qua divina promiſſa apprehendimus. Ibid.

quntur ſe invicem ſicut natæ ſunt. Ex Fide naſcitur Abſtinentia; de Abſtinentia Simplicitas; de Simplicitate Innocentia, de Innocentia Modeſtia: de Modeſtia Diſciplina, & Caritas. Harum ergo opera, ſancta, & pudica, & recta ſunt. Quicumque ergo ſervierit his, & a) voluerit tenere opera earum; in turri habebit habitaculum cum ſanctis Dei. Interrogavi illam de temporibus, ſi jam conſummatio eſt? Illa autem exclamavit voce magna, dicens; Inſenſate homo! nonne vides turrim ſemper ædificari? Quando ergo conſummata fuerit turris, & ædificata; habet finem: ſed & cito conſummabitur. Noli me amplius interrogare quidquam. Sufficiat tibi, & omnibus ſanctis commemoratio iſta, & renovatio ſpirituum veſtrorum. Sed non tibi hæc ſoli revelata ſunt; ſed ut omnibus demonſtres ea. Poſt triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba hæc quæ tibi incipio dicere, ut loquaris ea in auribus ſanctorum; ut audientes ea, cum fecerint, emundentur à nequitiis ſuis; ſed & tu cum illis.

IX. Audite me ergo, filii. Ego vos enutrivi in multa ſimplicitate, & innocentia, & modeſtia, propter miſericordiam Dei, quæ ſuper vos ſtillavit in juſtitia; ut ſanctificemini 67 & juſtificemini ab omni nequitia, & omni

a) invaluerit V. C.

66. Lam. Bod. invaluerit. Ibid.

67. Bod. deeſt & *juſtificemini.* Ibid.

omni privitate: vos autem non vultis reqviēſcere à neqvitiis veſtris. Nunc ergo audite me, & pacem habete alius cum alio, & viſitate vos alterutrum, & ſuscipite invicem, & nolite 68 ſoli creaturas Dei percipere. Abundantius etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis, infirmitatem carnis ſuæ contrahunt, & violant carnem ſuam. Aliorum autem qui non habent eſcas, marceſcit caro ipſorum, propter id quod non habent ſufficientem cibum; & conſumitur corpus eorum. Hæc igitur intemperantia nociva eſt vobis, habentibus, & non communicantibus iis qui egent. Attendite judicium ſuperveniens. Qui eminentiores eſtis; inquirite eſurientes, dum adhuc turris non eſt conſummata. Poſtquam enim conſummata fuerit turris; voletis benefacere, & non habebitis locum. Videte ergo vos qui gloriamini in divitiis veſtris, ne forte ingemiscant ii qui egent, & gemitus eorum aſcendat ad Dominum, & excludamini cum bonis veſtris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico qui præeſtis Eccleſiæ, & amatis primos conſeſſus; nolite ſimiles fieri maleficis. 69 Et malefici quidem,

 vene-

68. Vid. Job. 31. 17. Ibid.

69. *Et malefici quidem, venena ſua in pyxidibus bajulant.*) Appoſite Seneca in Exhortationibus, citante Lactantio lib. 3. cap. 15. *Plerique Philoſophorum tales ſunt diſerti in*

venena ſua in pyxidibus bajulant; vos autem venenum veſtrum & 70 pharmacum in corde continetis, & non vultis purgare corda veſtra, & permiſcere ſenſum veſtrum puro cordi, ut habeatis miſericordiam à Rege magno. Videte ergo filii, ne forte hæ diſſenſiones veſtræ fraudent vitam veſtram. Quo modo vos erudire vultis electos Dei, cum ipſi non habeatis diſciplinam? Commonete ergo vos invicem, pacatique eſtote inter f) eos; ut ego coram Patre veſtro aſtans, rationem reddam pro vobis Domino.

X. Cumque deſiiſſet mecum loqui, venerunt illi ſex juvenes qui ædificabant, & tulerunt illam g) ad turrim, & alii quatuor ſuſtulerunt ſubſellium, & abierunt ipſi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam averſi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Reſpondens autem mihi; dixit: De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur. Apparuit autem mihi, fratres, prima viſione, anno 71 ſuperiore

in convitium ſuum; quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium ſui profeſſos putes; adeo redundant ad ipſos maledicta in publicum miſſa. Quos non aliter intueri decet quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena. COT.

70. Bod. *medicamentum.* OXON.

f) vos. V. C. g) àcurri. MS. C.

71. Bod. *priore.* Ibid.

ore, valde anus, & in cathedra ſedens. Alia autem viſione, faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem & capillos aniles; & ſtans mihi loquebatur, hilarior autem erat quam primum. Tertia autem viſione, tota junior erat & aſpectu decora; tantum quod capillos aniles habebat: hilaris autem facie erat, & ſuper ſubſellium ſedens. De his ipſis, mœſtus eram valde, donec cognoſcerem 72 viſionem hanc. Video anum illam in viſu noctis dicentem mihi: h) Omnis rogatio humilitate eget. Jejuna ergo, & percipies à Domino quod poſtulas. Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, & ait: Quod tu frequenter petis revelationes in oratione? Vide ne multa poſtulans, noceas carni tuæ. Sufficiant tibi revelationes hæ. Numquid poteris fortiores revelationes videre, quam quas vidiſti? Reſpondens ei dico: Domine, hoc ſolum peto, pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio. Reſpondit mihi: Vos non inſenſati eſtis; ſed dubitationes veſtræ vos inſenſatos faciunt, i) eo quod non habeatis cor veſtrum ad Dominum. Reſpondi illi, & dixi: Sed à te ea diligentius cognoſcemus.

72. Bod. *revelationem*. Ibid.

h) Antiochus homil. 106. χωρὶς γὰρ ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχήν.

i) &, V.

XI. Audi, inquit, de figuris, 73 quas inquiris. In prima quidem viſione quare anus tibi apparuit, ſuper cathedram ſedens; quoniam ſpiritus veſter antiquior, etiam marcidus eſt, & non habens vim à veſtris infirmitatibus, & dubitatione cordis. Sicut enim ſeniores, qui non habent ſpem renovandi, & nihil aliud exſpectant niſi dormitionem ſuam: ſic & vos infirmati à ſæcularibus negotiis, tradidiſtis vos in 74 ſocordiam, & non projeciſtis à vobis ſollicitudinem in Domino; & 75 confuſus eſt ſenſus veſter, & inveteraſtis in triſtitiis veſteris. Quare ergo ſuper cathedram ſedebat, volebam cognoſcere, Domine. Reſpondit: Quoniam omnis infirmus ſuper cathedram ſedet, propter infirmitatem ſuam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram primæ viſionis.

XII. Secunda autem viſione, vidiſti illam ſtantem, & juvenilem faciem habentem, & hilariorem qvam priſtinam; carnem autem, & capillos aniles. Audi, inquit, & hanc parabolam. Cum ſenior jam fuerit aliquis, deſperat de ſeipſo, propter infirmitatem ſuam, & paupertatem, & nihil aliud exſpectat, niſi diem extremum vitæ ſuæ. Deinde ſubito illi relicta eſt hæreditas; & audiens exſurgit, hilariſque factus induit virtutem; & jam

73. Bod. *de quibus inquiris.* Ibid.
74. MSS. *acedias.* Ibid.
75. Bod. *contuſus.* Ibid. ita & V. C.

jam non diſcumbit, ſed ſtat, & liberatus à prioribus mœroribus; & jam non ſedet, ſed viriliter agit. Ita & vos k) auditâ revelaone, quam Deus vobis revelavit, quia miſertus eſt Dominus veſtri, & renovavit ſpiritum veſtrum, & depoſuiſtis infirmitates veſtras, acceſſit vobis fortitudo, & invaluiſtis in fide; & viſa Deus fortitudine veſtra, gaviſus eſt. Propter hoc demonſtravit vobis ſtructuram turris; & alia oſtendet, ſi ex toto corde pacem habueritis inter vos.

XIII. Tertia autem viſione, vidiſti illam adoleſcentiorem, 76 honeſtam & hilarem, & ſerenum vultum ejus. Sicut enim, ſi alicui mœſto ſupervenerit nuncius bonus aliquis; ſtatim oblitus eſt mœroris, nihilque aliud exſpectat, niſi annunciationem quam audivit, & confortatur de cætero, & renovatur ſpiritus ejus propter gaudium quod accepit: ſic & vos renovationem accepiſtis ſpirituum veſtrorum, videntes hœc bona. Et quia ſuper ſubſellium l) vidiſti ſedentem, fortis poſitio eſt; quoniam quatuor pedes habet ſubſellium, & fortiter ſtat. Nam & Mundus per quatuor elementa continetur. Qui ergo pœnitentiam egerint integre, juniores erunt; & qui ex toto corde penitentiam ege-

k) *Editi:* audite revelationem. *Sed emendavi* ex V.

76. Bod. *bonam.*

l) ita leg. pro *vidiſtis* G. MS. C. *addit:* tanquam urnalem.

egerint, erunt fundati. Habes enim in pleno revelationem; nihil amplius poſtules de revelandis. Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.

VISIO IV.

De tentatione & tribulatione hominibus ſuperventura.

I.

Viſionem vidi, fratres, poſt dies viginti priſtinæ viſionis, figuram 77 tribulationis ſuperventuræ. Proficiſcebar 78 enim in illa via Campana: a via autem publica, in villam, ſunt fere ſtadia decem. Raro autem iter fit per locum illum. Et ſolus ambulans, rogabam Dominum, ut revelationes ejus, quas mihi oſtendit per ſanctam Eccleſiam ſuam, confirmaret; & daret pœnitentiam omnibus ſervis ſuis, qui ſcandalizati ſunt; ut honorificetur nomen ejus magnum & honorificum; & quia me dignum exiſtimavit, ut oſtenderet mihi mirabilia ſua, & eum honorificarem, & gratias agerem. Tamquam vox mihi reſpondit: Ne dubites, Herma. Intra me ergo cœpi cogitare & dicere: Ego quid habeo dubitare, ſic fundatus à Domino, & qui vidi honorificas res? Progreſſus ſum paululum, fratres; & ecce video pulverem uſque

77. Tribulationem intelligit ſub Domitiano. Ibid.
78. Bod. deeſt *enim*. Ibid.

uſque ad cœlum. Cœpi dicere intra me: Numquid jumenta veniunt, & pulverem excitant? Diſtabat autem à me, tamquam ſtadium. Et ecce video magis magiſque pulverem exſurgentem, adeo ut ſuſpicarer eſſe 79 aliquid divinitus. Puſillum autem reſplenduit ſol: & ecce video 80 beſtiam magnam veluti cetum, & ex ore ejus locuſtæ igneæ procedebant. Erat autem ſtatura beſtiæ illius pedes fere centum: caput autem habebat tamquam m) vas urnale. Cœpi flere & invocare Dominum, ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus ſum verbi quod audieram; Ne dubites, Herma. Indutus ergo, fratres, fidem Dei; & memoratus 81 quis docuit me magnalia, audenter in beſtiam me tradidi. Sic autem veniebat beſtia illa, ita ut poſſet in ictu civitatem delere. Veni prope illam; & tam grandis beſtia extendit ſe in terram, & nihil niſi lingvam proferebat, & in totum non movit ſe, donec 82 pertranſiſſem illam totam. Habebat autem beſtia illa ſuper caput colores quatuor; nigrum, deinde rubeum & ſangvinolentum, inde aureum, deinde album.

II. Poſtquam autem pertranſivi illam, progreſſus ſum fere pedes triginta; & ecce occur-

79 Bod. add. *hoc*. Ibid.
80. Vid. Apoc. 11. & 12. Ibid.
m) *Deeſt V.*
81. Lam *qua*. Ibid. *Memoratus* i. e. memor, ut p. 793. ſic *commemoratus* p. 781.
82. Bod. & Lam. *tranſirem*. Ibid.

83 occurrit mihi virgo quædam exornata, tanquam de thalamo prodiens, tota in albis, & calceamentis albis circumdata, & usque ad faciem, mitram habens: pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo â priſtinis viſionibus, quoniam Eccleſia eſt: & hilarior factus ſum. Salutavit autem me, dicens: Ave tu, homo. Et illam reſalutavi, dicens: Domina, ave. Reſpondens autem dixit mihi: Nihil tibi occurrit, homo? Dico ei: Domina, 84 occurrit mihi talis beſtia; quæ poſſit populum conſumere: ſed virtute Dei, & ſingulari ejus miſericordia, evaſi illam. Bene effugiſti, inquit; quoniam ſolitudinem & ſollicitudinem tuam ad Dominum projeciſti, & cor tuum aperuiſti ad eum, credens quod per nullum alium poteris ſalvus eſſe, niſi per magnum & honorifi-

cum

83. *Occurrit mihi virgo quadam exornata tanquam de thalamo prodiens,* &c. *Pro tegumento autem habebat capillos nitidos,*) Apocalypſ. XXI. 2. *Et ego Johannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo, à Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Hieronymus lib. 2. Commentariorum in Oſeam, ad cap. 7. verſ. 9. *Unde & in libro Paſtoris (ſi cui tamen placet illius recipere lectionem) Hermæ primum videtur Eccleſia cano capite; deinde adoleſcentula, ut ſponſa,* (ita enim legi debere ſuſpicatus fui) *crinibus adornata.* Reſpicitur ad hanc ſuperioresque apparitiones, Viſ. 1. cap. 2. Viſ. 2 cap. 1. 4. Viſ. 3. cap. 1. & 10, &c. COT.

84. Bod. & Lamb. omittunt, *occurrit mihi.* OXON.

cum nomen n) ejus. Propter hoc 85 miſit Dominus Angelum ſuum, qui eſt ſuper beſtias, cui no-

n) *Deeſt*. V.

85. *Miſit Dominus Angelum ſuum, qui eſt ſuper beſtias, cui nomen eſt Hegrin.*) Iterum Johañem Apoſtolum imitatur, Apocal IX. 11. *Et habebant* locuſtæ *ſuper ſe regem Angelum Abyſſi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon.* Quod Cæſarienſis Andreas de Diabolo interpretatur, Arethas de bono Angelo. Exiſtimavi alio in Opere (notis ad Chryſoſt. in Daniel. p. 218.) vocem nullius ſignificationis *Hegrin*; reformari debere in ἐγρήγορος; quaſi compendioſa ſcriptura ἐγρήγ, tranſierit in *Hegrin*; dictus autem fuerit ἐγρήγορος Angelus beſtiis præfectus, quoniam Danielis cap. 4. ubi de Nabuchodonoſore ad beſtias relegato agitur, ἐγρηγόρου ſeu Vigilis mentio habetur. Ejus conjecturæ me nondum pœnitet. Si quis tamen aliam adduxerit, non repugnabo: quamquam abſque melioribus Codicibus vix aliquid certi proferri queat. Et vero ex loco Clementis Alexandr. Strom. 4. p. 503. ſuſpicabitur forſan nonnullis Hermam Græce hoc fere modo ſcripſiſſe; ἔπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὅς ἐςιν ἐπὶ θηρίον, ᾧ ὄνομα, ἄγριον: adeo ut Latine ponendum ſit, *ſuper beſtiam*;) ita ex MS. Colbertino legendum docet Nicolaus le Nourry T. 1. apparat. ad Bibl. Patrum p. 120.) & nomen ſit beſtiæ, non Angeli. Pſalmo LXXIX. 14. ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *Devaſtavit eam aper de ſylva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* En verba Clementis; αὐτίκα ὁ Ποιμὴν φησιν· ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγρίου θηρίου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος. *Jam vero Paſtor dicit; Effugietis vim feræ beſtiæ, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula.* Quinetiam Hieronymus lib. I. Commentariorum in Habacucum, ad verſ. 14. c. I. *Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem*: ait; *Sicut igitur in* ho-

hominibus etiam per ſingulos, Dei currit providentia; ſic in cæteris animalibus generalem quidem diſpoſitionem & ordinem curſumq; rerum intelligere poſſumus. Verbi gratia; quo modo naſcatur piſcium multitudo, & vivat in aquis; quo modo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterum abſurdum eſt, ad hoc Dei deducere majeſtatem, ut ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices, quotve moriantur: quæ cimicum, & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo: quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus majorem prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipſos injurioſi ſimus; eamdem rationabilium quam (f. irrationalium quam rationalium) providentiam eſſe dicentes. Ex quo liber ille Apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt, in quo ſcriptum eſt, quemdam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus; & in hanc ſimilitudinem piſcibus quoq; & arboribus & beſtiis univerſis, proprios in cuſtodiam Angelos aſſignatos. Atque ex iis verbis; modo in locum *Tyri* reponatur θηρίȣ; videbitur ſanctus Doctor pro *Hegrin* habuiſſe in ſuo Herme, θηρίον: quæ lectio ſi cui placeat, dicere poterit Angelum beſtiis reptilibus præpoſitum, tuliſſe nomen earum: θηρίον namque beſtia eſt venenata, quod ſunt pleraeque reptilium. Verum tamen, ut equidem nunc ſentio, in mente Hieronymi, cum illa exararet, non erat Hermæ Paſtor; nec Recognitiones Clementi attributæ, ubi lib. 1. cap. 45 habetur: *Deus cum feciſſet mundum, tamquam univerſitatis Dominus, ſingulis quibusq; creaturis principes ſtatuit; ipſis quoque arboribus, montibusque, ac fontibus, & fluminibus, & univerſis, ut diximus, quæ fecerat. Multum eſt enim ire per ſingula. Statuit ergo Angelis Angelum principem, & Spiritibus Spiritum, ſideribus ſidus, Dæmonibus Dæmonem, avibus avem, beſtiis beſtiam, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſcibus, hominibus hominem, qui eſt Chriſt Jeſus.* Habebat inquam, Hieronymus in animo aliud Apocryphum, non extans in præſentiarũ; in quo reptilibus, piſcibus, arboribus, & beſtiis univerſis, certi Angeli cuſtodes ac præſides, cer-

nomen eſt, 86 Hegrin o) & obturavit os ejus, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem

Fff effu-

tisque nominibus, aſſignabantur. Et merito ſtultitiæ deputetur, nomina & functiones ſingulis Angelorum determinaſſe: non tamen Dei providentiam ad minuta quæque extendiſſe; ubi benigno lectore indiget ipſe Hieronymus; nec præfeciſſe animalibus & plantis Angelos; id enim præter Origenem Homil. 14 in Numeros, 23. in Joſuam, 8. in Jeremiam, & 4 in Ezechielem, fecere alii: ut Athenagoras Legatione pro Chriſtianis p. 27. citatus à Methodio apud Epiphanium Hæreſ. 64. num. 21. & apud Photium Codice 234. ſub initium; ut Epiphanius libro de menſuris & ponderibus cap. 22 ut Theodoritus Quæſtione 32. in Geneſim. Atque ea eſt ſententia Platonicorũ in Porphyrio περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. COT.

86. Admonet doctiſſimus Cotelerius, iſta magnam cognationem habere cum iis, quæ dicuntur Apoc. 9 11. Nomen vero *Hegrin*, videri abbreviationem ἐγρηγόρου. ſcil. ἐγρὴν. Dan 4. ubi agitur de Nabuchodonozore ad beſtias miſſo, & decreto à vigili ſeu angelo conſignato. Ego potius conjicerem cum eruditiſſimo noſtro Potockio, *Hegrin* eſſe ipſiſſimam vocem העירין quam licet Græci codices omiſſo ע ſcribant ειρ, tamen alibi per γ ſolent efferre, ut in Gomorrha, Gomer, Gaza, aliiſque quamplurimis. Et quidem angelorum, dæmonumque nomenclatura, vocibus barbaris potius quam Græcis aut Latinis proponi gaudet Quod ſubjungit vir doctiſſ occaſione captata à Clemen. Alexan. qui Strom. 4. locum hunc laudans, beſtiam iſtam ἄγριον θηρίον appellat, ſcripſiſſe Hermam ἔπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ ὅς ἐστι ἐπὶ θηρίου, ᾧ ὄνομα ἄγριον, minus videtur admittendum, ſiquidem nomen Angelo adhibitum, frigido ſynonymo ad beſtiam transducatur. Pari fere jure ἅγιον legendum eſſe prætenderit, ſiquidem in loco Danielis prælaudato iſte ἐγρήγορος dicatur ἅγιος ἀπ' οὐρανοῦ. OXON. o) M.S.C. *Egrin*.

effugiſti, propter fidem tuam, & qui talem beſtiam non dubitaſti. Vade ergo, & enarra electis Dei magnalia ipſius. Et dices illis, quod beſtia hæc figura eſt preſſuræ ſuperventuræ. p) Si ergo præparaveritis vos, poteritis effugere illam, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula, & reliquos dies 87 veſtros ſervieritis Deo ſine querela. Immittite ſollicitudines veſtras ſuper Dominum, & ipſe dirigat eas. Credite Deo, qui eſtis dubii; quoniam 88 omnia poteſt, & avertere iram ſuam à vobis, & mittere vobis 89 præſidia. Væ dubiis iis, qui audierint verba hæc, & contempſerint: melius erat illis non naſci.

III. Interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat beſtia in capite. At illa reſpondit mihi, dicens: Iterum tu curioſus es, de rebus hujuſmodi interrogans. Et dixi: Domina, demonſtra mihi quid ſint illa? Audi, inquit: illud nigrum, mundus eſt, in quo commoramini: igneum autem & ſanguinolentum; quoniam oportet ſæculum hoc per ſanguinem & ignem deperire: aurea autem pars; vos eſtis, qui effugiſtis ſæculum hoc. Sicut enim per ignem, aurum probatur, & utile fit: ſic & vos probamini, qui habitatis in illis. Qui igitur permanſerint 90 & probati

p) Cl. Alex. 4. Strom. Vide Teſt. Vet.

87. Alii leg *vita veſtra* Ibid.

88. MSS B & L. *quoniam poteſt avertere*. Ibid.

89. Alii *ſuffragia*. Ibid.

90. B, & L. addunt, *& perſeveraverint*. Ibid.

bati fuerint ab eis, purgabuntur. Et ſicut aurum q) emendatur, & remittit ſordem ſuam: ſic & vos abjicietis omnem triſtitiam & anguſtiam, & emundabimini in ſtructuram turris. r) Alba autem pars; ſuperventuri eſt ſæculi, in quo habitabunt electi Dei: quoniam immaculati & puri erunt electi Dei in vitam æternam. Tu ergo ne deſinas 91 loqui hæc auribus ſanctorum. Habetis & figuram tribulationis ſuperventuræ magnæ. Nam ſi 92 vos volueritis; nihil erit. In mente habete iſta, qvæ præſcripta ſunt. Hæc cum dixiſſet, diſceſſit. Non vidi autem quem in locum abierit. Strepitus autem factus eſt, & averſus ſum retrorſum, metuens; & putabam beſtiam illam 93 advenire.

LIBER SECUNDUS,
Qui inſcribitur, Mandata.
PROOEMIUM.

CUm 94 oraſſem domi, & s) conſediſſem ſupra lectum, intravit vir quidam reve- renda

q) emundatur. G. & C. r) Album. V.

91. Lam. & Bod. *loquendo*. Ibid.

92. Lam. *etſi volueritis*. Ibid.

93. Lam. & Bod. *venire* Ibid.

94. *Cum oraſſem domi, & conſediſſem ſupra lectum.* Hæc ſunt ad iſtum locum verba magni cenſoris Tertulliani cap.

s) MS. C. *cum ſediſſem.*

cap. 12. lib de Oratione; *Quod adſignata oratione aſſidendi mos eſt quibusdam, non perſpicio rationem, niſi ſi Hermas ille, cujus ſcriptura fere Paſtor inſcribitur, transacta oratione non ſuper lectum aſſediſſet, verum aliud quid feciſſet, id quoq; ad obſervationem vindicaremus. Utiq; non. Simpliciter enim & nunc poſitum eſt;* Cum adoraſſem, & aſſediſſem ſuper lectum; *ad ordinem narrationis, non ad inſtar diſciplinæ. Alioquin nuſquam erit adorandum, niſi ubi fuerit lectus. Immo contra Scripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit. Porro cum perinde faciant Nationes, adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo; vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud Idola celebratur. Eo apponitur & irreverentiæ crimen, etiam ipſis Nationibus, ſi quid ſaperent, intelligendum. Siquidem irreverens eſt aſſidere ſub conſpectu, contraq; conſpectum ejus, quem quam maxime reverearis ac venereris: quanto magis ſub conſpectu Dei vivi, Angelo adhuc orationis aſtante, factum iſtud irreligioſiſſimum eſt; niſi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigaverit?* Ubi mecum obſerva, tum morem Chriſtianorum quorundam ſedendi ſtatim poſt orationem: tum ſimilem Paganorum conſuetudinem: tum denique ſuperſtitionem illius ritus.

Et quidem quod ſpectat ad aſſidendi morem, peracta oratione, eo alluſum forte fuit per Athanaſium Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, Tom 1. Edit. Pariſ. p. 847. ἤδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τοῦ λαοῦ γενομένης ἀπολύσεως ἐξελθόντες· γυναικῶν δὲ ὀλίγων ἀπομεινασῶν, γέγονεν ὡς προσέταξαν· καὶ θέαμα οἰκτρὸν ἦν, ἄρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγαι καθεζόμεναι. *Jam ergo plerique è populo, Dimiſſione facta, exierant: cumque paucæ mulieres remanſiſſent, factum eſt quemadmodum imperaverant: & erat miſerabile ſpectaculum, Adhuc enim nonnullæ poſt orationem ſedebant.* Niſi quod malim ſimpliciter accipere, de mulieribus nulla quidem religione detentis, ſed modeſte exſpectantibus aliorum egreſſum.

Conſuetudo autem Gentilium, teſtes habet cum Tertulliano Pindarum & Plutarchum. Nam Iſthm. Od. 6. Poſita de

ſcriptis precatione ac oraculo Herculis; ſubjungit,

ὣς ἄρα εἰπὼν, αὐτίκα
ἕζετο.

Sic locutus, ſtatim conſedit: Et Plutarchus in Numa p. 69. 70. inter ænigmaticas more Pythagoreo leges illius regis, profert hanc quoque, *Ut ſedeatur poſtquam adoratum fuerit*; tribusque modis explicat; quod firmæ eſſe debeant preces, permanendumque ſit in bonis; quod interſtitium ponere oporteat orationem inter & actionem ſecuturam; quodque in otio, non autem in occupatione ac properanter Numen adire deceat. In Quæſtionibus vero Romanis p. 270. narrat ſuo adhuc tempore uſitatum fuiſſe, ut qui precati eſſent atque adoraſſent, in templis perſeverarent ac ſederent.

Denique ſuperſtitio ritus ejusmodi ſatis declaratur à Tertulliano, tam in verbis laudatis, quam in loco ea præcedente, ad quem te emandamus. Arguiturque par vanitas à B. Hieronymo lib 2. adverſus Jovinianum cap. II. *Si autem*, inquit, *Petrus hora ſexta pranſurus ascendit in cœnaculum, fortuita eſuries non facit prajudicium jejuniorum: hoc enim modo & Dominus, quia ad puteum Samariæ hora ſexta feſſus reſedit, & bibere voluit; omnibus incumbet neceſſitas, velint nolint hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, ut vel Sabbathum eſſet, vel dies Dominicus, & poſt bidui triduique jejunium hora ſexta eſurierit. Numquam enim crediderim Apoſtolum, ſi ante unam diem cœnaverat, epulisque diſtentus fuerat, alterius diei eſuriſſe meridie. Quod ſi cœnavit pridie, & ſequenti die eſurivit ante prandium: non exiſtimo quod usque ad ſatietatem comederit, qui tam cito potuit eſurire.* Satagebant quippe nonnulli περιεργότερον, *cunctarum actionum documenta in ſacris litteris invenire.* Unde doctiſsimus Græcorum Origenes ad illud Danielis XIII. 15. ex Editione τῶν ό *Et ecce Suſanna inambulabat juxta conſuetudinem:* hoc modo loquitur, Interprete eruditiſſimo pariter Latinorum Hieronymo; *Ante jam dictum eſt* (v. 7.) *quod facto mane*, (f *meridie*) *inambularet Suſanna. Nec incongruum eſt, ad pla-*

Fff 3 can-

renda facie, habitu paſtorali, pallio albo amictus, peram in 95 humeris, & virgam in manu geſtans, & ſalutavit me. Et ego reſalutavi eum. Protinuſque conſedit juxta me: & ait mihi: Miſſus ſum ab eo venerabili Nuncio, ut habitem tecum reliquos dies vitæ tuæ. Et ego putabam ipſum ad tentandum me veniſſe. Et dico ei: Tu enim quis es? Ego enim novi cui traditus ſum. Ait mihi: Non cognoſcis me? Non,

candos eos qui omnium quæ gerimus de Scripturis ſanctis quærunt exempla, hunc inambulandi locum aſſumere; quod recte quis ad vegetandum corpuſculum de ambulet. COT.

95. *Peram in humeris, & virgam in manu geſtans.*) Habitus non paſtorum dumtaxat, ſed etiam viatorum: nec non philoſophorum, qui ea propter nomen Bactroperitarum gerebant, à baculo nempe & pera: locum Evangelii Matt. X. 10. *Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*: ſic enarrante Hieronymo; *Arguit philoſophos qui vulgo appellantur Bactroperitæ* (male Mariani Editio *Bactroparatæ*) *quod contemptores ſæculi & omnia pro nihilo ducentes, cellarium ſecum vehebant*, atque poſt Hieronymum Paſchaſio Ratberto ſcribente; *Gulam cohibet, & arguit philoſophos qui dicuntur Bacchionitæ* (l. *Bactrionitæ*, nam codex MS. qui nunc viſitur in Bibliotheca ſancti Germani repræſentat *Bachtrionitæ*) *vel Bactroperitæ* (ita codex idem, non *Baccroperitæ*) *qui omnia mundi pro nihilo ducentes, cellaria ſecum ferebant*. Sed & miſere diſtracta eſt vox Bactroperitæ in *Vactro periti* cap. 17. Synodi S. Patricii, quod ad hunc modum legi atque componi debet; *Monachi ſunt qui ſolitarii ſine terrenis opibus habitant ſub poteſtate Epiſcopi vel Abbatis: (non ſunt autem Monachi, ſed Vactroperitæ hoc eſt contemptores) ſolliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta*: &c. COT.
Lam. *humerum.* OXON.

69 Non, inquam. Ego, inquit, ſum Paſtor ille, cui traditus es. Adhuc loquente eo, figura ejus mutata eſt. Cumque cognoviſſem eſſe eum cui traditus fueram, 97 confuſus ſum, protinusque metus me ſubiit, & totus mœrore confectus ſum, quia ſic ei reſponderam 89 inſipienter. Ait mihi: Noli confundi, ſed virtutem concipe animo in Mandatis meis, quæ daturus ſum tibi. Miſſus ſum enim, inquit, ut quæ vidiſti ſuperius, omnia tibi rurſus oſtendam, præcipue, quæ ex eis utilia ſunt vobis. Primum 99 omnium, Mandata mea, & ſpecies Similitudinum ſcribe. Reliqua autem, ſicut oſtendero tibi, ſic ea ſcribes. Ideo autem præcipio tibi, primum Mandata mea & Similitudines ſcribere; ut ſubinde legendo, facilius ea cuſtodire poſſis. Scripſi igitur Mandata & Similitudines, ita ut præcepit mihi. Quæ audita ſi cuſtodieritis, atque in his ambulaveritis, & exercueritis ea mente pura; recipietis a Domino 1 quæ pollicitus eſt vobis. Sin autem iis auditis, non egeritis pœnitentiam, ſed adhuc adjeceritis ad delicta veſtra; à Domino adverſa recipietis. Hæc omnia præ-

96. Lam. *nequaquam*. Ibid.
97. Bod. *confuſus ſum protinus, metusque in me intravit.* Ibid.
98. Lam & Bod. *nequiter & inſipienter.* Ib. Sic & V. & Carm.
99. Lam. *omnia mandata.* Ibid.
1. Lam. & Bod. *quæcunque.* Ibid.

cepit mihi ſcribere 2 Paſtor ille, Nuncius pœnitentiæ.

MANDATUM PRIMUM

De fide in unum Deum.

Primum omnium, Πρῶτον πάντων 3 πί-
t) crede quod unus ςευσον ὅτι εἷς ἐςιν ὁ Θεὸς ὁ τὰ

2. *Paſtor ille, Nuncius pœnitentiæ*) Ποιμὴν ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, inquit Clemens Alexandrinus. Angelus pœnitentiæ eidem Clementi, libro, Quisnam dives ſalvetur, ad finem, & Origeni in caput 16. Epiſtolæ ad Romanos. Apud Cedrenum non multo poſt initium δἰ Οὐριὴλ τῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλυ. Infra Similit. 9. cap. 14. *præſidem Nuncium pœnitentiæ* cap. 23. *Nuncius & præpoſitus pœnitentiæ*. c. 24 *Præpoſitus pœnitentiæ Nuncius*. Similit. 6. & 7 *Paſtor & nuncius præpoſitus pœnæ.*] Mandato 5. c. 1. *Nuncius æquitatis* Mandato 6. c 2. *Duo Genii* ſeu *Nuncii*; *Genius* ſeu *Nuncius æquitatis, & Genius* ſeu *Nuncius iniquitatis*. Similitud 6. cap. 2. *Nuncius illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis*. Atque à Hieronymo Paſtores Iſ. XIII. 20. intelliguntur Angeli, qui humano præſunt generi, & quotidie vident faciem Patris. COT. Confer quæ de angelo τῷ ἐπὶ εἰρήνης Cotelerius ad Conſt. Apoſtol. VIII. 36.

3. *Primum omnium*, crede &c.) Græca ſunt; πρῶτον πάντων πίςευσον ὅτι εἷς ἐςιν ὁ Θεὸς, τὰ πάντα κτίσας καὶ

t) l. ſup. in Teſt. Vet. Irenæum, l. 4. c. 3. Origenem, l. 1. de Princip. c. 3. & l. 2. c. & ad Joh. 1, 1. Euſebium l. 5, hiſt. c. 8, Athanaſium, de Incarn Verbi: & de Nicænis Decretis: & Epiſt ad Afric & doctrina ad Antioch. T 3. p. 252. Nicetam, ad Greg. Naz. Orat 40, Philaſtrium hæreſi 122, Vide & ſupra lib. I. Viſ. I. c. 1.

ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ ποιήσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. ὁ μόνος πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν.

eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo omnia fecit. Ipſe capax univerſorum, ſolus immenſus eſt. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi poteſt. Crede igitur in eum, & time eum; & timens, habe abſtinentiam. Hæc cuſtodi; & abjice abs te omnem 4 nequitiam, u) & indue virtutem juſtitiæ, & vives Deo, ſi cuſtodieris Mandatum hoc.

καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Sapientiſſimo Mandato hoc uſi ſunt olim SS. Patres, uſi & Hæretici Ariani; cum hoc diſcrimine, quod illi quidem optimo jure id fecerint; hi vero peſſimo exemplo, ſingularique impudentia; quaſi neget Eccleſia unum eſſe Deum, cunctorum creatorem. Verum quid non auſit Hæreſis? Quod autem dicitur Deus capax univerſorum, ſeu capiens omnia, ipſeque immenſus, ſeu qui à nemine capiatur, id in Prædicatione Petri apud Clementem Alex. Strom. 6. p. 635. ſic exprimitur, ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ. *Quo modo,* inquit S. Auguſtinus in Altercatione cum Paſcentio Ariano, poſt Epiſtolam 177. *eſt incapabilis pater, quem capit Filius totum?* & quibuſdam interjectis; *Laudantes Deum, dicere ſolemus in precibus, ejus magnitudinem admirantes; Qui capit omnia quem capit nemo; ſed hominum: nam totus capitur à Filio.* In Arnobii & Serapionis conflictu p. 543. *D Capax, non capabilis.* COT

4. Sic Lam & Bod. *concupiſcentiam & nequitiam.* OXON.

u) Sic recte V. pro *inde*.

MANDATUM II.

De fugienda obtrectatione, & Eleemoſyna facienda in ſimplicitate.

DIxit mihi: Simplicitatem habe, & innocens eſto; & eris ſicut 5 infans, qui neſcit malitiam, quæ perdidit vitam hominum. Primum de nullo male loquaris, neque libenter audias male loquentem. Sin vero, & tu audieris; particeps eris peccati male loquentis; & credens, tu quoque peccatum habebis; quia credidiſti male loquenti de fratre tuo. Perniciosa eſt 6 detractio, inconſtans Dæmonium eſt: numquam in pace conſiſtit; ſed ſemper in diſcordia manet.

Ἁπλότητα ἔχε καὶ ἄκακος γενοῦ καὶ ἔσο ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπολοῦσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε τοῦ καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μὴ, καὶ σὺ ἀκούων ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Πονηρὸν γὰρ πνεῦμα ἐστιν ἡ καταλιὰ καὶ ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεύων, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν.

Hinc

5. MSS. *infantes qui neſciunt.* Ibid.

6. *Detractio, inconſtans Dæmonium eſt.* καταλαλιὰ, ἀκατάστατον δαιμόνιον. Quippe ſolent Eccleſiæ magiſtri vitia ita appellare; hic lib. 3. Simil. 9. cap. 22. 23. Mandato 14. cap. 1. ut alibi paſſim. *Unde mihi videtur*, verba ſunt Origenis Homil. 15. in Jeſum Navæ, quæ ex parte imitatur Hieronymus ad Habac. III, 14. *eſſe infinitas*

finitus quidam numerus contrariarum Virtutum, pro eo quod per ſingulos pene homines ſunt Spiritus aliqui, diverſa in iis peccatorum genera molientes. Verbi cauſſa, eſt aliquis fornicationis Spiritus alius; eſt avaritiæ Spiritus, alius vero ſuperbiæ. Et ſi invenias eſſe aliquem hominem, qui his omnibus malis, aut etiam pluribus agitetur, omnes hos vel etiam plures in ſe habere inimicos putandus eſt Spiritus. Unde & per ſingulos plures eſſe credendi ſunt; quia non ſingula ſinguli homines habent vitia, vel peccata committunt, ſed plura ab unoquoque videntur admitti. Et iterum non eſt putandum, quod unus fornicationis Spiritus ſeducat eum, qui (verbi gratia) in Britanniis fornicatur, & illum qui in India, & in aliis locis; neque unum eſſe iræ Spiritum, qui diverſis in locis diverſos homines agitet: ſed puto magis, principem quidem fornicationis Spiritum unum eſſe, innumeros vero eſſe qui in hoc ei officio pareant; & per ſingulos quoſque homines, diverſi Spiritus, ſub eo principe militantes, ad hujuscemodi eos peccata ſollicitent. Similiter & iracundiæ Spiritum principem unum eſſe arbitror, innumeros vero eſſe ſub ipſo agentes, qui per ſingulos quoſque homines, hujusmodi vitii peccata ſuccendant. Similiter & avaritiæ unum eſſe principem, ſic & ſuperbiæ & cæterorum malorum, &c. ubi de omnium principum principe ac duce, totiusque nefandæ militiæ magiſtro; item de victoria ſanctorum, poſtquam victus Dæmon peculiaris cujusdam vitii, numquam alium hominem impugnare permittitur: quod tamē credat qui volet. Idem Origenes ad Johannis VIII. 49. *Convenit juxta Scripturas, peccantes multa facere præter rationem; non ob aliud, niſi quia facti fuerint capaces operationis mali Spiritus vel voluntatis immundi Dæmonis. Non dubitarunt igitur vel ea quæ exiſtimantur eſſe levia peccata Dæmoniis tribuere, illi qui dixerunt repentinam iram, ſimiliterque detractionem Dæmonium eſſe.* Aperte reſpicit ad Hermæ loca. Sed & (ut pauca è multis colligam) Scriptori Recognitionum lib. 2. cap. 25. ignorantia eſt Dæmon peſſimus, Euſebio Præpar. Evang. lib.

9. cap.

Hinc etiam Antiochus, Homilia 29. iſta habet.

Bonum itaque eſt, de nullo male loqui, neque libenter audire male loquentem. Sin vero, & qui audierit, reus erit peccati hominis malè loquentis, ſi crediderit oblocutioni. Qui enim credet, habebit adverſus fratrem ſuum. Hic ergo reus eſt peccati hominis oblo-*

Καλὸν οὖν ἐςὶν, ἐπὶ μηδενὸς καταλαλεῖν, μηδὲ ἡδέως ἀκούειν καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μὴ, καὶ ὁ ἀκούων ἔνοχος ἐςαι τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος, ἐὰν πιςεύσῃ τῇ καταλαλιᾷ. Ὁ γὰρ πιςεύσας, ἕξει κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Οὕτως οὖν ἔνοχός ἐςι τῆς ἁμαρτίας τοῦ

* Matth. V. 23.

9. cap. 2. voluptas αἰσχρὸς καὶ ἀκόλαςος δαίμων, Baſilio Homilia in ebrioſos & Chryſoſtomo Homil. 1. ad populum Antiochenum & 29. in Geneſim ac libro quod nemo læditur niſi à ſeipſo cap. 5. ebrietas αὐθαίρετος δαίμων; ut & avaritiam appellat Theodorus Studita Catecheſi 7. Eidem Chriſoſtomo in Pſalmum 4. & Homil. 87. in Matth. ira eſt δαίμων χαλεπός: Pſeudo-Chryſoſtomo autem ad Matth. V. 43. odium dicitur Spiritus tenebrarum; φιλοτιμία Nazianzeno Epiſtola 43. κακίςη δαιμόνων: Acedia nonnullis Senum apud Caſſianum lib. 10 de inſtit. Cœnob cap 1. meridianus Dæmon Pſalmi nonageſimi; & Johanni Climaco Scalæ Gradu 27. pag. 414. vana gloria τρίβολος δαίμων, hoc eſt meo quidem judicio, Dæmon inſtar tribulorum in lupatis, reliquos vetiorum Spiritus coercens ac refrenans. Denique non pauci dæmonia ſeptem, quæ Dominus ejecit ex Maria Magdalena, interpretantur de ſeptem vitiis. Vide Nilum Ep. ad Dominum Juniorem, ad Gregorium Diaconum, item ad Ioannem Monachum Lib. I. n. 294. *Nec eſt aliud ebrietas, quam manifeſtiſſimus Dæmon.* Baſilius in Admonit. c. 14. & Reg. Solitariorum, cap. 46.

COT.

τοῦ καταλαλοῦντος. Οὐ δεῖ γὰρ κατὰ ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι, σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ καταλαλιά, κἂν ἀληθῆ ᾖ τὰ λεγόμενα. ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τὸν καταλαλοῦντα. Ὢ πόσον πονηρά ἐστιν ἡ καταλαλιά, ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν.

quentis. Neque enim oportet aliquid dicere contra fratrem abſentem, calumniandi intentione, quod eſt oblocutio, licet vera ſint quæ dicuntur: ſed potius oblocutorem averſari. O quantum pernicioſa eſt detractio, inconſtans Dæmonium; numquam in pace conſiſtens, ſed ſemper in diſcordia manens!

ἀπέχου* οὖν ἀπ' αὐτοῦ καὶ εἰρήνην ἕξεις μετὰ πάντων. ἔνδυσαι δὲ τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν σεμνότητα ἐν οἷς οὐδέν ἐστι πρόσκομμα πονηρὸν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά.

7 Contine te ab illa, & ſemper pacem habe cum fratre tuo. Indue conſtantiam ſanctam, in qua nulla ſunt peccata, ſed omnia læta ſunt.

Et benefac 8 de laboribus tuis. Omnibus inopibus da ſimpliciter, nihil dubitans cui des. Omnibus da. Omnibus enim Deus dari vult de ſuis donis. Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, qvare acceperunt, & ad quid. Qui autem accipiunt ficta necesſitate, reddent rationem; qui autem dat, innocens erit. Sicut enim accepit à Domino, miniſte-

* Athanaſ. doctrin. ad Antioch.
7. MSS. *Abſtine.* OXON.
8. Bod. *delatoribus.* Ibid.

niſterium conſummavit, 9 nihil dubitando cui daret; & fecit hoc miniſterium ſimpliciter glorioſe ad Deum. Cuſtodi ergo Mandatum hoc, ſicut tibi locutus ſum; ut pœnitentia tua ſimplex inveniatur & poſſit domui tuæ benefieri: & cor mundum habe.

Antiochus, Homil. 98.

Bonum igitur eſt, de propriis laboribus quæ ſuppeditavit Deus, omnibus inopibus dare ſimpliciter; nihil dubitando, cui des, cui non des. Omnibus enim Deus dari vult de ſuis donis; non autem quemquam dubitare, cui det, vel cui non det. Hoc quippe miniſterium ſimpliciter factum, glorioſum eſt apud Deum. Et qui ita ſimpliciter miniſtrat, vivet Deo.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὧν ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ, πᾶσιν ὑστερουμένοις, παρέχειν ἁπλῶς, μηδὲν διστάζοντα, τίνι δῷς, τίνι μὴ δῷς. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων, καὶ μὴ διακρῖναι τίνι δῷ, ἢ τίνι μὴ δῷ. Ἡ γὰρ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα, ἔνδοξος ὑπάρχει παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως ἁπλῶς διακονῶν, τῷ Θεῷ ζήσεται.

MANDATUM III.

De fugiendo mendacio, & Hermæ pœnitentia ob ſimulationem.

Iterum mihi dixit: Veritatem dilige, & — Ἀλήθειαν ἀγάπα, καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ

τοῦ

9. Lam. *cui dare cui non dare*, *Ibid.*

τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατοικῇ σοι. — Οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Θεόν· ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἀληθείας καὶ ἐγένοντο οἰκητήρια τοῦ ἀληθοῦς πνεύματος.

omnis ſermo [10] verus ex ore tuo procedat, ut ſpiritus quem Dominus conſtituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines, & Dominus magnificetur, qui dedit ſpiritum [11] in te; quia Deus verax eſt in omni verbo, & non eſt mendacium in ipſo. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, non reddentes Deo depoſitum quod acceperunt. Acceperunt enim ſpiritum ſine mendacio. Hunc ſi mendacem reddunt, coinquinant mandatum Domini, & fraudatores fiunt.

Antiochus, Homilia 66.

Χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ Θεὸς κατῴκησεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθῇ ὁ κύριος ὁ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατοικῶν, ὅτι ὁ κύριος ἀληθινὸς ἐν παν-

Oportet ergo, ut omnis veritas ex ore hominis procedat; ut ſpiritus quem Dominus conſtituit in carne hac, verax inveniatur apud cunctos homines; & ſic Dominus magnificetur, qui in homine babitat; quia Dominus verax eſt in omni verbo, & non eſt mendacium in ipſo. Qui ergo

10. Lam. & Bod. *veras*. Ibid.

11. Lam. *vita*. Ibid.

ergo mentiuntur, abnegant Dominum, & fiunt fraudatores Domini, non reddentes ei depoſitum quod acceperunt. Acceperunt enim ſpiritum ſine mendacio. Hunc ſi mendacem reddunt, coinquinant mandatum ſeu depoſitum Domini, & fraudatores fiunt.

τὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παῤ αὐτῷ ψεῦδος. Οἱ οὖν ψευδόμενοι, ἀθετοῦσι τὸν κύριον, καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν ἔλαβον. Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἄψευστον. Τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ παραθήκην, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί.

12 His auditis, ego vehementer flevi. Qui cum flentem me videret, dixit mihi: Quid ploras? Et dixi: Qvoniam, Domine, neſcio an poſſum ſalvus eſſe. Qvare, inquit? Et dixi: Quia numquam, Domine, verum locutus ſum verbum in vita mea, ſed ſemper in ſimulatione vixi, & mendacium pro veritate affirmavi omnibus, & non mihi quisquam contradixit, ſed fides habita eſt verbo meo. Quomodo ergo potero vivere, cum ſic egerim? Et dixit mihi: Tu quidem bene & vere ſentis. Oportebat enim te ſicut Dei ſervum, in veritate ambulare, & malam conſcientiam cum ſpiritu veritatis non conjungere, nec triſtitiam Spiritui Dei ſancto & vero facere. Et dixi illi: Nunquam, Domine, hæc verba tam diligenter audivi. Et dixit mihi: Nunc audis,

12. Bod. *ergo auditis, vehementer.* Ibid.

dis. Cura deinceps, ut & illa quæ prius locutus es falſa pro negotiis tuis; his verbis & illa fidem recipiant. 13 Poſſunt enim & illa fidem recipere, ſi vera locutus fueris deinceps.

Ἐὰν τὴν ἀλήθειαν φυλάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι.

Et ſi veritatem ſervaveris, poteris vitam conſequi. Et quicumque audierit hoc Mandatum, & fecerit, & receſſerit à mendacio, vivet Deo.

MANDATUM IV.

De dimittenda adultera.

I.

Φύλασσε τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναμενέτω * ἐπὶ τὴν καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἢ περὶ πορνείας τινὸς, ἢ περὶ τοιούτων ὁμοιωμάτων. Τοῦτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζῃ. - - Βλέπε οὖν ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.

Mando, ait, tibi, ut caſtitatem cuſtodias, & non aſcendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione: 14 hæc enim parit peccatum magnum. Tu autem ſemper memor eſto Domini, omnibus horis, & numquam

* leg. ἀναβαινέτω.

13. Lam. & Bod. & percipiant & mox, percipere. Ibid.

14. Lam. quia hoc facit. Ibid.

quam peccabis. Si enim hæc cogitatio in cor tuum aſcenderit tam mala, magnum peccatum facis: & qui hæc faciunt, viam mortis ſequuntur. Vide ergo tu; abſtine te ab hac cogitatione. Ubi enim caſtitas manet in corde hominis juſti, numquam ibi aſcendere debet cogitatio mala. Et dixi illi: Domine, permitte me pauca verba tecum loqui. Dic, inquit. Et dixi illi: Domine, ſi quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & hanc invenerit in adulterio, numquid peccat vir, ſi convivit cum illa? Et dixit mihi: Quamdiu neſcit peccatum ejus, ſine crimine eſt vir vivens cum illa 15 Si autem ſcierit vir uxorem ſuam deliquiſſe, & non egerit pœnitentiam mulier, & permanet in fornicatione ſua, & convivit cum illa vir; reus erit peccati ejus, & particeps mœchationis ejus. Et dixi illi: Quid ergo, ſi permanſerit in vitio ſuo mulier? Et dixit: Dimittat illam vir, &

vir

15. *Si autem ſcierit vir uxorem ſuam deliquiſſe, &c.*) Citatur iſte locus à Petro Lombardo lib. 4. Sententiarum diſt. 35. n. 5. & à Gratiano Cauſ. 34. mutatusque in Canonem cernitur apud Gregorium IX. Decret. lib. 5. tit. 16. cap. 3. Conſimilia autem ubique nanciſcéris; in legibus Atticis & Romanis, in Scriptoribus profanis, in Canonibus, in Patribus. Notatu maxime dignus eſt canon Namnetenſis 12. qui exſtat etiam lib. 7. Capitularium cap 298. indeque in Canonibus Iſaaci Lingonenſis tit. 3. cap. 9. *Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehenſum fuerit & publicatum; dimittat uxorem ſi voluerit, propter fornicationem: illa vero ſeptem annis publice pœniteat.*

Vir

Vir vero ejus, illa vivente nullatenus aliam accipiat. Quod ſi voluerit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat: ita tamen, ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exacta pœnitentia, poſt ſeptem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere ſervabitur, ſi eam vir ejus adulteravit. Hoc eſt adulterio ſuo polluit; juxta illud B. Ambroſii libro 2. Commentariorum in Lucam ſub initium, *Pulcre docuit ſanctus Matthæus quid facere debeat juſtus, qui probrum conjugis deprehenderit, ut incruentum ab homicidio, caſtum ab adulterio præſtare ſe debeat. Qui enim jungitur meretrici, unum corpus eſt.* Parti innocenti permiſſio datur per illum Canonem, ſi voluerit, partem nocentem dimittere; quod eſt contra communem Antiquorum ſententiam. Jubent enim ut dimittatur culpæ affinis; præſertim mulier: nam quemadmodum dicimus præcipue ex Baſilii canonibus 9. & 21. ex Innocentio Epiſt. 3. cap. 4. ac ex Auguſtino libro 50. Homiliarum Homilia 49. rarius mulieres à mœchis maritis divertebant. Id vero jubent, tum ob locum Proverb. XVIII. 22. *Qui tenet adulteram, ſtultus eſt & impius*; tum propter allatam rationem S. Ambroſii; tum quod ea ſocietas inquinet, dum conjux membrum fit aut meretricis, aut ſcortatoris; tum quia licentia alteri datur peccandi, oriturque turpiſſimi lenocinii ſuſpicio; tum etiam quia citius ſequetur delinquentis pœnitentia; tum denique ut evitentur innumera mala, & ſcandalum. Sed prudenter hunc nodum ſolvit Ernulfus Epiſtola ad Walchelinum. Tomo 2. Spicilegii veterum Scriptorum, quod religioſiſſimo viro Lucæ Acherio debemus p. 425. *Si ergo*, inquit *pudicus cum impudica uxore quovis genere fornicationis deluſa, ea ſanctitate cohabitare valeat, ut animæ ſuæ periculum pro ejus conſortio non incurrat, nec ſe incurſum metuat, ſperans etiam ſe illius offenſionibus eſſe conſulturum: hic ſalubre conſilium ſibi invenit, ſi ab ea facile diſcedere nolit & offenſam ejus dimittens, meliorem ſibi viam oſtendere ac docere velit* Et mox *Qui vero ita ſe facilem cernit ad lapſum, proclivem ad periculum, ut à prava mulieris peſſima voluntate in partem aliam*

legibus. Eamque doctrinam retinuerunt Græci & Armenii. Ad quam referri poteſt iſtud Aſterii Homilia de repudio, πείσθητι ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοιχείᾳ διακόπτεται. *Perſuaſum habeto, quod matrimonium morte dumtaxat & adulterio dirimatur* Unde S. Auguſtinus lib. I. de nuptiis & concupiſcentia cap. 10. ait; *Cujus ſacramenti tanta obſervatio eſt in Civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, hoc eſt in Eccleſia Chriſti, ut cum filiorum procreandorum cauſa vel nubant feminæ, vel ducantur uxores; nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam fecerit non lege hujus ſæculi, ubi interveniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia: quod etiam ſanctum Moyſen Dominus propter duritiam cordis illorum, Iſraëlitis permiſiſſe teſtatur: ſed lege Evangelii reus eſt adulterii: ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit* Et libro quinquaginta Homiliarum Homil 49. *Non vobis licet habere uxores quarum priores mariti vivunt Nec vobis feminæ habere viros licet, quorum priores uxores vivunt. Adulterina ſunt iſta conjugia, non jure fori, ſed jure cœli.* Taceo locum Chryſoſtomi in Sermone de libello repudii.

3. Qui ſolet Ambroſiaſter appellari, ad 1 Corinth. VII. 10. 11. exiſtimat viro licere, dimiſſa uxore peccante, ducere aliam; uxori non licere, dimiſſo ob fornicationem viro, nubere: quia mulier inferior eſt, vir autem potior & caput mulieris. Atque ille locus laudatur in Synodo Aquiſgranenſi tertia anni 862. fruſtraque apud Magiſtrum Sententiarum lib. 4. diſt. 35 ſuſpicio corruptionis inducitur. Verum hic adhiberi debent præclara B. Auguſtini verba lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. ult. *Viri propterea ſe feminis ſuperiores arbitrantur, ne pudicitia pares eſſe dignentur; in qua etiam praire debuerunt, ut eos illæ tamquam ſua capita ſequerentur* Et infra; *Unde iſtos qui virilem excellentiam, non putant niſi peccandi licentiam, quando terremus ne adulterinis conjugiis hærendo pereant in æternum*, &c. Quamquam pro Pſeudo-Ambroſio ſtare forſan videbuntur Epiſcopi Illiberitani Canone 9. *Fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem,*

& alterum

& alterum duxerit; prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit, de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit. Canone 10 *Si fuerit fidelis quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit. & ſcierit eum habere uxorem, quam ſine cauſſa reliquit, placuit huic nec in in fine dari communionem.*

4. Quod mulier, quamdiu vir vivit, ſi nubat, ſit adultera, docetur à Baſilio ad Amphilochium, Can 9 & 48. Hieronymo Epiſt. 30. cap. 1. Adverſus Jovinianum lib. 1. cap. 5. & Epiſt 147 ad Amandum, Innocentio Epiſt. 2. cap. 12 & Niceta Metropolitano Heracleæ in Reſponſis ad Interrogationes Conſtantini Epiſcopi, lib. 5. Juris Græco-Romani.

5. Contra, quod uxor pudica à marito dimiſſa, vel maritum adulterii ergo dimittens, extra culpam, aut ſaltem extra crimen ſit, ſi nuptias contrahat, creditum Epiphanio Hæreſi 59. ſect. 4. cum quo confer Conſtitutiones Apoſtolicas lib. 3. cap. 1. ac forte Tertulliano lib. 2. ad uxorem cap. 1. illiſque Eccleſiæ præſidibus, commemoratis excuſatiſque ab Origene ad Matth XIX. 8. qui contra Scripturam permiſerunt aliquam nubere, viro priori vivente. Credidit quoque Pollentius licere quidem mulieri poſt dimiſſum virum fornicantem alteri nubere, id tamen non expedire; prout refertur à S. Auguſtino lib. de adulter. conjug. cap. 6. At Photio Epiſt. 1. Auctarii placet ut mulier à viro citra rationem ac invita repudium paſſa, cum ille aliam acceperit, ipſaque poſtea cum alio juncta fuerit, adultera non appelletur. Citantque viri docti ex antiquo Pœnitentiali Romano, *Si uxor tua hoc probare potuerit. quod tuâ culpâ & tuo juſſu, ſe rennente & inſtante adulterata ſit; ſi ſe continere non poteſt, nubat cui voluerit, tantum in Domino. Tu autem ſine uxoria ſpe in perpetuum maneas.* Et Concilii Vermerienſis Canon. 18. ita habet; *Qui cum conſobrina uxoris ſuæ manet, ſuâ careat, & nullam aliam habeat: illa mulier quam habuit, faciat quod vult Hoc Eccleſia non recipit.* Ubi ſuſpicor poſtremas quatuor voces ad Canonem non pertinere, ſed

eſſe annotatoris cujusdam, qui ad ſuorum temporum reſpiciebat diſciplinam.

6. Cum impudica conjugio copulatus poteſt eâ relictâ aliam quærere; ex mente Lactanti lib. 6 cap. 23. Concilii Venetici Can. 2. Synodi ſancti Patricii Canon. 26 Concilii Bituricenſis in ſeſſione 2 Synodi Lemovicenſis ſecundæ recitati, Can 15. & Leonis IV. in Synodo Romana Can. 36. apud Auctorem libri de Vitis Romanorum Pontificum vulgo Luitprando attributi. Quibus adde capit 116. Theodori Cantuarienſis, Tom 9. Spicilegii Univerſalem conceſſionem reſtringit Canon Vermerienſis 10. *Si filius cum noverca ſua uxore patris ſui dormierit nec ille, nec illa, poſſunt ad conjugium pervenire. Sed ille vir, ſi vult, poteſt aliam uxorem habere; ſed melius eſt abſtinere.* Item Canon 10 Concilii Arelatenſis I *De his qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere; placuit ut in quantum poſſit, conſilium eis detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.* Quæ verba eruditiſſimus Petavius in Animadverſionibus ad S Epiphanium, ad Hæreſim 59 manca putat. Quare enim, inquit, conſilium ſolummodo datur, ubi præmittitur prohibitio? Itaque poſitâ particulâ *non* ante verbum *prohibentur*, affirmationem mutat in negationem Mihi vero locus integer videtur. Scilicet erant qui ejusmodi juvenes à novis nuptiis penitus arcebant. Horum ſeveritatem non usquequaque comprobant Arelatenſes: ſed volunt vi ademptâ, conſilio tantum agi & perſuaſione. Operæ precium porro me arbitror facturum ſi appoſuero inſignem locum B Auguſtini libro de fide & operibus c. 19 *Quisquis etiam uxorem in adulterio deprehenſam dimiſerit, & aliam duxerit, non videtur æquandus eis qui exceptâ cauſa adulterii dimittunt & ducunt Et in ipſis divinis ſententiis ita obſcurum eſt, utrum & iſte, cui quidem ſine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur ſi alteram duxerit, ut quantum exiſtimo venialiter ibi quisque fallatur.*

7. Per Concilii Forojulienſis cap. 10. adimitur adulteræ ſpes

con-

conjugii etiam poſt mortem viri. Conſule Decretum cap. *Hi vero* Cauſ 32 quæſt. 7. Similes autem multæ ſanctiones latæ reperiuntur ſuper inceſtu, raptu, aliisque criminibus.

8. Cum ſoleant Patres & Concilia facultatem divortii faciendi propter ſolum adulterium dare, Principalibus legibus complures aliæ variæque cauſſæ ſeparationis invectæ ſunt Hinc querela Gregorii Nazienzeni Epiſt. 176. ſeu 211. τὸ ἀποςάσιον τοῖς ἡμετέροις ἀπαρέσκει πάντως νόμοις, κἂν οἱ Ῥωμαίων ἑτέρως κρίνωσι. *Divortium legibus noſtris omnino diſplicet, tametſi Romana aliter decernant.* Eamque in partem peccabant Ebionæi, quod teſte S. Epiphanio in Hæreſi eorum cap. 18. liberè ad ſecundas usque, tertias, ſeptimasque nuptias diverterent. Quinetiam interdum aliquid de rigore remiſſum fuit Eccleſiaſticis regulis, dum ſe ad Jus civile accommodant Quare juxta Canonem Compendienſem 13. & Reſponſionem Johannis Citrenſis ad Interrogationem 3. Conſtantini Cabaſilæ, Juris Græco Romani lib. 5 conſentiente Fulberto in Epiſt. 51. ingreſſus Monaſterii, ſeu voti emiſſio diſſolvit copulam matrimonii, adeo ut conjux non vovens valeat nuptias contrahere. Præterea ex Reſponſo Gregorii Papæ ſecundi Epiſtolâ ad Bonifacium, vir cui mulier debitum reddere ob infirmitatem nequit, ſi ſe non poteſt continere, alteram ſibi junget. Sic Vermerienſe Concilium Can. 5. *Si qua,* inquit, *mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conciliavit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam uxorem dimittere, & ſi voluerit aliam accipiat.* Canone vero 9. *Si quis neceſſitate inevitabili cogente, in alium Ducatum, ſeu provinciam fugerit, aut ſeniorem ſuum, cui fidem mentiri non poterat, ſecutus fuerit; & uxor ejus, cum valet & poteſt, amore parentum, aut rerum ſuarum, eum ſequi noluerit; ipſa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem ſecuta non fuit, vivit, ſemper innupta permaneat. Nam ille vir ejus, qui neceſſitate cogente in alium locum fugit, ſi ſe abſtinere non poteſt aliam uxorem cum pœnitentia poteſt accipere.* Et. S Baſilius Canone 9. quando ab uxore dimiſſus quis aſſumit aliam, tunc veteri marito ignoſcit,

no-

novæque nuptæ: circa quod lege Canonem Trullanum 87. & cap. 113. Theod. Cant. ad hæc, Concilii Compendienſis Canone 16. decernitur; *Si vir leproſus mulierem habeat ſanam, ſi vult ei donare commeatum, ut accipiat virum, ipſa femina ſi vult accipiat. Similiter & vir.* Conſulendus quoque de longa abſentia matrimonii nexum ſolvente Manuel Patriarcha lib. 3. Juris Græco-Romani pag. 239. contraque Nicetas Heracleenſis ſupra citatus: ac legendæ Epiſtolæ S. Leonis 79. & Bonifacii Martyris 87. Sed & dubitat Timotheus Alexandrinus Reſponſione ad interrogationem 15. apud Balſamonem p. 1066. an Dæmoniacæ & furentis marito incontinenti, ad ſecundas nuptias tranſire permittendum ſit,. propendet tamen in meliorem partem. Quo loci lege Balſamonem; item Photii Nomocanonem titulo 13. cap 30. & Harmenopulum in Epitome Canonum Sect. 5. tit. 3. ubi expulſo Timothei nomine, Petri perperam fuit ſubſtitutum. Matthæus Blaſtares Collector Canonum ineditus, qui ex multis Bibliothecis in multorum manus venit, quemque habeo deſcriptum ex M. S. codice viri pietate, humanitate ac doctrinâ inſignis Claudii Jolii Canonici Pariſienſis, poſtquam Elemento γ'. cap. 26 an Timothei dictum ſubnotavit Novellam Leonis Imperatoris pro hujuſmodi nuptiis, addit; Τοῦτο καὶ ἡ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου νομοθετεῖ νεαρά· εἰ καὶ ὁ νόμος φησί, μανία ἐμποδίζει τὸν γάμον, οὐ μὲν διαλύει τὸν καλῶς συστάντα. *Hoc & Imperatoris Nicephori Botaniatæ Novella ſancit: quamvis Lex dicat; Furor impedit nuptias, non tamen diſſolvit rectè contractas.*

Pene præterieram admonere, pietatis plenam eſſe rationem, ob quam Hermas vult ut conjux poſt dimiſſionem conjugis mœchantis cœlebs maneat; *Poteſt enim ex hujuſmodi pœnitentia eſſe.* Quo nempe ignoſcatur ei cui Deus pepercit; ait B. Auguſtinus l. Ad Pollentium 6. ubi, quemadmodum & cap. 9. addit, non duram eſſe ac difficilem, ſi fides adſit, nec turpem conjugum poſt perpetrata ac per pœnitentiam purgata adulteria reconciliationem; ut pro adulteris non habeantur, cum peccati

remiſ-

chatur & : Et dixi illi: Quid ſi mulier dimiſſa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum ſuum reverti; nonne recipietur à viro ſuo? Et dixit mihi: Imo ſi non receperit eam vir ſuus, peccat, & magnum peccatum ſibi admittit: ſed debet recipere peccatricem quæ pœnitententiam egit; ſed non ſæpe. 17 Servis enim

remiſſionem divina miſeratione creduntur accepiſſe. Canon S. Patricio adſcriptus; *Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non adducet aliam quamdiu viva fuerit uxor prima Si forte converſa fuerit & agit pœnitentiam, ſuscipiet eam, & ſerviet ei in vicem ancillæ, & annum integrum, in pane & aqua per menſuram pœniteat, nec in uno lecto permaneant.*

Si non receperit eam vir ſuus, peccat. At non pauci rem voluerunt in arbitrio mariti conſiſtere. Vide Canones, Baſilii 21. & Trullanum 93. atque ad eos Balſamonem. Adi etiam Matthæum Blaſtarem in Jure Græco Romano lib. 8. p. 508. 515. *Verum,* inquit ſanctus Auguſtinus hanc quæſtionem agitans lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. 9. *ecce non fiat, nemo compellit, quia forte lex aliqua hujus ſæculi hoc vetat ſecundum terrenæ civitatis modum, ubi cogitata non eſt abolitio criminum per ſanguinem ſanctum. Suſcipiatur ergo continentia quam nulla lex prohibet, ut alia non eatur adulteria. Et quid ad nos, ſi nec ſaltem divina miſeratione mundata, marito reconcilietur à Deo adultera; dum tamen non reconciliatis adulteris, non alia fiant quaſi connubia, quæ convincuntur eſſe adulteria?* COT.

17. *Servis enim Dei pœnitentia una eſt.*) Prudenti admodum conſilio Hermas homines cupiens pariter deterrere à deſperatione, atque à confidentia, ſermonem toto hoc Tractatu ita temperat, ut pœnitentiam interdum oſtendat, interdum occulter; modo proponat omnibus, modo qui-

quibuſdam deneget, aut abſolute, aut niſi illam cito ſuſceperint; aliquando reſipiſcendi ſemel dumtaxat locum det, aliquando ſæpius. Et quidem eamdem *οἰκονομίαν* cernere eſt non raro uſurpatum ab Antiquis. Nam licet paſſim pœnitentiam celebrent, aliquibus tamen in locis contra videntur ſentire, aut dubitare, vel ſaltem ejus illibenter facere mentionem. Verbi gratia Clemens Romanus Epiſtola 2. Ad Corinthios cap. 6. ſic loquitur; *ἡμεῖς ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγίον καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ θεοῦ*; Et cap. ſequ. *τῶν μὴ τηρησάντων τὴν σφραγῖδα ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει* Irenæus lib. 4, adverſus Hæreſes cap. 45. veretur ne poſt agnitionem Chriſti, remisſionem ultra non habeamus delictorum, quia Chriſtus non amplius morietur. Clemens Alexandrinus 2. Strom. p 385. 386. Paſtoris ſententiam affert, probat, amplificat. Tertullianum, *piget ſecunda immo jam ultima ſpei ſubtexere mentionem*; ne retractans de reſiduo auxilio pœnitendi, ſpatium adhuc delinquendi demonſtrare videatur; lib. de pœnitentia cap 7. Quid quod Cyprianus fortiſſimus pœnitentiæ adverſus Novatianam Hæreſim propugnator, ſcribit in libro de diſciplina & habitu virginum paullo poſt initium, *Nulla venia ultra delinquere, poſtquam Deum noſſe cæpiſti* & libro de Lapſis paullo ante medium; *Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat: ſolus Dominus miſereri poteſt Veniam peccatis, quæ in ipſum commiſſa ſunt ſolus poteſt ille largiri, qui peccata noſtra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris, Homo Deo eſſe non poteſt major: nec remittere aut donare indulgentia ſua ſervus poteſt, quod in Dominum delicto graviore commiſſum eſt*, &c. Sed clarisſima ſunt ac notatu dignisſima Paciani verba in Parænetico ad pœnitentiam. *Quid vobis*, inquit, *ego feci? Numquid non fuit in poteſtate ne fieret? Nullusne admonuit? Nemo predixit? Tacuit Eccleſia? Nihil Evangelia dixerunt? Nihil Apoſtoli comminati ſunt? Nihil rogavit Sacerdos? Quid quæritis ſera ſolatia? Tunc docuit cum licebat.*

Pau-

Pauciſque interpoſitis ſubdit ; *Accipite remedium, ſi deſperare cœpiſtis ; ſi miſeros vos agnoſcitis, ſi timetis. Qui nimium confidit, indignus eſt.* Videatur ejuſdem Patris Sermo de Baptiſmo, ad finem. Jam apud Athanaſium, Homilia in locum Matthæi XII. 32. Origenes & Theognoſtus blaſphemiam in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſæculo neque in futuro remittendam, exponunt de peccatis ſubſequentibus acceptum in Baptiſmate donum ſancti Spiritus. Referturque à Socrate Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 22. vere an falſe non examino nunc, Cæſareæ Cappadocum, eos qui poſt Baptiſmum peccaſſent, à communione ejici ſolitos, uti mos erat Novatianorum. Conſule etiam Didymum de Spiritu ſancto, in fine, Epiphanium Hæreſi 59. cap. 5. & Hieronymum Epiſtola ad Demetriadem 8. ubi dicit, *Verum nos ignoremus pœnitentiam, ne facile peccemus.*

Itaque Hermas qui quo dixi animo varie de peccantium inſtauratione diſſeruit, unam hic inducit poſt Baptiſmum pœnitentiam, etiam in delicto mœchiæ. Ea porro conceſſio magnopere Tertulliano diſplicuit, poſtquam Orthodoxiam cum Hæreſi commutavit. Habes virulenti tunc Scriptoris invectivam libro de pudicitia cap. 10. At Catholico placuerat una hæc ſecunda & ultima pœnitentia, eamque expoſuerat in Opere de pœnitentia cap. 7. 8. 9. &c. A Clemente autem Alexandrino, ubi ſupra, Hermæ verba laudantur : quæ à Catholicis prolata fuerunt ad Montaniſtarum confutationem. Et vero ſemel dumtaxat tributam fuiſſe olim certis criminibus pœnitentiæ veniam colligere licet ex multis Canonibus, 3. 7. 13. 47. Eliberitanis, Ancyrano 21. Neocæſarienſi 2. Baſilii 73. & ex capitulo 5. Epiſtolæ I. Siricii. Socrates autem lib. 6. cap 21. Epiſcoporum Synodum commemorat, qua unica pœnitentia poſt Baptiſmum lapſis data fuerat. Quin etiam doctrina Ambroſii eſt libro 2. de pœnitentia cap. 10. & 11. ſicut unum Baptiſma, ita unam eſſe nec iterandam pœnitentiam, publicam ſeu delictorum graviorum. Denique in Auguſtini Epiſtola 54. invenies de ſemel conceſſo in Eccleſia loco humilli-

enim Dei pœnitentia una eſt. Propter pœnitentiam ergo non debet, dimiſſa conjuge ſua

ma pœnitentia. Atque ſummi Doctoris verba citantur in Concilio apud S. Macram cap. 7. verum ibi perperam *pœnitentia* pro *patientia* impreſſum eſt.

Hæc tamen omnia non impediunt, quo minus vel ratione diverſi Eccleſiarum uſus, vel ex poteſtate prudentiaque Epiſcopali licuerit primis etiam Eccleſiæ temporibus, pœnitentiam repetere. Etenim referente Irenæo lib. 3. cap. 4. Cerdon non ſemel Exomologeſim Hæreſeos fecit. Quod & teſtatur de Valentino ac Marcione Tertullianus libro de præſcriptione Hæreticorum cap. 30. Præterea Origenes Homil. 15. in Leviticum docet, in gravioribus criminibus ſemel tantum vel raro pœnitentiæ locum concedi. Accedunt hunc innumeri Canones, per quos paullatim ventum eſt ad noſtræ ætatis conſuetudinem. Quamquam ſemper ſuſpectum fuit, ſubinde delinquere, ac ſubinde reconciliationem ambire. Itaque juxta Auctorem Quæſtionum ad Antiochum, Quæſtione 93. Tomo 2. Operum. S. Athanaſii, ex lapſibus ſurgenti homini Deus numquam non ignoſcit, quotquot vicibus lapſus & relapſus fuerit; quæ tamen anima aſſueſcit peccare ſæpe ac ſæpe reſipiscere, ægre admodum à peccato deſiſtit, *ὥσπερ κύων μακελλικὸς ἐν τῷ βρόμῳ συνηθήσας*, Id eſt, *Sicut canis macellarius in fœtore aſſuetus* Inepte vertunt, *ad fremitum*. Atque ex omnibus dictis manifeſtiſſime patet quam gravi errore nonnulli Hermæ noſtro dicam Novatianiſmi impingant. Ea in calumnia ſimiles tum Auxilio, tum illis à Philaſtrio deſcriptis in libro de Hæreſibus parte 3. cap. 42. Auxilius ſiquidem de Ordinationibus Formoſi lib. 1. cap. 12. 14. & lib. 2. cap. 23. editus à Johanne Morino in Commentario de ſacris Ordinationibus, Oſium in Concilio Sardicenſi Can. 1. & 2. loquentem, appellat Catharum & Novatianum: hi vero Epiſtolam Pauli ad Hebræos quaſi ejuſdem Novatianæ pravitatis fautricem reſpuebant. COT.

18. Non

ſua, vir aliam ducere. Hic actus ſimilis eſt in viro, & in muliere. 18 Non ſolum mœchatio

Hhh

18. *Non ſolum mœchatio eſt illis qui carnem ſuam coinquinant.*) In Commentariis Paulinarum Epiſtolarum qui inter Hieronymianos libros exſtant, ſic notatur ad Roman. II. 22. *Non eſt una mœchia. Nam omne quod Deo debet anima, ſi alicui præterquam Deo reddiderit, mœchatur.* Exiſtimant viri docti (ut Voſſ. p. 11. ſeq. Hiſt. Pelag. ſic Garnerius quoque T. 1. ad Mercatorem p. 367. ſq. aliique) horum Commentariorum auctorem eſſe Pelagium, qui teſte S. Auguſtino libro de peccatorum meritis & remiſſione cap. 1. in Apoſtoli Epiſtolas ſcripſerat breviſſimas expoſitiones. Cumque objicitur, loca Pelagii in Epiſtolam ad Romanos, citata ab Auguſtino ibidem cap. 2. & 3. abeſſe á libro de quo agimus, reſpondent haberi dumtaxat Pelagii Commentarium prout purgatus fuit à Caſſiodoro; id enim à ſe factum refert ille Divinarum Lectionum lib. 1. cap. 8. Quo in utroque, aut ego fallor aut falluntur ipſi. Pelagius adhuc occulte Hæreticus, exponens cap. 5. Epiſtolæ ad Romanos, errorem ſuum *non ex ſua*, ut verbis S. Auguſtini utar, *ſed ex aliorum perſona* confirmaverat. *Hi autem,* inquiebat, *qui contra traducem peccati ſunt, ita illam impugnare nituntur.* Quam diverſus Commentatori, noſtri loquendi modus. Rom. VII. 8. *Si cum lex non eſſet, peccatum mortuum eſt, inſaniunt qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos venire peccatum* Sicque paſſim Pelagianum virus plenis buccis effundit; Catholicos omnibus viribus exagitat; extollit Legem, liberum arbitrium, naturæ poteſtatem, & poſſibilitatem noſtram; deſtruit gratiam Chriſti & peccatum originis; ſolummodo prædicat ſuaſionem ac præmiorum promiſſionem, doctrinam, gratiam ſcientiæ, exemplum; de perfecta ſanctitate, deque ἀναμαρτησίᾳ ſuperbiſſime diſputat. Nec umquam quærit latebras, immo ubique ſeſe oſtentat; potiſſimumque in Epiſtolam ad Romanos. Unde etiam manifeſtiſſimum

ſit

tio eſt 19 illis, qui carnem ſuam coinquinant: ſed & is, qui ſimulacrum facit, mœchatur. 20 Quod ſi in his factis perſeverat, & pœnitentiam non agit, recede ab illa, & noli convivere cum illa; alioquin & tu particeps eris peccati ejus. Propter hoc præceptum eſt vobis, y) ut cœlibes maneatis, tum vir, tum mulier: poteſt enim in hujusmodi pœnitentia eſſe. Sed & ego non do occaſionem, ut hæc ita agantur; ſed ne amplius, qvi peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis ejus, Deus qui poteſtatem habet 21 ſanitatem dandi, dabit remedium; quia ipſe eſt qui habet poteſtatem omnium.

II. Iterum interrogavi, et dixi: Quoniam Dominus exiſtimavit me dignum eſſe, ut mecum

ſit quæri alibi oportere Caſſiodori repurgationem. Nolim tamen negare ab antiquiſſimo Pelagiano ex Pelagii magiſtri ſui ſcriptis ſenſa; vel etiam verba deſumpta fuiſſe: quod & innuit S. Auguſtinus in libri citati capite 12. ſi conferatur cum Anonymo iſto ad I. Corinth. VII. 14. Omitto locum Sedulii ad Romanos I. 17. quia cum mutilus ſit, variis modis ſuppleri poteſt, ut æque de Pelagiano ſcriptore ac de ipſo Pelagio accipiatur. Quod ſi illic *ſecundum Pelagium legamus*, oſtendetur dumtaxat, quemadmodum dixi, Hæreticus verba Hæreſiarchæ feciſſe ſua. COT.

19. Bod. *illi - - - coinquinant.* OXON.

20. De fornicatione ſpirituali; cum Ethnicus pietatis nomine Chriſtianam pellit, S. Paulus ſententiam ſuam interpoſuit. I. Cor. 7 15. Ibid.

y) ſuper vos manere, ſive viro, ſive mulieri. V. & C.

21. Lam. *ſanandi, dabit.* Ibid.

cum habites ſemper, pauca verba mihi ediſſere; quia non intelligo quidquam, & cor meum obturatum eſt à priſtina converſatione; & ſenſum mihi aperi, quia vehementer 22 obtuſus ſum, & z) in totum nihil intelligo. Et reſpondens dixit mihi: Ego præpoſitus ſum pœnitentiæ, & omnibus pœnitentiam agentibus ſenſum do. An non tibi videtur, pœnitentiam agere, 23 magnam ſapientiam eſſe; quoniam qui pœnitentiam agit, ſenſum magnum adipiſcitur? Sentit enim ſe peccaſſe, & feciſſe nequiter 24 in conſpectu Domini; & recordatur intellectu quod deliquit; & pœnitentiam agit, & amplius non operatur nequiter; ſed operatur bene, & humiliat animam ſuam & torquet eam, quia peccavit. Vides ergo, quod pœnitentia ſenſus eſt magnus. Et dixi illi: Propter hoc, Domine, diligenter inquiro omnia, quoniam peccator ſum; ut ſciam 25 quæ operer, a) & vivam; quia multa ſunt peccata mea. Et dixit mihi: Vives, ſi hæc Mandata mea cuſtodieris: & quicumque audierit, & fecerit Mandata hæc, vivet Deo.

22. Bod. & Lam. *ſtultus*. Ibid.
z) Intonitus *Cord*. Hic locus Citatur à Clem. Al. 2. Strom. p. 385. A.
23. Lam. *ſapientia magna*. Ibid.
24. Bod. *ante conſpectum*. Ibid.
25. Lam. *quibus operer ut vivam*. Ibid.
a) ut Q. & C.

III. Et dixi illi: b) Etiam nunc, Domine, 26 audivi à quibuſdam doctoribus, quod alia

b) Hic lege Clem. Al. Strom. 2. ſup. in Teſt. Vet.

26. *Audivi à quibuſdam doctoribus, quod alia pœnitentia non eſt*, &c. Obſcurum ac difficilem Hermam reddit duplex acceptio pœnitentiæ ac remiſſionis; nempe aut in ſacramento Baptiſmi, aut in ſacramento pœnitentiæ. *Alia pœnitentia non eſt niſi illa, cum in aquam deſcendimus, & accipimus remiſſionem peccatorum noſtrorum, ulterius non peccare.* Intellige de Baptiſmo. *Qui enim jam crediderunt, aut qui credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non habent, ſed remiſſionem.* Id eſt, baptizati vel baptizandi non habent pœnitentiam, ſed remiſſionem, quia abſque laboribus ac pœnis ſatisfactionis conſequuntur veniam. *Illis enim qui vocati ſunt ante hos dies, poſuit Dominus pœnitentiam*, &c. Loquitur de pœnitentia peccatorum poſt Baptiſmum admiſſorum: de qua capite ſequenti ait; *Et prioribus peccatis tuis erit remiſſio*, &c. Ita Paſtoris locus enarratur à Clemente Alexandrino in Miſcellaneo 2. p. 385. 386. Quin etiam S. Epiphanius Hæreſi 59. quæ eſt Catharorum ſeu Novatianorum, cap. I. unam inducit μετάνοιαν, & τελείαν μετάνοιαν, per lavacrum regenerationis; inſuperque pro lapſis, μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν. Capite vero 5. unicam memorat Baptiſmi pœnitentiam, & præterea pœnitentiam poſt Baptiſmum. Denique apud Photium Bibliothecæ codice 280. affertur ex Eulogio Alexandrino lib. 2. adverſus Novatianos, diſputatio illius Patriarchæ cum iis Hæreticis de nomine μετανοίας, *pœnitentia*. Scilicet objicitur à Novatianis, μετάνοιαν Hebr. VI. 6. non eſſe Baptiſmum: differre enim omnino pœnitentiam à Baptiſmo; hunc eſſe donum, gratiam, delictorum illaborioſam remiſſionem; pœnitentiam autem miſeratione & lacrymis ac labore conſtare; adhæc nuſquam inveniri Baptiſmum nomine pœnitentiæ donatum. Reſpondet Eulogius hunc in modum; Licet magna

alia pœnitentia non eſt niſi illa, cum in aquam deſcendimus, & accipimus remiſſionem peccatorum noſtrorum, ulterius non peccare, ſed in caſtitate permanere. Et ait mihi: Recte audiſti. Nunc autem, quia diligenter omnia
27 quæris, & hoc tibi demonſtro; non dans occaſionem illis, qui credituri ſunt, aut qui crediderunt Domino. Qui enim jam crediderunt, aut qui credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non habent, ſed 28 remiſſionem.
29 Illis enim qui vocati ſunt ante hos dies, poſuit Dominus pœnitentiam. c) Quoniam

 cogi-

magna ſit differentia Baptiſmum inter & pœnitentiam, attamen pœnitentiæ vocabulum & ante & poſt Baptiſmum uſurpatur; fruſtra quippe baptizaretur is quem male actæ vitæ non pœniteret; ſicque pœnitentiam ſumit Scriptura, cum ſæpiſſime tum Matt. III. 11. Luc. III 8. Act. II. 38. atque adeo in Epiſtola ad Hebræos. Textum Photii p. 882. ſi quis legere voluerit, me auctore ita emendet; ὁ δὲ φησιν, ὡς εἰ καὶ πολλὴ διαφορὰ μεταξὺ βαπτίσματος (καὶ habet MS. Reg.) καὶ μετανοίας. Hoc eſt, *Ille autem* (Eulogius) *dicit quod quamvis multa differentia inter Baptiſmum ac pœnitentiam*. Et infra, ubi de Act. II, 38. καὶ ὁ κορυφαῖος, φησὶ τοῖς Ἰουδαίοις, vel Ἰσραηλίταις vel potius ἀδελφοῖς (quod magis accedit ad ſcripturam nihili ἀποςόλοις) διαλεγόμενος &c. COT.

27. Lam. *inquiris*. OXON.

28. Baptiſmus labem omnem eluit, virtute fœderis Evangelici. Hinc comparatum eſt, ut plurimi, quo peccandi licentiam lucrifacerent, baptiſmum usque ad mortis articulum differebant. Ibid.

29. Bod. *talibus*. Ibid.

c) Tertull. de Pudicitia, cap. 10.

cogitationes præcordiorum novit Deus, et ſcit infirmitatem hominum, et multiplicem nequitiam Diaboli, qua [30] molitur aliquid ſiniſtri ſervis, et maligne inſidiatur illis. Miſericors ergo Dominus, miſertus eſt [31] figmenti ſui. Et poſuit pœnitentiam iſtam; et poteſtatem pœnitentiæ hujus mihi dedit. Et ideo dico tibi, quod poſt vocationem illam magnam & ſanctam, ſi quis tentatus fuerit à Diabolo, et peccaverit, unam pœnitentiam habet. [32] Si autem ſubinde peccet, et pœnitentiam agat, non proderit homini talia agenti; difficile enim vivet Deo. Et ego dixi: Domine, revixi, ubi tam diligenter audivi hæc Mandata. Scio enim, d) ſi poſtea nihil adjecero peccatis meis, ſalvus ero. Et dixit: Salvus, inquam; et omnes quicumque fecerint hæc Mandata, ſalvi erunt.

IV. Et iterum dixi illi: Domine; quoniam patienter me audis, etiam hoc mihi demonſtra. Dic, inquit. [33] Si vir, vel mulier alicujus deceſſerit, et nupſerit aliquis illorum, num-

30. Lam. & Bod. *facit.* Ibid.

31. Lam. & Bod. *figmento ſuo.* Ibid.

32. Sententiam hanc de una pœnitentia ob graviora ſcelera, ratam habuit primitiva Eccleſia; nec diſplicuit Tertulliano Paſtor noſter, quamdiu inter Catholicos verſabatur. Ibid.

d) Si fecero ea & nihil. *Carm.*

33. Bod. *uxor aut vir deceſſerit alicui.* Ibid.

numquid peccat? 34 Qui nubit, non peccat, inquit: ſed ſi per ſe manſerit, magnum ſibi

34. *Qui nubit, non peccat.*) Erat forſan hoc dictum in animo Tertulliani, cùm ſcriberet capite 10. libri de pudicitia. *Sed crederem tibi, ſi Scriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino Inſtrumento meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio Eccleſiarum etiam veſtrarum inter Apocrypha & falſa judicaretur, adultera & ipſa & inde patrona ſociorum: à qua & alias initiaris.* Ut ſenſus Montaniſtæ ſit: Pſychicus, id eſt Catholicus, ex libro Paſtoris duo diſcit, ſecundam pœnitentiam, & ſecundas nuptias. Cæterum rectè cum multis de iterato matrimonio Noſter judicat. Paulo ſeverius Antiquorum non pauci. Athenagoras Legatione pro Chriſtianis, ante finem; ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν (forte μένει) ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γὰρ δεύτερος, εὐπρεπής ἐστι μοιχεία. ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται. οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος. παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα. λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα, κατὰ τὴν ἕνωσιν, πρὸς μῖξιν, τοῦ (aut ſicut in altero Bibliothecæ Regiæ Codice ſuperſcriptum habetur, εἰς τοῦ) γένους κοινωνίαν. *Vel ut natus eſt unusquisque noſtrum, manet; vel in unicis nuptiis. Secundæ quippe ſpecioſum ſunt adulterium. At enim;* (*Marc.* 10. 11.) Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit alteram, mœchatur: *neque illam dimittere concedens, cujus delibaris virginitatem, neque aliam ducere. Nam qui ſeipſum priori uxore privat, licet mortua; adulter occultus eſt; transgrediens quidem manum ac opus Dei, quoniam in principio Deus*

virum & mulierem unam formavit; (*Matth*. 19. ℣ 6.) *ſolvens autem carnem, quæ ad carnem, ex unione, propter commiſtionem &* (vel *ad*) *generis propagationem facta eſt*. Sic enim exponenda videntur poſtrema verba. Theophilus Antiochenus libro 3. ad Autolycum ante medium, παρὰ Χριστιανοῖς σωφροσύνη πάρεστι, ἐγκράτεια ἀσκεῖται, μονογαμία τηρεῖται, ἁγνεία φυλάσσεται. *Apud Chriſtianos temperantia adeſt, continentia exercetur, Monogamia ſervatur, cuſtoditur caſtitas*. Ubi in libro Bibliothecæ Regiæ non admodum antiqua manu in charta ſcripto pro μονογαμία habetur μόνον ὁ γάμος, corrupte nec abſque Græculi fraude, opinor. Irenæus lib. 3. cap. 19. *Samaritanea illa prævaricatrici, quæ in uno viro non manſit, ſed fornicata eſt in multis nuptiis*. Ad quem locum adjungendus ille Tertulliani libro de Monogamia cap. 8. & ille Hieronymi Epiſt. 11. quæ eſt etiam de Monogamia itemque Canon 4. Baſilii. Verba ſunt Clementis Alexandrini Στρωματέων lib. 2. p. 421. γάμος ἐστὶ σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ πρώτη, κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. *Matrimonium eſt prima viri ac mulieris conjunctio, ſecundum legem facta, ad liberorum legitimorum procreationem*. Lege ejuſdem Operis lib. 3. p. 428. 457. 459. 461. 464. Tertullianus autem adhuc Eccleſiæ homo, Apologetici cap. 46. *Chriſtianus ad ſexum nec feminæ mutatur*. Adeantur ejuſdem ad Uxorem volumina. Minucius Felix in Dialogo, poſt medium: *Alia ſacra coronat univira, alia multivira, & magna religione conquiritur quæ plura poſſit adulteria numerare*. Ac multo poſt; *Nos pudorem non facie, ſed mente præſtamus: unius matrimonii vinculo libenter inhæremus: cupiditatem procreandi aut unam ſcimus, aut nullam*. Adde iſta Origenis Homil. 17. in Lucam; *Bonum eſt & primum, ſi qua poteſt virginitatis gratiam poſſidere. Si autem hoc non potuerit, ſed evenerit ei ut perdat virum, vidua perſeveret. Quod quidem non ſolum poſt mortem viri, ſed etiam cum ille vivit, debet habere in animo; ut etiam ſi non venerit, voluntas ipſius & propoſitum a Domino coronetur:*

ronetur:

roneiur: & dicat; Hoc voveo atque promitto, ſi mihi humanum aliquid quod non opto contigerit, nihil aliud faciam; quam incontaminata, viduaque perſeverem. Nunc vero & ſecunda & tertia, & quarta nuptiæ, ut de pluribus taceam, reperiuntur: & non ignoramus quod tale conjugium ejiciet nos de regno Dei. Sicut enim ab Eccleſiaſticis dignitatibus non ſolum fornicatio, ſed & nuptiæ (iteratæ ſcil.) *repellunt, neque enim Epiſcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Vidua poſſunt eſſe digami, ſic forſitan & de cœtu primitivorum immaculatorumque Eccleſiæ, quæ non habet maculam neque rugam ejicietur digamus; non quo in æternum mittatur incendium, ſed quo partem non habeat in regno Dei.* Et reliqua ad quæ te amandio, ut & ad Homiliam 19. in Jeremiam, Huetianæ Editionis pag. 188. ac Tomum 21. in Johannem, ejuſdem Editionis altero Tomo p.295 Sed & auctor Operis imperfecti in Matthæum, Tom. 7. B. Chryſoſtomi, Homil. 32. ſic loquitur; *Apoſtoli præceperunt ſecundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum. Nam ſecundam quidem accipere, ſecundum præceptum Apoſtoli eſt: ſecundum autem veritatis rationem, vere fornicatio eſt; ſed dum permittente Deo publice & licenter committitur, ſit honeſta fornicatio.* Prætermitto Gregorium Nazianzenum Oratione 31. pag. 501. Amphilochium Oratione in Domini occurſum, pag. 32. Hieronymum ſæpiſſime, Auctorem Commentariorum in Epiſtolas S. Pauli, cum Ambroſianis libris excuſorum, ad I. Corinth. VII. 40. Photium in Auctario Epiſtola 1. Balſamonem ad Canonem 7. Synodi Neocæſarienſis, & Ratramnum lib 4. contra Græcos cap. 2 Spicilegii Acheriani Tom. I. p. 109.

III. Niſi quod admonere operæ precium ſit, hujus locum caute legi oportere. Ait; *Conſtantinopolitanos idem Hiſtoriographus* Socrates *refert, in recipiendo vel rejiciendo binubos non idem ſentire, ſed eſſe diviſos; quibusdam ſentientibus eorum receptionem; quibusdam diſſentientibus ratam* (ita ſcribo) *eſſe; cum Occidentalis omnis Eccleſia ſine contradictione palam recipiat.* Verum Socrati lib. 5. cap. 22. ſermo eſt de Novatianis, non de Catholicis; neque ab eo dicitur, ex Conſtantinopolitanis alios favere binubis, alios contra illos ſtare; dicitur, Conſtantinopoli, Novatia-

35 conquirit honorem apud Dominum. Serva ergo caſtitatem, & pudicitiam; & vives Deo. Hæc quæ tecum loquor, & mando tibi, cuſtodi deinceps ex quo tibi traditus ſum, & in domo tua habito; & prioribus peccatis tuis erit remiſſio, ſi Mandata mea cuſtodieris. Sed & omnibus erit remiſſio, qui Mandata mea cuſtodierint.

MANDATUM V.

De triſtitia cordis, & patientia.

I.

Æquanimis, inquit, eſto et patiens, et omnium operum nequiſſimorum dominaberis et operaberis omnem juſtitiam.

Φύλασσε τὴν ἄνοιαν ϗ μακροθυμίαν ϗ γίνῃ συνετὸς, ϗ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις, ϗ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην.

nos in cauſſa διγαμίας connivere, ſuamque non prodere ſententiam. Accipe verba, ut recte translata inveniuntur Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 9. c. 38. utque emendari debent in Ratramno; *Novatiani circa Phrygiam binubos non recipiunt: Conſtantinopoli vero neque aperte recipiunt, neque palam removere noſcuntur: in Occidentalibus vero partibus aperte recipiunt.* Nihil etiam dico de antiqua Eccleſiæ diſciplina, tot canonibus firmata, per quam Bigamis pœnitentia injungebatur, ac denegabatur benedictio nuptialis & corona. Prætereo denique τῶν ἔξω teſtimonia, tam Græcorum, quam Latinorum, unde liquet Ethnicorum plerisque parum probatas fuiſſe ſecundas nuptias. COT.

35. Bod. *acquirit.* OXON.

νην. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσαι μὴ σκοτούμενον ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος, μὴ μιώμενον. * ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. &c.

Quod ſi patiens fueris, Spiritus ſanctus qui habitat in te, mundus erit, & non obſcurabitur ab aliquo nequiſſimo Spiritu, ſed gaudens 36 dilatabitur, & epulabitur 37 in e) vaſe in quo inhabitat, & apparebit Domino hilaris in pace magna. Quod ſi iracundia aliqua ſupervenerit; 38 continuo Spiritus ſanctus, qui in te eſt, anguſtiabitur, & quæ-

* fortaſſe leg. πνιγόμενον.

36. Bod *ſpatioſa habitat* Lam *ſpatioſe habet.* Ibid.

37. Lam. *cum vaſe, cum quo habitat*, Ibid.

e) Cum vaſe *MS. C*

38. *Continuo Spiritus ſanctus, qui in te eſt anguſtiabitur, &c.* & capite 10. Mandato Origenes Homil. 6 in Numeros; *Non enim poteſt Spiritus ſanctus conſortium pati & ſocietatem Spiritus mali. Certum eſt enim peccati tempore adeſſe in corde uniuscujusque Spiritum malum, & agere partes ſuas. Cui utique cum locus datur, & recipitur à nobis per cogitationes malas & concupiſcentias peſſimas, contriſtatus & (ut ita dicam) coanguſtatus fugatur de nobis Spiritus ſanctus. Propter quod & Apoſtolus ſciens hæc ita accidere, monebat, dicens;* (*Epheſ.* 4 30) *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis* Hilarius ad Pſ CXVIII, 121 *Omnis in quo peccati voluntas eſt Deo vacuus eſt: & ubi Deus non erit, illic Diaboli locus eſt; qui inſidians atque obſidens, ubi adeundi opportunitatem habuerit, tanquam vacuam domum occupat, quæ ei Deo eam deſerente ſit tradita.* Similia quoque in Optato lib. 4. poſt medium, in Hieronymo II. adverſus Jovinianum 1. & apud alios; item Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 6. cap. 27.

Et non habet locum apparendi Domino, ſicut vult λειτουργῆσαι. Paullo ante *apparebit Domino hilaris in pace magna λειτουργεῖ.* Exponi poteſt utrumque, quemadmodum illud Apoſtoli Rom. VIII. 26. *Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, à multis etiam Veterum explicatur; ut id facere dicatur ſanctus Spiritus, quod à ſanctis ipſo inſpirante fit. Sed nec in ſcriptis primorum Patrum, voces λειτουργεῖν, ὑπηρετεῖν, ὑπουργεῖν, διακονεῖν, *apparere* ſeu *miniſtrare*, & ab eis deductæ, ſemper de ſervili miniſterio uſurpantur. Quocirca tributas invenies Filio ac Spiritui ſancto, qui cum omni poteſtate conſilia Patris, quæ ſunt etiam ſua perficiunt. De Filio dictum ad Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. ult. De ſancto Spiritu verba Irenæi ſunt lib. 1. adverſus Hæreſes cap. 17 *Non indigente Patre Angelis, uti faceret Conditionem, & formaret hominem, propter quem & Conditio fiebat: neque rurſus indigente miniſterio ad fabricationem eorum quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum negotiorum quæ ſecundum hominem erant; ſed habente copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei ad omnia ſua progenies & figuratio ſua, id eſt Filius & Spiritus ſanctus, Verbum & Sapientia; quibus ſerviunt & ſubjecti ſunt omnes Angeli.* Tertulliani vero Adverſus Praxeam cap. 12. *Cum quibus enim faciebat hominem & quibus faciebat ſimilem; cum Filio quidem qui erat induturus hominem, Spiritu vero qui erat ſanctificaturus homines; quaſi cum miniſtris & arbitris, ex unitate Trinitatis loquebatur.* Denique S. Epiphanii in Ancorati cap 68 indeque Hæreſi 74. cap. 5. λέγω οὖν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας. συνδιακονοῦν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συμπαρειλήφαμεν ἐκ θείων γραφῶν οὕτως· ἀποστέλλεται ὁ Χριστὸς ἀπὸ Πατρὸς, ἀποστέλλεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον &c. Hoc eſt; Dico igitur Chriſtum miniſtrum fuiſſe Circumciſionis propter veritatem Dei, ad *complendas* promiſſiones. (Rom. 15. 8.) *Porro Spiritum ſanctum una miniſtrare, ex ſacris Scripturis ita quoque accepimus:*

quæret diſcedere. Suffocatur enim f) aſpectu nequiſſimo; & non habet locum apparendi Domino, ſicut vult: tribulatur enim ab iracundia. Utrique ergo Spiritus, cum pariter inhabitant, perniciosum eſt homini.
39 Si quis enim aſſumat abſinthii puſillum, & mittat in amphoram mellis; nonne to-
tum

pimus; Chriſtus à Patre mittitur & Spiritus ſanctus: &c. Secundoque poſtea capite; συνεργεῖ τοίνυν, ὡς ἀποδέδεικται, τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Itaque Filius & Spiritus ſanctus cum Patre, uti demonſtravimus, agunt communiter.* Capite autem primo citatum præcedente; οὐκοῦν ταῦτα τρία ὄντα, ἢ ἐξ αὐτοῦ, ἢ παρ' αὐτοῦ, ἢ πρὸς αὐτὸν, ἑκάστῳ ἀξίως νοούμενα, καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει, φῶς, πῦρ, πνεῦμα, καὶ ἄλλαις οἶμαι ὁράσεων ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος ὁ διακονούμενος ἄνθρωπος. Id eſt; *Tria igitur iſta ſunt; aut ex ipſo, aut ad ipſum; quæ ab unoquoque, ut par eſt intelliguntur, prout ſe ipſas perſona illa declarant; lux, ignis, ſpiritus, aliisque (opinor) ſpectaculorum ſimilitudinibus, pro eo ac dignus eſt ille homo, cui hoc officii genus impenditur.* Et quibusdam interjectis, vocat τρία πρόσωπα ἁγίας λειτουργίας, *Tres functionis ſacræ perſonas.* Ubi vides διακονεῖν & λειτουργίαν Patri etiam attribui. COT.

f) à Spiritu ſic & *MS C.*

39. *Si quis enim aſſumat abſinthii puſillum* Apposite ad hanc comparationem adnotabitur illa S. Gregorii Nazianzeni in Apologetico p. 7. θᾶττον ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως ἢ ἀρετῆς βαθείας κατὰ μικρόν. ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν μικρὸν ἀψίνθιον τάχιστα μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ, μέλι δὲ, οὐδὲ τὸ διπλάσιον ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος. *Citius exiguum vitium uberrimè, largiſſimeque quiſpiam perceperit, quam ingentem & copio-*
ſam

-tum mel exterminabitur? et tantum mellis, à modico abſinthio diſperit, et perdit dulcedinem g) mellis; et jam non habet gratiam apud dominum ſuum; quoniam totum h) mel amarum factum eſt, et uſum ſuum perdidit.

Sed ſi in mel non mittatur abſinthium; dulce erit, et in 40 uſu domino ſuo. Vide enim quam ſit 41 æquanimitas dulcior melle; et utilis erit Domino qui in ipſa commoratur: nam iracundia inutilis eſt. Si ergo mixta fuerit iracundia æquanimitate, contribulatur 42 animus, et non eſt utilis Deo oratio illius.

Ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι μὴ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὑρίσκεται τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον πάντως γίνεται τῷ δεσπότῃ. Βλέπε οὖν ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι καὶ εὔχρηστός ἐστι τῷ κυρίῳ καὶ ἡ αὐτῇ κατοικεῖ· ἡ δὲ ὀξυχολία τὴν μακροθυμίαν μιαίνει.

Antiſum *virtutem parce ac tenuiter. Nam & parum abſinthii amaritudinem ſuam melli celerrime impertit: cum contra mel, ne dupl.s quidem parte copioſius dulcedinem ſuam abſinthio infundat* Ibid.

g) Mel & non MS. C. h) *Deeſt* MS. C.

40. Lam. *uſum* OXON.

41. *Quam ſit æquanimitas dulcior melle.* Hic, ut & alibi non raro, preſſius inhæret Antiochi Græco, *Interpretatio Codicis Victorini*, magno uſui futura, ſi quando Hermas qua lingua ſcripſit in luminis oras exierit. Legitur in ea; *Quoniam animæquitas dulciſſima eſt plusquam mel.* ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι. Mox in Græco εὐχρηστος etiam habent exemplaria Regia. COT.

Lam. & Bod. *animæquitas*, ut & infra. OXON.

42. Lam. *anima.* Ibid.

Antiochus, *Homilia* 110.

Ἐὰν γάρ τις μακρόθυμος γένηται, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικεῖ ἐν αὐτῷ καθαρὸν, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος· ἀλλ' ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν εὐφραίνεται, μετὰ τοῦ σκεύους οὗ κατοικεῖ, καὶ λειτουργεῖ τῷ κυρίῳ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ. Ἐὰν δέ τις ὀξυχολία ἐπέλθῃ, εὐθέως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον στενοχωρεῖται, μὴ ἔχον τόπον καθαρὸν, καὶ ζητεῖ ἀποστῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον λειτουργῆσαι τῷ κυρίῳ καθὼς βούλεται. Ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ, ὁ κύριος κατοικεῖ· ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ, ὁ διάβολος. Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντα, ἀσύμφορόν ἐστι καὶ πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ, οὗ κατοικοῦσιν ἀμφότερα. Ἐὰν γὰρ λαβὼν

Quod ſi quis patiens fuerit, Spiritus ſanctus in eo habitat mundus, & non obſcuratur ab alio nequam Spiritu: ſed in lato loco habitans, lætatur cum vaſe in quo inhabitat, & apparet ſeu miniſtrat Domino in hilaritate magna. Quod ſi iracundia aliqua ſupervenerit; continuo Spiritus ſanctus anguſtatur non habens locum mundum; & quærit diſcedere, quia non habet locum apparendi ac ſerviendi Domino, ſicut vult. Deus enim in patientia habitat; in iracundia vero, Diabolus. Utrique ergo Spiritus, cum pariter inhabitant, pernicioſum eſt ac malum homini, in quo ambo habitant. Si enim aſſumas abſinthii puſillum, & mittas in amphoram mellis: nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis, à mo-

à modico abſinthio diſerit, Perdit enim dulcedinem, & amarum fit; & non habet gratiam apud dominum ſuum, quoniam amarum factum eſt. Vides, quod æquanimitas dulcior ſit melle, & utilis Domino: at iracundia, & amara & inutilis eſt. Si ergo miſta fuerit iracundia æquanimitati, polluitur æquanimitas, & non eſt utilis Deo oratio illius.

αἴψινθιον μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃ, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτον μέλι, ὑπὸ ἐλαχίστου αἰψινθίου ἀπόλλυται; ἀπόλλυσι γὰρ τὴν γλυκύτητα, καὶ πικρὸν γίνεται· καὶ οὐκ ἔχει χάριν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, ὅτι ἐπικράνθη. Βλέπεις ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὐχάριστος (f. εὔχρηστος) τῷ κυρίῳ· ἡ δὲ ὀξυχολία, καὶ πικρὰ καὶ ἄχρηστος ἐστι. Ἐὰν οὖν μιγῇ ἡ ὀξυχολία καὶ ἡ μακροθυμία· μιαίνεται ἡ μακροθυμία, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτῆς.

Et dixi illi: Vellem ſcire, Domine, nequitiam iracundiæ, ut cuſtodiam me ab illa. Et dixit mihi: Scies; &, ſi non cuſtodieris te ab illa, perdes ſpem tuam cum tota domo tua. Sed recede ab illa. Ego enim tecum ſum Nuncius æquitatis: & omnes qui ab ea recedunt, quicumque pœnitentiam egerint ex totis præcordiis ſuis, 43 vivent Deo; ſed & cum illis ero, & conſervabo omnes. Juſtificati enim ſunt omnes, qui pœnitentiam egerint, à ſanctiſſimo i) Nuncio.

Ἄκουε

43. MSS. deſunt *vivent* in *Deo*, Ibid.
i) al. Angelo.

Ἄκουε δὲ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, πῶς πονηρά ἐστιν - - - οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ὄντας πλήρεις ἐν τῇ πίστει. οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτούς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ κυρίου μετ' αὐτῶν ἐστιν. ἀλλὰ ἀποπλανᾷ τοὺς διψύχους. ὅταν γὰρ &c.

III. Audi nunc, inquit, nequitiam iracundiæ, 44 quam prava, quamque noxia eſt, & quo pacto ſervos Dei evertit. Qui enim pleni ſunt 45 in fide, non poteſt 46 nocere illis; quoniam virtus Dei eſt cum illis. Evertit enim dubios & vacuos. Quoties autem viderit tales homines, injicit ſe in corda 47 eorum; & de nihilo aut vir, aut mulier amaritudinem percipit, propter res quæ ſunt in uſu, aut pro convictu, aut pro aliquo verbo, ſi quod forte incidit, ſupervacuo, aut pro amico aliquo, aut debito, aut pro his ſimilibus rebus ſupervacuis. Hæc enim ſtulta ſunt, & ſupervacua & vana ſervis Dei. Æquanimitas autem valida eſt & fortis, & habet virtutem magnam, & ſedet in amplitudine magna, hilaris in pace gaudens, & honorificans Dominum in omni tempore manſvete. Hæc enim æquanimitas habitat cum bene fidentibus. Nam iracundia ſtulta eſt, & levis, & fatua. De ſtultitia vero, naſcitur

44. Bod. *quam peſſima*. Ibid.
45. MSS. *fide*. Ibid
46. Lam. *facere*. Ibid.
47. Bod. & Lam. *hominum*. Ibid.

amaritudo; & ex amaritudine, iracundia; ex iracundia vero, furor.

Hic ex tot malis creatus 48 furor operatur peccatum magnum & inſanabile. 49 Cum enim hæc omnia in uno vaſe ſunt, ubi & Spiritus ſanctus moratur; non capit hos i) vas, ſed ſupereffluit: quoniam tener Spiritus non poteſt cum malo ſpiritu immorari, recedit, & habitat cum manſueto: deinde cum receſſerit ab homine in quo habi-

Εἶτα ἡ μῆνις ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἀνίατος. ὅταν γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ κατοικεῖ, ὅπου καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ χωρεῖ ἐκεῖνο τὸ ἀγγεῖον, ἀλλ' ὑπερπλεονάζει τὸ τρυφερὸν πνεῦμα, μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος καὶ σκληρότητος κατοικεῖν. οὐ-
τῶς

48. Bod. *creatus, facit peccatum.* Ibid.

49. *Cum enim hæc omnia in uno vaſe ſunt.*) Mandato XI. *Vacuis enim vaſis quod committitur, non effluit.* Auctor Operis imperfecti in Matthæum, inter ſpuria B. Chryſoſtomi ad illud Matth. XXIV. 42 *Vigilate* &c ait; *Sicut enim vas, quamdiu plenum eſt de aliquo, non recipit ſupermiſſum; ſi autem vacuum fuerit, recipit omne quod mittitur: ſic homo, quamdiu occupatus eſt malis non recipit bonum; & ſi occupatus fuerit bonis, repellet malum; ſi autem nec iſto nec illo ſe occupaverit, id eſt ſi neque bonis neque malis intenderit, omnis ſpiritus intrat in eum: intrans autem, non ſtatim ducit eum ad peccatum: ſed primum delectat eum in malis, & ſenſum deſideriis carnalibus alligat; & poſtea ducit ad peccatum, quando jam etſi intelligit malum eſſe quod facit, non poteſt reſiſtere contra malum.* In Græco hujus capitis nota variam lectionem MS. Reg. 24. 20. συςαθμοῦντας. COTEL.

i) hoc ſic. M.S. C.

τως ὖν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις.

tabat, fit homo vacuus à Spiritu ſancto, & poſtea repletur Spiritibus malignis, & obcœcatur à cogitatione k) 50 mala.

Antiochus, ibidem.

Ἡ γὰρ ὀξυχολία, πονηρὰ ὖσα, καταστρέφει τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας l) παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς πικραίνεται, ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ περὶ ἐδεσμάτων, ἢ ὅτι μικρολογία τις ἐνέπεσεν ματαία, ἢ περὶ δόσεως.* Ταῦτα γὰρ πάντα μωρά ἐστι καὶ κενὰ καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία, μεγάλη

Nam iracundia, cum prava ſit, vi ſua evertit ſervos Dei. Quoties enim viderit dubios homines, injicit ſe in cor hominis; & de nihilo homo amaritudinem percipit, propter res quæ ſunt in uſu, aut pro convictu; aut pro aliquo verbo, ſi quod incidit, ſupervacuo; aut pro dato & debito. Hæc enim omnia ſtulta ſunt, & ſupervacua & vana ſervis Dei. Æquanimitas autem, valida eſt & fortis, & habet virtutem magnam, & ampliſſimis rebus

k) Bona. Sic omnibus iracundis contingit. V. *Sed MS. C.* mala. Sic &c.

50. Imp. *mala. Recede*, addunt MSS inter hæc duo verba: *Sic omnibus iracundis contingit.* OXON.

l) *tranquillo ſtatu utentes.* Licet Cotelerius mallet δυσαθοῦντας vel εὐσταθοῦντας.

* apud Athanaſ. ad Antiochum eſt ἢ περὶ φίλου τινὸς ἢ περὶ δόσεως ἢ λήψεως.

bus fruitur, & hilaris in pace gaudens honorificat Dominum; nihil in ſe habens amari, quia manſueta eſt & quieta. Hæc ergo æquanimitas habitat cum iis qui fidem integram poſſident. At iracundia ſtulta eſt. Deinde de ſtultitia naſcitur amaritudo; & ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Sanctus ergo Spiritus, ut tener, nec morari ſolitus cum duro ac malo ſpiritu, recedit ab ejuſmodi homine, & quærit habitare cum manſueto, & fit homo ille vacuus à Spiritu juſto, & omnino obcæcatur à cogitatione bona.

ἐςὶν καὶ ἰσχυρὰ, m) ἔχουσα δύναμιν ςιβαρὰν, n) καὶ εὐθύνει, καὶ ἀγαλλιωμένη ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, μηδὲν ἐν αὐτῇ ἔχουσα πικρὸν, διότι πραΰς ἐςι καὶ ἡσύχιος. o) Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν τὴν πίςιν ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία ἄφρων ἐςίν. p) Εἶτα, ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, ἐκ δὲ τῆς πικρίας θυμὸς, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Τὸ οὖν ἅγιον πνεῦμα ὡς τρυφερὸν ὂν, καὶ μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ τοῦ σκληροῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος, ἀποχωρεῖ q) ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου, καὶ ζητεῖ τοῦ κατοικῆσαι r) μετὰ τοῦ μακροθύμου, εἶτα ὅταν ἀπο-

ςῇ

m) id. ὀχυρά.

n) id. ἰσχυρὰν καὶ καθημένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ ἱλαρά, ἀγαλλ. καὶ ἀμ.

o) Παραμένων διὰ παντὸς (ἐν) πραότητι καὶ ἡσυχία id.

p) id. πρῶτον μὲν μωρία ἐςὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν.

q) id. ὑποχωρεῖ.

r) id. κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας.

ςῇ ἀπότε ἀνθρώπε ἐ κατοικεῖ, ϗ γίνεται ὁ θρωπ☉ ἐκεῖν☉ κενὸς τε̃ πνεύματ☉ τοῦ ἁ * ϗ λοιπὸν πεπληρωμέν☉ τῶν πνευμάτων πονηρῶν ἀκαταςαλεῖ ἐν πάσῃ πράξει αὐλε̃ πε πώμεν☉ ὧδε κἀκεῖ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων πονηρῶν, ϗ ὅλ☉ ἀπολυφλεῦλαι ἀπὸ τ̃ διανο τ̃ ἀγαθῆς.

Ἀπέχου ἐν ἀπὸ τ̃ ὀξυχολίας τε̃ πονηρεῦ δαίμον☉, ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν ϗ ἀντίςηθι τῇ ὀξυχολίᾳ, ϗ ἔσῃ εὑρισκόμεν☉ μξ̃ σεμνότητ☉ τοῖς ἠγαπημένοις ὑπὸ Κυρίε. Βλέπε οὖν μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην. Ἐὰν γδ̀ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ ϗ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι ἰσχυε ἐν ἐν αὐταῖς ϗ ἐνδυναμοῦ καὶ πιςεύσεις καὶ ζήσεις Θεῷ.

Recede ergo tu iracundia, & s) inc animæquitatem, & ſiſte iracundiæ; & venieris cum pudici &caſtitate à Deo. de ergo, ne forte gligas hoc Mandatu Si enim huic Man to 51 obedienti præſtiteris, & cæt Mandata mea, quæ bi mandaturus ſu poteris ſervare. C firma ergo nunc te Mandatis iſtis, ut vas Deo; & quicumque ſervaverint hæc M data, vivent Deo.

* Al. τε̃ δικαίε ut p. 870.

s) induc. V.

51. Bod. *dominationem egeris*. Ibid.

MANDATUM VI.

De agnoſcendis uniuscujusque hominis duobus Geniis, & utriusque inſpirationibus.

I.

PRæceperam, inquit, tibi in primo mandato, ut cuſtodires fidem, & timorem & pœnitentiam * Etiam, inquam, Domine. Sed nunc tibi volo monſtrare virtutes horum mandatorum, ut ſcias effectus illorum, quo modo ipſa poſita ſunt ad juſtum pariter & injuſtum. Tu itaque crede juſto; injuſto autem tu nihil crede. Juſtitia enim rectam viam habet; at injuſtitia pravam. Sed tu rectam viam cuſtodi, pravam autem relinque. Prava autem via non habet exitum bonum, ſed offendicula multa. Aſpera eſt & ſpinoſa, & ducit ad interitum, & noxia eſt hominibus ambulantibus in illa. Qui

Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον καὶ ἐγκρατεύσῃ. ἀπεκρίθην, ναὶ Κύριε, οὕτως ἐστί. ἀλλὰ νῦν θέλω σοι δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τὴν δύναμιν ἣν ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν, διπλαῖ γάρ εἰσιν, κεῖνται γὰρ ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μηδὲν πιστεύσῃς. Τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν. *Athanaſ. ad Antioch.* T. 3. p. 254.

* fortaſſe leg. *continentiam*, ſive *abſtinentiam* ut p. 825.

Qui autem viam rectam petunt, æqualiter ambulant ſine offenſione; quia non eſt aſpera, neque ſpinoſa. Vides igitur quod melius eſt per hanc viam incedere. Ibis enim, inquit; & quicumque ex toto corde crediderint in Domino, ibunt per illam.

II. Audi nunc, inquit, primum de fide. t) 52 Duo ſunt u) *Genii* cum homine. U-

t) Vide ſupra in Teſt. Vet. loca Origenis, 3. de Princip. 2. & hom. 35. im Lucam. Caſſiani, Collat. 8. c. 17. & Collat 13 c. 12. Proſperi. contra Collat c. 30.

52. *Duo ſunt Genii cum homine: unus æquitatis; & unus iniquitatis.* MS. codex Bibliothecæ S. Victoris toto hoc capite nomen Nuncii & Nunciorum uſurpat. non autem Genii & Geniorum. Citatur autem iſte locus & approbatur ab Origene lib. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 2. Homil. 35. in Lucam, atque à Caſſiano tum Collatione 8. cap 17. tum Collat. 13. cap. 12. Eoque reſpiciunt Origeniana hæc Homil. 12. in Lucam; *Unicuique duo aſſiſtunt Angeli alter juſtitia, alter iniquitatis. Si bona cogitationes in corde noſtro fuerint & in animo juſtitia pullularit, haut dubium quin nobis loquatur Angelus Domini. Si vero mala fuerint in corde noſtro verſata, loquitur nobis Angelus Diaboli.* Quæ ſub nomine Interpretis, Hieronymi, ac mutila reperies apud Hincmarum libro de Prædeſtinatione c. 25 pag. 185. Beda ad Act XII 15. *Quod unusquisque noſtrum habeat Angelum,* (in Jona Aurelianenſi lib. 3. de Inſtitutione Laicali cap 13. Spicilegii Tomo I. *Angelos*) *& in libro Paſtoris & in multis ſancta Scriptura locis invenitur. Nam & Dominus de parvulis*; Angeli, *inquit*, eorum ſemper vident faciem Patris mei. * *Et Jacob de ſe loquitur*; Angelus quievit me de cunctis malis. ** *Et hic* (Jonas *hi*) *diſcipuli Angelum Apoſtoli Petri venire credebant.* His adde pro ſententia de duobus Angelis ſeu Geniis, bono & malo.

u) Nuncii. V. * Matth. XVIII. 10. ** Gen. XLVIII. 16.

malo, hominum unicuique aſſiſtentibus, teſtimonia Origenis Homilia 23. in Jeſum Navæ, Homil. 1. in Ezechielem, & lib ult. contra Celſum ſub finem, pag. 433. 434 Baſilii in Eſaiæ III. 12. Gregorii Nyſſeni libro de vita Moſis multo ante medium Tom. 1. pag. 194 195. quem ſequuntur Procopius Gazæus ad Exod. IV. 27. ex illo reformandus, Theophanes Ceramæus Homil. 44. & Maximus Centuriâ 3. de charitate cap. 91. Item Chryſoſtomi Hom. 3. in Epiſtolam ad Coloſſenſes, & apud Antonium Monachum l. 2. Meliſſæ ſerm. 32. Pſeudo Chryſoſtomi ad Matth. IV. 11. Magiſtri Sententiarum lib. 2. diſt. 11 n 1. atque Scholaſticorum quorundam. Adde præterea Chaldæorum, Judæorum, & Muhammedanorum ſuffragia; itemque *Empedoclem* in Plutarchi libro de animi tranquillitate p 474. Platonem in Theodoriti ſermone 3. de Græcarum affectionum curatione, ſub finem, Euclidem Socraticum in Cenſorino de die natali cap. 3. & Servium ad illud Æneid. VI. *Quisque ſuos patimur manes*. Facit tamen rem incertam ex parte certi Dæmonis inſidiatoris, ſilentium cum Scripturæ, tum multorum Patrum; immo nonnullorum ex his contraria opinio, ut nihil dicam de recentioribus Theologis. Nam verbi gratiâ, Tertullianus cap. 39. lib. de anima, agens de Genius, dicit; *Adeo nulla ferme nativitas munda eſt: utique Ethnicorum*. Et cap. 57. *Nam & ſuggeſſimus nullum pene hominem carere Dæmonio*. Optatus Milevitanus lib. 4 contra Donatiſtas, poſt medium; *Neminem fugit, quod omnis homo qui naſcitur, quamvis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine ſpiritu mundi eſſe non poſſit; quem neceſſe ſit ante ſalutare lavacrum ab homine excludi & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur; per quem ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur*, &c. Ipſe etiam Origenes parum in ſuis conſtans Homil. 20. in Joſuam, multas intra nos ponit divinas Virtutes, animarum noſtrarum vel corporum curam gerentes, multasque noxias obſidentes ac inſidiantes. Atque eumdem Adamantium iſta Hieronymi verba petunt, ad Galat. I. 15. *Cum autem &c. Ceterum qui injuſtum Deum nituntur aſſerere, poſt illud quod dudum poſuimus* Abalienati ſunt

nus æquitatis: & unus iniquitatis. Et ego dixi illi: Quo modo, Domine, ſcire potero, quod duo ſunt x) Genii cum homine? Audi, inquit, & intellige. Æquitatis y) Genius tener eſt, 53 lenis & verecundus, manſuetus & quietus. Cum ergo in cor tuum aſcende-

peccatores à vulva; *inferunt etiam cætera quæ ſequuntur.* Erraverunt ab utero, locuti ſunt falſa. *Et dicunt; Quo modo ſtatim ab utero erraverunt peccatores, & falſa locuti ſunt; qui nec ſermonem potuerunt habere, nec ſenſum? Aut quæ eſt iſta juſtitia præſcientia Dei, alium amare & cuſtodire priuſquam naſcatur, alium deteſtari? Et cauſſas hujus rei ad priorem vitam referunt; quod unuſquiſque pro merito ſuo à primo ſtatim ortu bonis aut malis Angelis aſſignetur. Totumque illum locum de Jacob & Eſau, cujus nunc fecimus mentionem, ita ad Romanos ſcriptum ventilant, ut non abſque ſudore & Chryſippi eis poſſit helleboro reſponderi.* Scriptum quoque fuerat à Clemente Alexandrino in libris ὑποτυπώσεων, per Baptiſmum *Spiritus immundos animæ complicitos ſecerni*, πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλίζεσθαι. Habes in Editione illius p. 802. col. 1. Denique Lactantii dictum eſt de contaminatis ac perditis Spiritibus, lib. 2 cap. 14. *Adhærent ſingulis hominibus; & omnes oſtiatim domos occupant; ac ſibi Geniorum nomen aſſumunt.* Quod comparo cum illo Origenis VIII. in Celſum p. 412. Ἑλλήνων οἱ σοφοὶ λεγέτωσαν δαίμονας εἰληχέναι τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἀπὸ γενέσεως. *Dicant Græcorum ſapientes, ab hominis nativitate animam ſortitam eſſe Dæmonas.* Ut ut ſit, Hermæ noſtri dogma longiſſime diſtat ab errore *recentioris Hermæ alterius* ſociorumque Meſſalianorum, affirmantium unicuique homini ſtatim ab ortu comitem ac incolam adeſſe Dæmonem, qui ad malum cogat, nec Baptiſmo, ſed ſolâ oratione expellatur. COT.

x) Nuncii V. y) Nuncius V.

53. Bod. *omitt.* OXON.

rit, continuo loquitur tecum de juſtitia, de pudicitia, de caſtitate, de benignitate de 54 venia, de caritate, de pietate. Hæc omnia cum aſcenderint in cor tuum; ſcito quod z) Genius æquitatis tecum eſt: Huic ergo Genio crede, & operibus ejus. Accipe nunc & Genii iniquitatis opera. Primum amarus, iracundus, & ſtolidus eſt; & opera illius pernicioſa ſunt, & evertunt ſervos Dei. Cum ergo in cor tuum aſcenderint hæc, intelliges ab operibus ejus, hunc eſſe Genium iniquitatis. Quo modo, Domine intelligam? Audi, inquit, & intellige. Cum iracundia tibi acceſſerit, aut amaritudo, intellige eum eſſe in te; deinde cupiditas a) multorum operum, & optimorum ciborum, & 55 ebrietatum, & 56 appetentia multarum rerum alienarum, & ſuperbia, & multiloquia, & ambitio, & quæcumque iis ſimilia ſunt.

Hæc ergo cum in cor tuum aſcenderint; intellige Genium ini-

Ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ἄγγελος

τῆς

54. Lam. & Bod. *indulgentia.* Ibid.

z) Nuncius V. *Sic & MS. C.*

a) Multarum opum *MS C.*

55. Bod *ebrietates.* Ibid.

56. *Appetentia multarum rerum alienarum.* Græca, ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν, niſi incrementum acceperint ab Antiocho, poſtulant, *Appetentia mulierum & rerum alienarum*; ſeu potius, *Appetentia mulierum & multarum rerum alienarum.* Simile judicium de loco alio, ſub finem Mandati ſequentis. COT.

τοῦ πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε. Ἔχεις οὖν ἀμφοτέρων τῶν ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας. Σύνες οὖν καὶ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης πίστευσον &c.

quitatis tecum eſſe. Tu ergo cum cognoveris opera illius, recede ab illis omnibus; & nihil illi crede; quia mala ſunt opera illius, & non conveniunt ſervis Dei. Habes ergo 57 utrorumque Geniorum opera. Intellige nunc, & crede Genio æquitatis, quia doctrina illius bona eſt. Licet enim ſit felicisſimus homo, & cogitatio alterius b) Genii aſcendat in cor illius; oportet illum virum aut mulierem peccare. Si autem etiam nequisſimus vir fuerit, aut mulier, & aſcenderint in cor illius, opera Genii æquitatis; neceſſe eſt, illum, aut illam aliquid boni facere. Vides ergo quod bonum eſt, Genium æquitatis ſequi. Si ergo illum ſecutus fueris, & credideris operibus illius, vives Deo; & qui crediderint operibus illius, vivent Deo.

Ex hoc capite iſta habet Antiochus, Homiliâ 61.

Δύο γὰρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου· εἷς τῆς δικαιοσύνης. εἷς τῆς πονηρίας. Καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος,

Duo enim ſunt Angeli cum homine: unus æquitatis; unus iniquitatis. Et æquitatis quidem Angelus, verecundus eſt, manſuetus, & quietus. Cùm

57. Lam. *utrorumque nuntium operam*, OXON.
b) Nuncii V.

poſſis. Diabolum autem ne timeas: timens enim Dominum, dominaberis illius; quia virtus in illo nulla eſt. In quo autem virtus non eſt, is ne timendus quidem eſt: in quo vero virtus glorioſa eſt, is etiam timendus aſt. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus eſt. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time plane facta Diaboli, quoniam maligna ſunt: metuens enim Dominum, timebis, & opera Diaboli non facies, ſed abſtinebis te ab eis. Duplex enim timor eſt. 61 Si enim malum operari f) volueris; timens Dominum, 62 ne id quidem facies. Si autem bonum operari volueris; timor g) utique Domini validus, & ingens, & glorioſus eſt. Time igitur Deum, & vives. Et quicumque eum metuerint, cuſtodientes mandata ejus, eorum vita eſt apud Dominum: non cuſtodientium autem, nec vita in illis eſt.

Antiochus, Homilia 127.

Time enim, inquit, Φοβήθητι h) γάρ,
Dominum, & mandata φησι, τὸν Κύριον, καὶ
ejus cuſtodi. *Servans* φύλασσε τὰς ἐντολὰς
αὐτ8.

f) al *noluerit.*

61. *Si enim malum operari volueris* Malim Græca quam Latina corrigere, ſcribendo εἰ δὲ θέλῃ τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι. Veteres libri, ἐὰν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάσασθαι COT.

62. Lam. & Bod. *non id faciet*, OXON.

g) itaque V.

h) apud Athanaſ. ad Antiochum, φοβ8.

αὐτοῦ. Φυλάσσων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔσῃ δυνατὸς ἐν (πάσῃ) πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον, πάντα καλῶς i) ἐργάσῃ. Οὗτός ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, (καὶ σωθήσῃ.) Τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς. φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον, κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ἐν ᾧ δὲ δύναμις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος. ἐν ᾧ ἡ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ ὁ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει. ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. φοβήθητι δὲ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ὅτι πονηρά εἰσι. φοβούμενος δὲ τὸν κύριον, οὐ φοβηθήσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτά ἀλλὰ φεύξῃ ἀπ' αὐτῶν. Διο-

autem præcepta Dei, eris potens in omni actu, & negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia benè operaberis. Hic eſt timor, quo oportet ut timeas, & ſalvus eris. Diabolum autem ne timeas. Timens enim Dominum, dominaberis Diaboli; quia virtus in illo nulla eſt. In quo autem virtus non eſt, is ne timendus quidem eſt: in quo vero virtus glorioſa eſt, is etiam timendus eſt. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus eſt. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time planè facta Diaboli, quoniam maligna ſunt. Metuens autem Dominum, non timebis opera Diaboli, & non facies ea; ſed abſtinebis te ab eis. Duplex ergo timor eſt. Si malum operari nolueris, time Domi-

i) καλά, id.

Dominum, & id non facies. Si autem adhuc bonum operari volueris, time Dominum, & facies illud. Timor itaque Domini validus, & glorioſus eſt. Et quicumque eum metuerint, & cuſtodierint mandata ejus, vivent Deo.

σοὶ ἂν εἰσὶν οἱ φόβοι. Εἰ δὲ θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, φοβήθητι τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἐργάζῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ θέλῃς πάλιν τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, φοβήθητι τὸν κύριον, καὶ ἐργάζῃ αὐτό· ὥστε ὁ φόβος τοῦ Κυρίου ἰσχυρότερός ἐϛι, καὶ ἔνδοξος. k) Καὶ ὅσοι ἂν φοβηθῶσιν αὐτὸν, καὶ τηρήσωσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ζήσονται τῷ Θεῷ.

MANDATUM VIII.

Declinandum eſſe à malis, & facienda bona.

Dixi tibi, inquit, quod 63 creaturæ Domini duplices ſunt, & abſtinentia duplex eſt. A quibusdam ergo abſtinere oportet; à quibusdam vero non. Manifeſta, inquam, mihi, Domine, à quibus abſtinere oportet, & à quibus non. Audi, inquit: A malo abſtine; & noli id facere. A bono autem abſtinere noli, ſed fac illud. Si enim abſtinueris à bono, & non id feceris, peccabis. Abſtine igitur ob omni malo, & l) ſcies omnem juſtitiam. Quales, inquam, malignitates ſunt hæ, à qui-

k) Sic leg. ap. Athanaſ. T. 3. p. 255. v. 24. ἰσχυρός ἐϛι καὶ ἔνδοξος.

63. Bod. *creationes*. Lam. *orationes*. Ibid.

l) forſaſſe, *facies*.

quibns abſtinere oportet? 64 Audi inquit: 65 ab adulteriis, ebrietatibus & 66 commeſſationibus malignis, ab eſca nimia, à lautitia, & inhoneſtate, à ſuperbia, ab abnegatione, à mendacio, detractione: à nequitia ficta, à 67 recordatione injuriæ, & à fama peſſima.

Ταῦτα τὰ ἔργα πονηρά ἐστι τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. τούτων οὖν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ μὴ ἐγκρατευόμενος τούτων οὐ δύναται ζῆσαι τῷ Θεῷ. ἄκουε δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτων. καὶ πολλὰ γάρ εἰσιν, ἀφ᾽ ὧν δεῖ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἐγκρατεύεσθαι. κλοπή, ψεῦδος, ἀποστέρησις, ψευδομαρτυρία, πλεονεξία, ἀλαζονεία καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. εἰ οὐ δοκῇ σοι πονηρὰ εἶναι ταῦτα; ἀ-

Hæc enim ſunt opera iniquitatum, à quibus abſtinere oportet ſervum Dei. Qui enim ab iis abſtinere non poteſt, vivere Deo non poteſt. Audi nunc, inquit, & ſequentia * eorum. Et quidem multa ſunt adhuc, à quibus abſtinere debet ſervus Dei. A furto, ab abnegatione, à falſo teſtimonio, à cupiditate, à ſuperbia, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Videntur ergo

Kkk tibi

64. Sic Lam. Bod. & Cotel. Alii *reſpondit mihi*. ibid.

65. *Ab adulteriis, ebrietatibus & commeſſationibus malignis.*) Aut legebat ἀπὸ μοιχείας, πορνείας, μεθύσματος, aut μεθύσματος jungebat cum voce quæ ſequitur ἀνομίας, ſicut exhibent duo Codices Regis. COT

66. Bod & Lam. *conviviis*. OXON.

67. Lam. *memoria malignitatis*. ibid.

* horum. Adhuc ergo ſunt ſequentia horum. V. *Sic & MS.* C.

tibi hæc mala eſſe, an non? Equidem valde mala ſunt ſervis Dei. 68 Ab his ergo omnibus debet abſtinere ſervus Dei. Abſtine ergo ab omnibus his, ut 69 vivas Deo, & ſcribaris cum abſtinentibus. A qvibus ergo debeas abſtinere, illa ſunt. A quibus autem non debeas abſtinere audi. Ab omnibus bonis operibus noli abſtinere, ſed facilla. Audi, inquit, virtutem bonorum operum quæ debeas operari, ut ſalvus eſſe poſſis. Primum omnium eſt fides, timor Domini, caritas, concordia, æquitas, veritas, patientia, caſtitas. Iis nihil eſt melius in vita hominum, qvi hæc * hu-

πεκριθῆ· καὶ λίαν πονηρὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

Ἐγκρατεῦσαι οὖν ἀπὸ πάντων τούτων, ἵνα ζήσῃς τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγραφήσῃ μετὰ τῶν ἐγκρατευομένων. ἃ μὲν οὖν δεῖ ἐγκρατεύεσθαι ταυτά ἐστιν. ἃ δὲ δεῖ σε μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν, ἄκουε. πάντων πρῶτον πίστις, φόβος κυρίου, ὁμόνοια, ἀγάπη, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή. τούτων ἀγαθώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα ἐάν τις φυλάσσει καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν, μακάριός ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Εἶτα τούτων ἀκόλουθα ἄκουε· χήρας ὑπηρετεῖν, καὶ ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀνάγκης λυτρώσασθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον

68. *Ab his ergo omnibus debet abſtinere ſervus Dei.*) In Græco, [illegible], *operibus*. COT.

69. Lam. deſunt; *vivas Deo, &c.* OXON.

* Cuſtodierit & ſecutus in vita ſua, vivet Deo. *MS. C.*

ξένον εἶναι, ἐν γὰρ τῇ φιλοξενίᾳ εὑρίσκεται ἀγαθοποίησις. ἡσύχιον εἶναι, ἐνδεέστερον γενέσθαι, πάντα ἄνθρωπον πρεσβύτην σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, ὕβριν ὑποφέρειν, μακρόθυμον εἶναι, ἀμνησίκακον, κάμνοντας τῇ ψυχῇ &c. δοκεῖ σοι ταῦτα ἀγαθὰ εἶναι; τί γὰρ τούτων, εἶπον, ἀγαθώτερον εἶναι δύναται; Γύμναζε οὖν σεαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ μὴ ἐγκρατεύου πάντων, καὶ ζήσεις τῷ Θεῷ.

ſtodierint & fecerint in vita ſua. Deinde horum ſeqventia audi. Viduis adminiſtrare, orphanos & pauperes non deſpicere, & ſervos Dei ex neceſſitate redimere, hoſpitalem eſſe. Hoſpitalitate enim invenitur aliquando fructus bonus. Non contradicere ., quietum eſſe, 70 humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, ſtudere 71 juſtitiæ, fraternitatem conſervare, contumelias ſufferre, æquanimem eſſe; lapſos a fide non projicere, ſed æquanimes facere; peccantes admonere, debitores non premere, & ſi qua iis ſimilia. Videntur tibi hæc eſſe bona, an non? Qvid enim melius eſt, inquam, 72 verbis iſtis? Vive ergo in his mandatis, & noli ab eis recedere. Si enim cuſtodieris hæc omnia mandata, vives Deo; & omnes qvi cuſtodierint hæc mandata, vivent Deo.

70. Lam. & Bod. *humiliorem*. Ibid.
71. Bod. *juſtitiam*. Ibid
72. Bod. & Lam. *horum verborum*. Ibid.

Idem Antiochus, Hom. 79.

Igitur abſtinentia duplex eſt. A quibusdam enim abſtinere oportet: à quibusdam vero non oportet. A malo enim abſtinere oportet, & id non facere: à bono autem non abſtinere, ſed facere. Abſtine igitur ab omni malo, faciens quod bonum eſt. Abſtine ab adulterio, fornicatione, ebrietate, malitia ſeu inhoneſtate, à deliciis, ab eſca nimia, & lautitia, divitiis, & gloriatione, & elatione animi, & ſuperbia, & à mendacio, ac detractione, & nequitia ficta, & recordatione injuriæ, & omni blaſphemia ſeu fama peſſima, furto, fraude ſeu abnegatione, falſo teſti

Ἡ οὖν ἐγκράτεια διπλῆ ἐςίν. Ἐπὶ τινῶν γὰρ δεῖ σε ἐγκρατεύεσθαι, ἐπὶ τινῶν δὲ οὐ δεῖ. Τὸ πονηρὸν γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό. τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν. m) ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν. ἐγκράτευσαι ἀπὸ μοιχείας, πορνείας, μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τρυφῆς, ἀπὸ πονηρίας, n) ἀπὸ τε ἐδεσμάτων πολλῶν, καὶ πολυτελείας, o) πλούτου καὶ καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἀπὸ ψεύσματος, p) καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικα-

m) Apud Athanaſ. ad Antioch. μὴ ἐγκρατεύου ἀλλὰ ποίει.

n) τρυφῆς πονηρᾶς id.

o) πολυτελῶν. id.

p) ψεύδους. id.

σικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας, κλέμματος, ἀποστερήσεως, ψευδομαρτυρίας, πλεονεξίας, ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἀπάτης, κενοδοξίας, ἀλαζονείας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Τούτων οὖν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν ἀγωνιστὴν καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἔργα ἀγαθὰ, ἃ δεῖ ἐργάζεσθαι, καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι. Πρὸ δὲ πάντων, πίστις, φόβος κυρίου, ἀγάπη, ὁμόνοια, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονὴ, χήραις ὑπηρετεῖν, ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀναγκῶν λυτροῦσθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἥσυχον, ἐνδεέστερον γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων, πρεσβύτας σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, μακρόθυμον εἶναι, μνησικακίαν μὴ ἔχειν, κάμνοντας τῇ

monio, avaritia, cupiditate mala, dolo, inani gloria, ſuperbia, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Ab his ergo operibus oportet abſtinere pugilem ac ſervum Dei. Sunt autem & opera bona, quæ oportet facere, & à quibus non debes abſtinere. Primum vero omnium, eſt fides, timor Domini, caritas, concordia, verba æquitatis, veritas, patientia, viduis adminiſtrare, orphanos, pauperes & ſolatio deſtitutos viſitare, ſervos Dei ex neceſſitate redimere, hoſpitalem eſſe, quietum, humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, ſtudere juſtitiæ, fraternitatem conſervare, æquanimem eſſe, contumelias ſufferre ſeu non habere memoriam injuriarum, animo laborantes conſolari; lapſos à fide non projicere, ſed convertere ac æquanimes facere; pec-

peccantes admonere, debitores inopes non premere, & ſi qua iis ſimilia. Si enim quis cuſtodierit hæc, & non ab eis receſſerit ac abſtinuerit, vivet Deo.

ψυχῇ παρακαλεῖν ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ πίστεως μὴ ἀποβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ εὐθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν ἐνδεεῖς, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Ταῦτα γὰρ ἐάν τις φυλάξῃ, καὶ μὴ ἐγκρατεύσηται ἀπ' αὐτῶν, ζήσεται τῷ Θεῷ.

MANDATUM IX.

Poſtulandum à Deo aſſidue, & ſine hæſitatione.

Iterum dixit mihi: Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites. Petens aliqvid à Domino, ne dicas intra te: Qvomodo vero poſſum aliquid petere à Domino, & obtinere, 73 cum ſim peccator tan-

Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν διψυχίαν καὶ μηδὲν q) ὅλως διψυχήσῃς αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς δύναμαι r) αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ κυρίου (καὶ) λαβεῖν ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; μὴ δια-

q) Ita Catena MS. ad Acta & Epiſtolam Jacobi I. 6. apud Clariſſ. Grabium T. 1. Spicilegii Patrum p. 303. pro quo apud Athanaſ. ad Antiochum T. 3. p. 256. ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν διψυχίαν καὶ μηδενὸς ὅλως &c.

r) Athanaſ. δυνήσομαι.

73. *Cum ſim peccator tantorum malorum in Dominum.*) Tertullianus in fine præclari Operis de pœnitentia; *Peccator enim omnium notarum cum ſim.* COT.

διαλογίζου ταῦτα ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον πρὸς τὸν Κύριον s) καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως καὶ γνώσῃ τὴν πολυευσπλαγχνίαν t) αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι οἱ μνησικακοῦντες ἀλλήλοις u) ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ πάντων τῶν ματαίων τούτων καὶ τῶν προειρημένων σοι ῥημάτων, καὶ αἰτοῦ παρὰ Κυρίου καὶ λήψῃ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν αἰτημάτων σου ἀνυστέρητος

torum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare; ſed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete ſine dubitatione; & ſcies miſericordiam Domini, quod non te derelinqvet; ſed petitionem animæ tuæ
74 adimplebit. Non eſt enim Deus ſicut homines, memores
75 injuriarum; ſed eſt immemor injuriarum, & miſeretur figmenti ſui. Ergo purifica cor tuum 76 ab omnibus vitiis hujus ſæculi, & obſerva prædicta verba tibi à Deo data: & accipies omnia bona quæ petis, & ex omnibus petitio-

 titio-

s) Grab. ἐπὶ τὸν κύριον.
t) πολυευσπλαγχνίαν Achenaſ.
u) ibid. deeſt ἀλλήλοις.
74. Lam. & Bod. *replebit*. OXON.
75. Bod. *malorum*. Ibid.
76. Bod. *à malis cogitationibus, & ab omnibus hujus ſæculi negotiis*. Ibid.

titionibus tuis nihil deerit tibi, ſi ſine dubitatione petieris à Domino. Qui ergo tales * non ſunt, omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qvi pleni ſunt fide, omnia petunt fidentes, & accipiunt à Domino, quia ſine dubitatione petunt. Omnis enim dubitans homo, ſi non pœnitentiam egerit, difficile Deo vivet. Purifica ergo cor tuum à dubitatione, & indue fidem, & crede Deo; & omnia qvæ petieris, accipies. Sed ſi petas aliquando petitionem, & x) 77 non accipias, noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ: forſitan enim propter tentationem,

ἔσῃ, ἐὰν ἀδιστάκτως αἰτήσῃς. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲν οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως λαμβάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται μηδὲν διψυχοῦντες. Πᾶς γὰρ δίψυχος ἀνὴρ ἐὰν μὴ μετανοήσῃ, δυσκόλως σωθήσεται. Καθάρισον οὖν τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τῆς διψυχίας, ἔνδυσαι δὲ τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστι, καὶ πίστευε τῷ Θεῷ, ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου ἃ αἰτῇ λήψῃ. Καὶ ἐὰν αἰτησάμενός ποτε παρὰ τοῦ Κυρίου αἴτημά τι καὶ μὴ ἀπολήψῃ, μὴ διψυχήσῃς.

* *Deeſt* in V. x) tardius. V.

77. Lam. *tardius accipias petitionem tuam*. OXON.

χήσῃς ὅτι τάχιον οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ &c.

aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardius accipies petitionem tuam. Sed tu noli deſinere petendo petitionem animæ tuæ, & accipies. Si autem ceſſaveris petendo, de te queraris, non de Deo, quod non dederit tibi.

Βλέπε οὖν τὴν διψυχίαν ταύτην, πονηρὰ γάρ ἐστι καὶ ἀσύνετος, καὶ πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ τῆς πίστεως καί γε λίαν πιστοὺς καὶ ἰσχυρούς. Ἡ γὰρ διψυχία &c.

Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν.

Vide ergo dubitationem hanc, quam pernicioſa ſit, & ſæva, & multos radicitus evellat à fide, etiam valde fideles & firmos. Etenim 78 hæc dubitatio filia eſt Diaboli, & valde nequiter agit cum ſervis Dei. Contemne ergo dubitationem, & dominaberis illius in omni re. Indue firmam fidem & potentem.

78. *Hæc dubitatio filia eſt Diabbli.)* ἡ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου. Quod ab Herma dicitur de dubitatione in precibus, Athanaſius de Nicænæ Synodi Decretis, paullo poſt initium, p. 252. adducit contra Euſebianos ſeu Arianos, homines διψύχους nec in ſua ſententia ſtabiles. COT.

Antiochus, Homilia 85.

Tollamus ergo à nobis dubitationem & puſillanimitatem, & nihil omnino dubitemus petere aliquid à Deo, dicentes intra nos; Quomodo poſſum aliquid petere à Domino, & obtinere, cum ſim peccator tantorum malorum in eum? Sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum, & pete ab eo ſine dubitatione, & ſcies magnam ejus miſericordiam, quod non te derelinquet, ſed petitionem animæ tuæ adimplebit. Non eſt enim Deus, ſicut homines, memores injuriarum; ſed eſt immemor injuriarum, & miſeretur figmenti ſui. Ergo purifica cor tuum à dubitatione, & pete ab eo, & accipies petitionem tuam. Cum autem dubitaveris; non accipies. Qui enim dubitant de Deo, hi ſunt dubii, & omnino nihil impetrant eorum quæ petunt.

Ἄρωμεν οὖν ἀφ' ἡμῶν τὴν διψυχίαν καὶ ὀλιγοψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσωμεν αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς. ὅ, τι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ κυρίου, καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσεις τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεός, ὡς οἱ ἄνθρωποι, μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τοῦ διστάζειν, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ, καὶ λήψῃ τὸ

τὸ αἴτημά σου. Ἐὰν ἢ διστάζεις, οὐ λήψῃ. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει, πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται. Ἐὰν δὲ καὶ βραδύτερον λαμβάνεις, μὴ διψυχήσῃς, ὅτι οὐκ ἔλαβες ταχὺ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις. z) Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος a) τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ b) αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ, μὴ τὸν μὴ διδόντα c) σοι. Ἡ γὰρ διψυχία θυγά-

Nam qui pleni ſunt fide, omnia petunt fidentes Domino, & accipiunt, quia ſine dubitatione petunt. Sed ſi tardius accipias, noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ. Omnino enim propter tentationem, aut pro peccato, quod tu ignoras, tardius accipis. Sed tu noli deſinere petendo petitionem animæ tuæ, & accipies. Si autem ceſſaveris petendo; de te quereris, non de eo qui non dederit tibi. Etenim dubitatio filia eſt Diaboli, & valde nequiter agit cum ſervis Dei. Tu ergo indue firmam fidem & potentem.

z) Athanaſ. ad Antioch. οὐκ ἔλαβες.

a) εὐχόμενος id.

b) id. addit: ἴσως δὲ ἀπολήψῃ καὶ μὴ διψυχήσῃς.

c) τὸν μὴ διδοῦντά σοι.

θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου, καὶ λίαν πονηρεύεται εἰς τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Σὺ οὖν ἔνδυσαι τὴν πίστιν τὴν ἰσχυράν.

Ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ. Ἡ δὲ διψυχία μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτῇ, πάντων ἀποτυγχάνει τῶν ἔργων αὐτῆς ὧν πράσσει.

Fides enim omnia repromittit, & omnia conſummat. Dubitatio autem non credit ſe aliquid impetraturam omnibus operibus Suis, quæ agit. Vides ergo, inquit, quod fides deſurſum eſt à Deo, & habet virtutem magnam. Dubitatio autem terrenus ſpiritus eſt, & à Diabolo, virtutem non habens.

Σὺ οὖν δούλευε τῇ εὐχῇ σου τῇ δυνάμει τῆς πίστεως -- καὶ ζήσῃ Θεῷ καὶ πάντες οἱ καταφρονήσαντες. f)

Tu igitur d) ſerva virtutem e) 79 fidei: à dubitatione autem recede, quæ non habet virtutem; & vives Deo; & omnes vivent Deo, quicumque hæc egerint.

MAN-

d) ſervi V.

e) habenti fidei V. Sed MS. G. fidem habentem virtutem.

79. Lam. add. *habita.* OXON.

f) ſupra pag. 890. καταφρόνησον οὖν αὐτῆς (τῆς διψυχίας) &c.

MANDATUM X. g)

De animi triſtitia, & non contriſtando Spiritum Dei, qui in nobis eſt.

I.

Longe fac à te omnem triſtitiam: etenim hæc ſoror eſt dubitationis, & iracundiæ. Qvo modo, inquam, Domine, ſoror eſt harum? Aliud mihi videtur triſtitia, aliud iracundia, aliud dubitatio. Et ait: Sine ſenſu non intelligis. Triſtitia enim omnium ſpirituum
80 neqviſſimus eſt, & peſſima ſervis Dei, & omnium ſpiritus exterminat, & cruciat Spiritum ſanctum, & iterum ſalvum facit. Ego, inquam, Domine, inſipiens ſum, & non intelligo quæſtiones iſtas quo modo poſſit cruciare, & iterum ſalvum facere, non intelligo. Audi, inquit, & intellige. Hi qui numquam exqviſie-

Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, καὶ γὰρ αὐτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. Πῶς, κύριε, ἀδελφή ἐστιν αὐτῶν; ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ ὀξυχολία καὶ ἄλλο λύπη. Λέγει αὐτῷ. διὰ τί, οὐ νοεῖς τὰ λεγόμενά σοι; οὐ νοεῖς, ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν παθῶν πονηροτέρα ἐστὶ καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάλιν σώζει.

g) Ἑνδεκάτη ἐντολὴ ap. Athanaſ. Tom. 3. pag. 257. 80. Lam. *nequior & peſſima.* OXON.

à ſe omnia loquitur; quia deſurſum eſt à virtute divini Spiritus. Qvi autem interrogatus, loquitur ſecundum deſiderium k) & aliis multis rebus hujus ſæculi. 88 Hujusmodi non intelligunt quæſtiones divinitatis; obſcurantur enim iis negotiis; & corrumpuntur, & confringuntur. Sicut vites bonæ quæ negliguntur, ab herbis & ſpinis premuntur & l) necantur: ſic & homines qui talibus crediderunt, ii negotiis & actionibus multis inciderunt, & m) evacuantur à ſenſu ſuo, & nihil omnino intelligunt, de divitiis 89 cogitantes. Sed ſi quando audierint de Domino, ſenſus eorum in negotiis ipſorum eſt. Qvi autem timorem Domini habent, & ſcrutantur de Deo veritatem; cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia qvæ dicuntur eis, percipiunt, & ſtatim n) intelliguntur, o) quia habent timorem Domini in ſe. Ubi enim

Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι οὐ νοοῦσιν, οἱ βάλλοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ σαρκικὰ καὶ κοσμικὰ πράγματα. *

Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες Θεοῦ, καὶ ἐρευνῶντες περὶ Θεοῦ ἔργων καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς τάχιον νοοῦσι, καὶ συνιοῦσιν ὅτι καθαροί εἰσι καὶ ἀμέριμνοι ἀπὸ πάσης φροντίδος καὶ μερίμνης κοσμικῆς, καὶ οὐδὲν

k) f. & de *vel* de.
88. Lam. & Bod. deeſt *hujusmodi*. ibid.
* Athanaſ. ad Antioch.
l) nocentur V. Sic & MS. C.
m) evocantur V. 89. Lam. *agentes*. Ibid.
n) al. intelligunt V. Sic & MS. C. o) qui V.

οὐδὲν ἄλλο εἰ μὴ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. ὅπου γὰρ ὁ Κύριος κατοικεῖ, ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. κολλήθητι οὖν τῷ κυρίῳ καὶ πάντων νοήσεις.

III. Ἄκουε οὖν πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν σώζει. Ὅταν ὁ δίψυχος ἐπιβάληται πρᾶξίν τινα καὶ ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον καὶ λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. εἶτα πάλιν ὀξυχολία ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγματός τινος καὶ λίαν πικρανθῇ καὶ ποιήσῃ τι κακόν, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξυχολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ, ᾗ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ ὅτι

90 Spiritus p) Domini inhabitat; ibi & ſenſus multus adjungitur. Adjunge ergo te Domino; & omnia intelliges ac ſenties.

Audi nunc inſipiens; quemadmodum triſtitia cruciat Spiritum ſanctum, & quo modo ſalvum facit. Cum dubius inciderit in negotium aliquod, & non 91 provenit illi propter dubitationem, triſtitia hæc intrat in hominem, & triſtem facit Spiritum ſanctum, & vexat eum. Deinde iterum; iracundia cum acceſſerit homini pro negotio aliquo, vehementer iraſcitur, & hæc ira intrat in præcordia iraſcentis, & vexatur in negotio ſuo qvod agit, & po-

90. Bod. *Dominus*. OXON.
p) Dominus V.
91. Lam. *evenit*. ibid.

ſtea pœnitet qvod male fecerit. Utraqve ergo res lædunt Spiritum ſanctum; dubitatio, & triſtitia. Dubitatio; qvia non ſucceſſit actus ejus: & triſtitia; qvia fecit iracundiam Spiritui. Aufer ergo triſtitiam à te, & 92 noli offendere Spiritum ſanctum, qvi in te habitat: ne roget Dominum, & recedat à te. Spiritus enim

πονηρὸν εἰργάσατο. αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. ἀμφότεραι δὲ τῶν πράξεων λυποῦσι τὸν ἄνθρωπον. ἡ μὲν λύπη, ὅτι ἀπέτυχε τῆς πράξεως· ἡ δὲ ὀξυχολία ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. ἀμφότερα οὖν λυπηρά ἐστι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. ἆρον οὖν &c.

92. *Noli offendere Spiritum ſanctum, qui in te habitat, ne roget Dominum, & recedat à te.* Μὴ λύπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοί, μήποτε ἐντεύξηται τῷ θεῷ καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Non ſignificat ἐντυγχάνειν ſupplicare more indigi, ultionem & auxilium qværentis, ac velut è carcere liberationem, ſed compellare, exponere, colloqui, ut Deum decet ex Deo procedentem τὸ γὰρ ἐντυγχάνειν, docet Gregorius Theologus Orat. 36. pag. 587. οὐχ ὡς ἡ τῶν πολλῶν συνήθεια, τὸ ζητεῖν ἐκδίκησιν ἔχει. Additur in Commentariis Ambroſio tributis, ad Roman. VIII. 26. 27. Ubi eodem modo ponuntur verba ὑπερεντυγχάνειν & ἐντυγχάνειν: *Non humanis eloquiis poſtulare pro nobis dicit Spiritum Domini; ſed more naturæ ſuæ. Cum enim quod de Deo eſt, Deo loquitur; eo more loquatur neceſſe eſt, quo ille loquitur de quo eſt,* &c. *Eloquitur non impulſu aëris, neque ut Angeli, aut ſicut cætera ex creaturis, ſed ſicut competit ejus divinitati.* Legatur verus Ambroſius Epiſtola 40. COT.

enim Dei, qvi datus eſt in 93 carnem, triſtitiam non ſuſtinet. (Λύπη γὰρ ἡ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μόνη ἔχει ὠφέλειαν, ἐὰν μὴ πάλιν ἁμαρτήσῃ.) Indue te ergo hilaritate, qvæ ſemper habet gratiam apud Dominum; & lætaberis in ea. Omnis enim hilaris vir, bene operatur, & bona ſapit, & contemnit q) injuſtitiam. Vir autem triſtis, male facit, r) qvia triſtem facit Spiritum ſanctum, qvi datus eſt homini s) hilari. Et iterum male facit; qvod triſtis orat Dominum, & 94 non ante facit exomologeſim; & non impetrat à Deo qvod petit. Semper enim oratio triſtis hominis, non habet virtutem ut t) accedat ad altare Dei. Et dixi illi: Domine, qvare non habet virtutem oratio triſtis hominis, ut aſcendat ad altare Domini? Quoniam, inqvit, triſtitia ſedet in corde ejus. Cum ergo mixta fuerit oratio viri cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mixtum, u) eandem

93. Addit Antioch. ταύτην. *carnem hanc*, ſeu *Spiritum datum hominibus* deſignans; & paulo infra dicitur, *qui datus eſt homini*. OKON.

q) *f.* triſtitiam r) *f. deeſt aliquid.*

94. *Et non ante facit Exomologeſim*. Homo triſtis querelas potius meditatur, quam laudes profundat, & Deo faciat Exomologeſim, gratam pro acceptis beneficiis confeſſionem Id enim quoque, Exomologeſis ſignificat. Quoniam juxta Hilarium ad Pſalm. LXVI verſ 6 alioſque, duplex eſt confeſſio, una peccatorum alia laudationis Dei, COT.

s) *f. hilaris.* t) *f.* aſcendat.

u) ὄξει οἶνος μεμιγμένος.

ſuavitatem non habet ſic & triſtitia Spiritui ſancto mixta, eandem orationem mundam non habet. Munda ergo te à triſtitia mala, & vives Deo: & omnes vivent Deo, qui projecerint à ſe triſtitiam, & induerint hilaritatem.

Καθάρισον οὖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

Antiochus, *Homil.* 25.

Aufer ergo hanc triſtitiam à te, & noli offendere Spiritum ſanctum, qui in te habitat; ne roget Dominum, & recedat à te. Spiritus enim Dei, qui datus eſt in hanc carnem, triſtitiam non ſuſtinet, neque anxietatem. Indue te ergo hilaritate, quæ ſemper habet gratiam apud Deum! & lætare in ea. Hilaris enim vir, bene operatur, & contemnit triſtitiam. Vir autem triſtis, ſemper male facit. Primo quidem

Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, καὶ μὴ λύπει y) τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κατοικοῦν ἐν σοί, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην z) οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, a) καὶ ἐντρύφα * ἐν αὐτῇ. Ὁ γὰρ b) ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, c) καὶ

y) Athanaſ. ad Antioch. θλίβε.

z) Athanaſ. addit σαρκικήν. * ἐντρύφησαι. id.

a) id. addit: καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ.

b) id. Πᾶς γὰρ ὁ καὶ ἀγαθὰ φρονῶν.

c) καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ, πάντοτε πονηρεύεται. d) Πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν. Δεύτερον δὲ λοιπὸν ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐξομολογούμενον (l. ἐξομολογούμενος) τῷ κυρίῳ. Τοῦ γὰρ e) λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις, οὐκ ἔχει δύναμιν ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Ἐγκάθηται γὰρ ἡ λύπη εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν λύπη ee) μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν πρὸς f) τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος, καὶ οἶνος, μεμιγμένος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν· οὕτως καὶ ἡ λύπη μεμιγ-

male facit; quia triſtem facit Spiritum ſanctum, qui datus eſt homini hilaris. Et iterum male facit, quod non facit exomologeſim Domino. Nam oratio triſtis hominis, non habet virtutem ut aſcendat ad altare Dei. Triſtitia enim ſedet in corde ejus. Cum ergo miſta fuerit oratio cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare. Sicut enim vinum aceto miſtum, eandem ſuavitatem non habet: ſic & triſtitia Spiritui ſancto miſta eamdem orationem non habet. Bonum itaque eſt projicere à ſe triſtitiam, & induere omnem hilaritatem.

c) id. addit: ματαίας.
d) ὀργίζεται καὶ ἀνομίας ἐργάζεται μὴ ἐντυγχάνων μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ Θεῷ. id.
e) Athanaſ. Πάντοτε γὰρ τοῦ.
ee) id. addit. ἡ κοσμική. f) id. εἰς.

μένῃ μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. Καλὸν οὖν ἐστι ἀποβάλλειν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐνδύσασθαι πᾶσαν ἱλαρότητα.

(Hoc mandatum videtur cum præcedente cohærere, nec divellendum eſſe. Contra veriſimile eſt mandatum ultimum dividendum eſſe in duo.)

MANDATUM XI.

Spiritus & Prophetas probari ex operibus: & de duplici Spiritu.

OStendit mihi ſedentes in ſubſelliis homines, & 95 unum ſedentem in cathedra. Et dixit mihi: Vides illos qui in ſcamnis ſedent? Video, inquam, Domine. Illi, inquit, ſunt fideles. Et ille qui in cathedra ſedet, 96 Spiritus terreſtris eſt. Nam in Eccleſiam vivorum non accedit, ſed refugit; applicat autem ſe dubiis, & vacuis; & in angulis & abditis locis divinat illis, & delectat illos, loquendo ſecundum omnia 97 deſideria cordis eorum. Vacuis enim vaſis quod committitur, non effluit; ſed conveniunt alius ad alium. Cum autem venerit in turbam virorum juſtorum, habentium Spiritum Divinitatis, & oratio illorum

95 MSS *alterum* OXON.
96 MSS. *facit ſpiritus terreſtres*. Ibid.
97. MSS, *deſideria illorum*. Ibid.

lorum. g) ſit ad Dominum, exinanitur homo ille; quoniam Spiritus ille terreſtris fugit ab illo; & obmuteſcit, nec quidquam poteſt loqui. Sicut in apotheca ſi 98 obturaveris vinum, vel oleum; & inter illa vaſa poſueris amphoram vacuam, & rurſum obturamentum deponere volueris; amphoram illam quam poſuiſti, vacuam invenies: ſic & Prophetæ 99 vacui, cum venerint inter Spiritum juſtorum, quales veniunt, tales inveniuntur. Habes utrorumque Prophetarum vitam. Proba ergo de vita & operibus, hominem, qui dicit ſe Spiritum ſanctum habere. Tu autem crede Spiritui 1 venienti à Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terreſtri vacuo, qvi à Diabolo eſt; in qvo fides non eſt, neqve virtus, credere noli. Audi ergo ſimilitudinem quam tibi 2 dicturus ſum. Accipe lapidem, & mitte in cœlum; aut iterum accipe ſiphonem aqvæ & h) 3 ejacula in cœlum; & vide ſi poſſis pertundere cœlum. Qvo modo, inqvam, Domine, hæc fieri poſſent? Utraqve enim qvæ dixiſti, fiere non poſſunt. Sicut ergo, inqvit, hæc fieri non poſſunt; ſic Spiritus terreſtris ſine virtute eſt, & ſine effe-

g) *f.* ſit Sic MS. C.
98. MSS. *ſtipaveris*, & mox, *ſtipationem*. Ibid.
99. Lam. *vacui conveniunt*. Ibid.
1. Alii leg *viventi*. Ibid.
2. Lam. *dicturus*. Ibid.
h) ſifoniza Sic & MS. C.
3. MSS. *ſiphoniza*. Ibid.

ctu. Accipe nunc virtutem deſurſum venientem, 4 in hac ſimilitudine. Grando minimum granum eſt, & cum cadit ſuper caput hominis, quo modo dolores præſtat? Aut iterum, vide ſtillicidium, quod à tegula cadit in terram, & cavat lapidem. Sic igitur minima quæ deſurſum cadunt ſuper terram, magnam habent virtutem. Adjunge te ergo huic habenti virtutem; & ab illo vacuo recede.

MANDATUM XII. i)

De duplici cupiditate: Dei mandata non eſſe impoſſibilia: & Diabolum non metuendum credentibus.

I.

ITerum dixit mihi; Tolle à te omnem cupiditatem malam, & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim 5 cupiditatem bonam, oderis malam, & refrenabis eam ſicut volueris. Horrenda eſt enim cupiditas mala, & difficile mitigatur. Horribilis eſt valida & fera, & feritate ſua conſumit homines: maxime ſi inciderit in eam ſervus Dei; & niſi ſapiens

Μάλιϛα εἰ ἂν ἐμπέσῃ εἰς αὐτὴν, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐὰν μὴ ᾖ συνετός, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς. Δαπανᾷ δὲ

4. MSS. *hanc ſimilitudinem.* ibid.

i) *δεκάτη ἐντολὴ* ap. Athanaſ. Tom. 3. p. 256.

5. Lam. *cupiditate bona.*

τούτους μὴ ἔχοντας ἔνδυμα ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, ἀλλ᾽ ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ. Τούτους οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον. Ποῖα, Κύριε, εἰσὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, τὰ παραδιδοῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; γνώρισόν μοι, ἵνα φύγω ἀπ᾽ αὐτῶν. Ἄκουσον, &c.

piens fuerit, conſumetur ab illa peſſime. Conſumit autem tales, qui non habent veſtem cupiditatis bonæ, & implicat illos negotiis hujus ſæculi, & tradit illos morti. Quæ ſunt, inquam, Domine, opera cupiditatis malæ, quæ tradunt homines morti? Demonſtra mihi, ut recedam ab illis. Audi, inquit, in quibus operibus cupiditas mala morti tradit ſervos Dei. 6 Spiritus omnium hominum terreſtris eſt, & levis, & virtutem non habet in totum, & multa loquitur. Et dixi: Quo modo igitur ſcire poteſt aliquis, eos? Audi, inquit, de utriſque vaſis: & ſicut dico tibi, ſic probabis Prophetam Dei, & falſum Prophetam. Primum k) ita proba hominem qui habet Spiritum Dei: quia Spiritus qui deſurſum eſt, quietus eſt, & humilis & recedit ab omni nequitia; & deſiderio vano hujus ſæculi, & 7 omni homine ſe facit humiliorem: & nemini reſpondet interrogatus, nec ſingulis reſpondet: neque cum vult, homini loquitur Spiritus Dei, ſed tunc lo-

6) MSS. *Primum omnium*. Ibid.
k) itaque
7. MSS. *omnium hominum*. Ibid.

loquitur cum vult Deus. Cum ergo venerit homo, qui habet Spiritum Dei, in Eccleſiam juſtorum, habentium fidem Dei, & oratio fit ad Deum; tunc l) Nuncius ſanctus Divinitatis, implet hominem illum Spiritu ſancto: & loquitur in turba, ſicut Deus vult. Sic ergo dignoſcitur Spiritus Divinitatis, 8 in quocumque Spiritus Divinitatis loquitur.

Ex hoc capite ita loquitur Antiochus, Homilia 74.

Dicit enim; Tolle à te omnem cupiditatem malam: & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim cupiditatem hanc, oderis malam cupiditatem, & refrenabis eam ſicut volueris. Fera enim eſt cupiditas mala, & difficile mitigatur. Horribilis enim eſt, & valde feritate ſua conſumit homines. Cum autem dicit; Fera eſt cupiditas mala;

Φησὶ γάρ. ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν. ἔνδυσαι δὲ ἐπιθυμίαν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένος m) γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτὴν, καθὼς βούλει. Ἀγρία γὰρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, καὶ δυσκόλως ἡμεροῦται. Φοβερωτέρα γάρ ἐστι, καὶ λίαν τῇ ἑαυτῆς ἀγριότητι δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ

l) *al.* Angelus.

8. Bod. & Lam *Quia quicumque ſpiritu Divinitatis loquitur, loquitur ſicut Dominus vult.* Ibid.

m) Athanaſ. ad Antioch. ἐνδεδυμένος.

διὰ τῶ λέγειν. ἀγρία ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία 9 ἡ πονηρά. σημαίνει, ὅτι, &c. τίς ἐστι καὶ ποταπή ἐστιν, ἐ μόνον ἡ πονηρία, (f. πονηρά) ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ ἐπιθυμία, ἐν τῷ καθεξῆς διαλόγῳ ἀκριβῶς ἐκτίθεται &c.

ſignificat quod &c. *Quænam vero & qualis ſit, non ſolum mala, ſed & bona cupiditas, in ſequenti ſermone diligenter exponit* &c.

II. Audi nunc & de Spiritu terreſtri, vacuo & fatuo, virtutem non habente. Primum 10 autem, hunc homo putatur Spiritum habere; exaltat enim ſe, 11 & vult primam cathedram habere, & improbus eſt, & verboſus, & in deliciis converſatur, & in voluptatibus multis, & mercedem accipit divinationis ſuæ. Quod ſi non acceperit, non divinat. n) Itane Spiritus Dei poteſt mercedes accipere & divinare? Non convenit hæc facere Dei Prophetam.

Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία γυναικός, καὶ ἀπολυτέλεια πλέτε, ἤ ἐστι Φιλαργυρία, καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ματαίων, καὶ μεθύσματος πολλῦ, διαφόρων γεύσεων; καὶ ἑτέρων τροφῶν πολλῶν καὶ μωρῶν,

Sed cupiditas mala eſt, concupiſcere uxorem alienam; vel mulierem concupiſcere virum alienum; & lautitias concupiſcere divitiarum; & multitudinem ciborum ſupervacuorum, & ebrieta-

9. *Οὐ μόνον ἡ πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐπιθυμία.* COT.

10. Bod. *enim homo qui putetur ſpiritum habere, exaltat ſe.* OXON.

n) *Ita nunc Sic & MS. C.*

etatem multam, & delicias multas. Fatuæ enim ſunt o) deliciæ multæ, & voluptates multæ ſupervacuæ ſunt ſervis Dei.

καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Πᾶσα τρυφὴ μωρά ἐστι καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

Hæc ergo cupiditas mala eſt, & pernicioſa, quæ 12 mortificat ſervos Dei. Hæc enim cupiditas à Diabolo eſt. Quicumque ergo receſſerint à cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicumque ſubjecti fuerint cupiditati malæ, in perpetuum morientur. Mortifera enim eſt hæc cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem juſtitiæ, & armatus timore Domini, reſiſte cupiditati malæ. Timor enim ha-

o) divitiæ.

11. *Exaltat enim ſe & vult primam cathedram habere, & improbus eſt, & verboſus, & in deliciis conversatur, & in voluptatibus multis, & mercedem accipit divinationis ſuæ.*) Atqui eadem vitia in mendacibus Montaniſtarum Prophetis redarguuntur apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib 5. c. 16. & 18. Superbiam dico, loquacitatem, dilicias, atque avaritiam. Siquidem notat innominatus Auctor, à nobis citatus paullo ante, Montanum per immodicam primi loci cupiditatem, aditum in ſe Adverſario præbuiſſe; ſectatores autem illius intumuiſſe vanis ſpebus: appellatque ſpiritum Pſeudopropheticum, ἀπαυθαδιζόμενον *arrogantiſſimum*. Quemadmodum & Pſeudoprophetas, ἀμετροφώνους *loquaciſſimos*. Contra quorum delicatam vitam, ac turpes quæſtus invehitur Apollonius ibidem, & apud Hieronymum in Catalogo. Verba Hieronymi repetita invenies in Indiculo de Hæreſibus, eidem perperam attributo, ut valde corrupta, ſic nullo negotio ſanabilia. COT.

12. MSS. *morti dat*. OXON.

habitat in cupiditate bona. Et cupiditas mala, cum viderit te armatum timore Domini p) 13 reſiſtente ſibi; fugiet à te longe, & non comparebit ante te, timens arma tua; & obtinebis victoriam, & coronaberis 14 ob illam;

Ἀπέχεσθαι οὖν δεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν τούτων, ἵνα ἀπεχόμενοι ζήσητε τῷ Θεῷ. Ἐὰν δὲ δουλεύσῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῇς αὐτῇ, δύνασαι κατακυριεῦσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτὴν καθὼς βούλει.

& pervenies ad cupiditatem bonam, & trades victoriam Deo quam acceperis, & ſervies ei operando ſicut ipſe volueris. Si autem ſervieris cupiditati bonæ, & ſubditus ei fueris, poteris dominari ſuper cupiditatem malam, & erit ſubdita tibi ſicut volueris.

Ἤθελον γνῶναι ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε, ἐργάσαι δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας καὶ φόβον Κυρίου καὶ πίστιν καὶ ἀγάπην καὶ ταπεινοφροσύ-

III. Vellem ſcire, Domine, quo modo 15 ſervire debeam cupiditati bonæ. Audi, inquit, habe timorem Dei, & q) 16 fidem in Deo, & veritatem ama, & juſtitiam dilige,

p) reſiſtentem.
13. Bod. *reſiſtentem*. Ibid.
14. MSS *ab illa*. Ibid.
15. Lam. *poſſem ſervire*. Ibid.
q) fide.
16. MSS. *confido*. Ibid.

ge, & fac. 17 bonum hæc operando, probatus eris ſervus Domini, & ſervies Deo: & omnes qvicumque ſervierint cupiditati bonæ, vivent Deo.

νην, καὶ ἀκτημοσύνην --- ἴθην ποιῆσαι τῆς κοσμικῆς --- ότητος, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια τοῖς προειρημένοις, ταῦτα ἐργαζόμενος εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος Θεοῦ.

Conſummatis his Mandatis duodecim, dixit mihi: Habes hæc Mandata, ambula in his; & audientes homines hortare, ut pœnitentiam agant, & pœnitentia eorum munda r) fiet reliqvis diebus vitæ eorum. Et miniſterium hoc qvod tibi do, explica diligenter, & multum conſeqveris 18 fructum, & invenies gratiam apud omnes qvi pœnitentiam agent; & credent verbis tuis.

Ego enim tecum ſum, & cogam illos credere. Et dixi illi: Domine, 19 hæc Mandata magna & præclara ſunt; & exhilarare cor hominis poſſunt, qvi potuerit cuſtodire

Καὶ συντελέσας τὰς δώδεκα ταύτας ἐντολὰς λέγει ἐμοί. Πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις καὶ κατακάλει κἂν τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοι-

17. MSS. *bene*. Ibid.

r) fiat. V. *Sic & MS. C.*

18 MSS. deeſt *fructum*. Ibid.

19. *Hæc mandata magna & præclara ſunt, &c.*) Simili errore Trypho Judæus diſceptans cum Juſtino Martyre, præcepta Evangelica, quæ admiratur & prædicat, à nemine poſſe ſervari ſuſpicatur. COT.

λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. Athanaſ. T. 3. p. 259.

Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ δυναταί εἰσιν, δυνάμεναι εὐφρᾶναι τὴν καρδίαν τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. οὐκ οἶδα, κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται ὑπὸ πολλῶν φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσιν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, μετὰ πολλῆς αὐστηρίας εἶπεν. ἄνανδρε, αἰκηδιαστά, ῥάθυμε καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας ὅτι ἐὰν ἐν σοὶ ἑαυτῷ προθῇ ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις. Εἰ δὲ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, μὴ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς. Athanaſ. T. 3. p. 263.

Mandata hæc: Sed neſcio, Domine, an poſſint Mandata hæc ab homine cuſtodiri. Ait mihi: hæc Mandata facile cuſtodies, & non erunt dura; ſed ſi tamen in cor tuum poſueris non poſſe ab homine cuſtodiri, non cuſtodies ea. Nunc autem dico tibi; ſi non cuſtodieris hæc Mandata, & omiſeris, non eris ſalvus, neqve filii tui, neqve domus tua; qvia ipſe judicaveris, qvod non poſſint hæc Mandata ab homine cuſtodiri.

Οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή. ὅτι ἔκτισε τὸν κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ κυριεύ-

IV. Hæc mihi vehementer iracundè locutus eſt, ita ut conterreret me valde. Vultum enim ſuum mutaverat, ita ut non poſſet homo ſuſtinere

iram

iram ejus. Et cum vidiſſet me conturbatum totum, & confuſum; cœpit loqui moderatius & hilarius, dicens: Stulte & 20 inſenſate, inconſtans s) & t) ignorans majeſtatem Dei, qvam 21 magnus, quamque mirabilis ſit qui orbem creavit propter hominem, & omnem poteſtatem dedit illi, ut dominetur horum Mandatorum. Dominari, inquit, poteſt omnium horum Mandatorum, qui habet Dominum in corde ſuo: u) qui autem habent Dominum in labiis ſuis, & cor illorum obtuſum eſt, & longe ſunt à Domino; illis Mandata hæc dura ſunt & difficilia. Ponite ergo vobis, qvi vacui

ου πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τί οὖν (εἰ οὖν leg.) πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστιν, καὶ πάντων δύναται κατακυριεῦσαι, πῶς οὐ δύναται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; - - Δύναται πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸν Κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ χείλη ἔχοντες τὸν Κύριον, τὴν δὲ καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥᾳθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν καὶ δυσκατόρθωτοι. Θέσθε οὖν ὑμεῖς οἱ ὀλιγόψυχοι καὶ ἐλαφροὶ τῇ πίστει τὸν Κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκολώτερον οὔτε ἡμερώτερον.

20. MSS. *fatue* OXON.
s) ignoras *MSS V. & C.* t) *magna V. ſic & C.*
21. MSS. *magna* Ibid.
u) Iſa. 29. 13. Joh. 12. 40. & 2. Cor. 3. 14.

vacui & leves eſtis in fide, Dominum Deum veſtrum in corde habere; & intelligetis qvod nihil facilus eſt his Mandatis, neqve dulcius, neque manſuetius, neq; ſanctius; & convertite vos ad Dominum Deum, & relinquite Diabolum, & x) voluptates ejus; quia malæ ſunt, & amaræ, & immundæ: & nolite timere Diabolum, quia in vobis poteſtatem non habet. Ego enim vobiſcum ſum Nuncius pœnitentiæ: qvi dominor illius. Diabolus autem timorem facit, ſed timor illius vanus eſt. Nolite ergo timere eum, & fugiet à vobis.

Mandatum XII. ap. Athanaſ. T.3.pag.258.

Βλέπετε στερεῶς καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας συνεπίστρεψε πρὸς Κύριον καὶ μὴ φοβηθῆς τὸν Διάβολον, δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν κατὰ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ παρέχων τὴν νίκην.

ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει, ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνους οὐκ ἔχει. Μὴ φοβηθῇς οὖν αὐτὸν καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ.

V. Et dixi illi: Domine, audi me pauca verba 22 dicentem tibi. Dic, inqvit, Homo, inquam, cupit quidem mandata Dei cuſtodire; & nemo eſt qui non petat à Domino, ut poſſit mandata ejus ſervare: ſed Diabolus durus eſt,

x) voluntates V1

22. Bod. *dicentem*. Alii *loquentem*. Ibid.

& potentia ſua dominatur in Dei ſervos. Et dixit: Non poteſt, inquit, dominari in Dei ſervos, qui ex totis præcordiis in y) Dominum 23 credunt. Poteſt autem Diabolus luctari; ſed vincere non poteſt. Si enim reſiſtitis illi, * fugiet à vobis confuſus. Nam quicumque fide pleni non ſunt, timent Diabolum, quaſi poteſtatem habentem. Diabolus enim tentat ſervos Dei; &, ſi invenerit vacuos, exterminat. Sicut enim homo, cum implevit amphoras bono vino; & inter illas amphoras, z) paucas ſemiplenas poſuit; & venit ut tentet & guſtet amphoras; non tentat plenas; ſcit enim quod bonæ ſunt; ſemiplenas autem guſtat, ne ſint acidæ factæ; cito enim ſemiplenæ amphoræ aceſcunt, & perdunt ſaporem vini. Sic & Diabolus venit ad homines ſervos Dei, ut tentet illos. Quicumque autem pleni ſunt fide, reſiſtunt illi fortiter; & ille recedit ab eis, quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos, qui non ſunt in fide pleni; & quoniam habet locum, inde intrat in illos; & quæcumque vult, facit illis, & fiunt famuli ejus.

οὐ δύναται γὰρ καταδυναςεύειν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. δύναται οὖν ὁ Διάβολος παλαῖσαι, καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. Ἐὰν οὖν ἀντιςῆς αὐτῷ, νικηθεὶς φεύξεται ἀπὸ σοῦ κατῃσχυμμένος.

VI. Sed

y) Deum ſperant. V. 23. Bod. *ſperant*. Ibid.
* Jacob. IV. 7. z) Citatur ab Origene, ad Matth. 24. 42

VI. Sed vobis dico ego Nuncius pœnitentiæ; ne timeatis Diabolum. Miſſus enim ſum, ut vobiſcum ſim, quicumque ex totis præcordiis egeritis pœnitentiam; ut confirmem vos in fide. Credite ergo, qui propter delicta veſtra oblitieſtis Deum; & 24 qui ſalutem veſtram objicientes peccatis veſtris, gravatis vitam veſtram; quod ſi converſi fueritis ad Dominum ex totis præcordiis veſtris, & ſervieritis ei ſecundum voluntatem ipſius; dabit remedium 25 peccatis veſtris prioribus, & habebitis poteſtatem dominandi 26 omnibus operibus Diaboli. Minas autem illius in totum timere nolite: ſine virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui nervi. Audite ergo me, & timete Dominum omnipotentem, qui poteſt vos 27 ſalvos facere & perdere; & cuſtodite mandate ejus, ut vivatis Deo. Et dixi illi: Domine, modo confirmatus ſum in omnibus mandatis Domini, quamdiu mecum es; & ſcio quod confringes omnem virtutem 28 Diaboli. Sed & nos exſuperabimus illum, ſi 29 poſſumus Mandata hæc quæ præcepiſti (Domino confirmante) cuſtodire. Cuſto-

Μᾶλλον φοβήθητι τὸν Κύριον τὸν δυνάμενον σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. *

 dies,

24. MSS. & *ſalutem veſtram adjicietis.* Ibid.
25. MSS. *remedium animabus.* Ibid.
26. MSS *omnium operum.* Ibid. * Jacob. IV. 12.
27. Bod *ſalvum facere.* Ibid.
28. Lam. *inimici* Ibid.
29. MSS. & *poſſimus.* Ibid.

dies, inquit, ſi cor tuum purificaveris ad Dominum: ſed & omnes cuſtodient, qui purificaverint corda ſua à vanis cupiditatibus hujus ſæculi; & vivent Deo.

Ex hoc capite iſta transſcribit Antiochus, Homil. 77.

Credamus ergo, qui propter delicta noſtra deſpondimus vitam noſtram: & convertamur ad Dominum noſtrum ex totis præcordiis noſtris: & operemur juſtitiam reliquis diebus vitæ noſtræ: & ſerviamus ei recte, ſecundum voluntatem ipſius. Et dabit remedium peccatis noſtris prioribus. Et habebimus poteſtatem dominandi operibus Diaboli. Minas autem illius in totum timere nolimus. Sine virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui nervi. Sed timeamus Dominum omnipotentem, & cuſtodiamus mandata ejus: & vivemus in eo.

Πιστεύσωμεν οὖν τῷ Θεῷ, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπεγνωκότες τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν· καὶ ἐργασώμεθα τὴν δικαιοσύνην τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ δουλεύσωμεν αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Καὶ ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ἡμῶν ἁμαρτήμασι. Καὶ ἕξομεν δύναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. Τὴν δὲ ἀπειλὴν αὐτοῦ ὅλως μὴ φοβηθῶμεν. Ἄτονος γάρ ἐστιν, ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα. Ἀλλὰ φοβηθῶμεν τὸν παντοδύναμον Κύριον, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξωμεν· καὶ ζήσωμεν ἐν αὐτῷ.

LIBER TERTIUS
Qui inſcribitur Similitudines.
SIMILITUDO PRIMA.

Nos, quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere futuram.

ET dixit mihi: Scitis vos, Domini ſervos, [30] in peregrinatione morari? Civitas enim veſtra longe eſt ab hac civitate. Si ergo ſcitis civitatem veſtram, in qva [31] habitaturi eſtis; qvid hic emitis agros, & apparatis lautitias, & ædificia, [32] & habitationes ſupervacuas? Hæc enim, qvi comparat in hac civitate, non cogitat in ſuam civitatem redire. O ſtulte, ô dubie, & miſer homo, qvi non intelligis, hæc omnia aliena eſſe; & ſub alterius poteſtate. Dicit enim tibi Dominus civitatis hujus: Aut legibus utere meis: aut recede de civitate mea. Tu ergo qvid facies, qvi habes legem in civitate tua? Numqvid propter agros tuos, aut propter aliqvos apparatus tuos, poteris negare legem tuam? Qvod ſi negaveris, & volueris redire in civitatem

30. Lam *peregre*. OXON.
31. MSS *habituri*. Ibid.
32. Lam. *ædificationes*. Ibid.

tuam; non recipieris, ſed excluderis inde. Vide ergo, a) ut ſicut peregre conſiſtens nihil amplius compares tibi, 33 quam ſit neceſſarium & ſufficiens tibi; & paratus eſto b) 34 ne cum voluerit Dominus civitatis hujus expellere te, contradicas legi ejus; & eas in civitatem tuam, ut utaris lege tua, ſine injuria hilaris. Vos igitur videte qui ſervitis Deo, & habetis eum in cordibus veſtris; operamini opera Dei, memores mandatorum & 35 promiſſorum ejus quæ promiſit; & credite ei quod faciet vobis, ſi mandata ejus cuſtodieritis. 36 Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de neceſſitatibus, prout quiſque poteſt, & viduas c) abſolvite, orphanis judicate, d) & opes ac divitias veſtras in hujusmodi e) operibus conſumite. In hoc enim vos Dominus locupletavit, ut hujusmodi miniſteria expleatis. Multo melius eſt hæc facere, quam agros aut domos emere; quoniam hæc omnia peribunt in ſæculo: at quæ pro nomine Dei feceris, invenies in civitate tua & habebis gaudium ſine triſtitia & timore. Divitias ergo gentium nolite cupere; perniciosæ

a) tu V. 33. MSS. *niſi quod.* Ibid.
b) ut *V.* & *C.*
34. MSS. *ut cum voluerit Dominus.* Ibid.
35. Alii, *promiſſionum ejus, quas,* Ibid.
36. Alii præponunt *agros,* Ibid.
c) juſtificate V. d) *Iſ.* I. 17.
e) *Deeſt*, V.

ioſæ ſunt enim ſervis Dei: de propriis autem quas habetis, ea agite, quibus poſſitis conſequi gaudium. Et nolite adulterare, nec alterius f) uxorem tangere, neque concupiſcere. Concupiſce tuum opus, & ſalvus eris.

Ex iſta Similitudine hæc verba facit Antiochus, Homilia 15.

Εἰ οὖν ἐπὶ ξένης κατοικοῦμεν, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν μακρὰν ἀπέχει ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ οἴδαμεν τὴν πόλιν ἡμῶν ἐν ᾗ μέλλομεν κατοικεῖν· τί εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἑτοιμάζομεν ἀγροὺς, καὶ οἰκοδομὰς, καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς; Ταῦτα οὖν ὁ ἑτοιμάζων εἰς ἀλλοτρίαν πόλιν, δῆλός ἐστιν ὅτι οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν· τουτέστιν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ἀφρόνων, καὶ διψύχων, καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἐστίν. Οὐ γὰρ συνίει, ὅτι ταῦτα πάντα

Si ergo in peregrinatione moramur, & civitas noſtra longe eſt ab hac civitate, & ſcimus civitatem noſtram in qua habitaturi ſumus; quid in aliena apparamus agros, & ædificia, & habitationes ſupervacuas, & lautas conſtructiones? Hæc ergo qui comparat in aliena civitate, palam eſt quod non cogitat in ſuam civitatem redire; hoc eſt, in ſupernam Hieroſolymam. Eſt enim hæc conſideratio ſtultorum, & dubiorum, & miſerorum hominum. Non enim intelligit, hæc omnia aliena eſſe, & ſub alterius poteſtate, hoc eſt, principis

f) rem V. MS. C.

ſæculi hujus. Debemus igitur ſicut peregre conſiſtentes, nihil amplius comparare nobis, quam ſit neceſſarium & ſufficiens. Qui enim amant Dominum ſuum, & habent eum ſemper in cordibus ſuis, in mandatis ejus incedent, & in promiſſa ejus credunt, atque expectant. Bonum igitur eſt, pro domibus, & pecuniis; hodie quidem noſtris, cras vero alienis; redimere animas de neceſſitatibus, prout quiſque poteſt; & viduas ac orphanos viſitare, nec deſpicere: ſimiliter & in Monaſteriis; ſicque recte ſua adminiſtrare; & divitias, quas à Deo accepimus in hac vita, in hujuſmodi homines conſumere. In hoc enim & grabuit nobis ea bonus noſter Dominus, ut in ejuſmodi miniſteria inſumantur, & pro iis reperiemus theſaurum non de-

ἀλλότριά εἰσι, καὶ ὑπ' ἐξουσίας ἑτέρου εἰσί· τουτέστι τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. Οὐκοῦν ὀφείλομεν, ὡς ἐπὶ ξένης κατοικοῦντες, μηδὲν πλέον ἑτοιμάζειν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν ἑαυτῶν κύριον, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ πιστεύουσι, καὶ καραδοκοῦσι. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀντὶ τῶν κτισμάτων καὶ χρημάτων, τῶν σήμερον μὲν ἡμετέρων, αὔριον δὲ ἀλλοτρίων, ὠνήσασθαι ψυχὰς θλιβομένας, καθώς τις δύναται· καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παραβλέπειν αὐτούς· ὡσαύτως καὶ ἐν μοναστηρίοις· καὶ οὕτω καλῶς διοικεῖν τὰ καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν παρὰ Θεοῦ εἰλήφαμεν ἐν τῷδε

τῷδε τῷ βίῳ, εἰς αὐτοὺς ἀναλίσκειν. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ παρέχει ἡμῖν αὐτὰ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης, ἵνα εἰς τὴν διακονίαν ταύτην δαπανηθῶσι, καὶ ἀντ' αὐτῶν κομισώμεθα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον. Πολὺ ἂν βέλτιόν ἐστι τοιούτους ἀγροὺς, καὶ κτήματα (f. κτίσματα) ἀγοράζειν, ἅ τινα, καὶ παράμονά εἰσι καὶ προάγουσιν εἰς τὴν ἡμῶν μητρόπολιν, ὅταν ἀποδημήσωμεν εἰς αὐτήν. Ἀμεριμνήσωμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τῶν προσκαίρων, ἵνα τῶν ἀϊδίων ἐπιτύχωμεν.

ficientem. Multo itaque melius eſt, tales villas & domos emere, quæ ſtabiles ſunt, & deducunt in noſtram metropolim, quando in eam migrabimus. Negligamus ergo ſeu nolimus cupere, cariſſimi, temporalia, ut æterna poſſimus conſequi.

SIMILITUDO II.

Ut vitis ulmo fulcitur; ſic dives oratione pauperis juvatur.

CUm ambularem in agrum, & conſiderarem ulmum & vitem, & 37 cogitarem intra me de fructibus earum; apparuit mihi Angelus, & dixit mihi: Qvid g) intra te cogitas? Et dixi illi: De hac vite & ulmo diſputo, Domine; qvoniam fructus illarum decori ſunt. Et dixit mihi: Hæ duæ arbores in exem-

37. MSS. *diſputarem*, & infra, *diſputas & diſputo*. Ibid.
g) diu intra V.

exemplum poſitæ ſunt ſervis Dei. Et dixi illi: Vellem ſcire, Domine, harum arborum exemplum qvod dicis. Audi, inqvit: Vides hanc vitem, & hanc ulmum? h) Video, inqvam, Domine. 38 Hæc vitis, inqvit, fructifera eſt; ulmus autem, lignum ſine fructu eſt: ſed vitis hæc, niſi applicita fuerit ulmo, 39 & ſuper illam reqvieverit; non poteſt multum fructum facere. Jacens enim in terra, malos fru-

h) Laudat Origenes, Hom. 10 in Joſ.

38. *Hæc vitis, inquit,* &c) Locum hic babet Servii expli-
catio Virgiliani Hemiſtichii; *Ulmisque adjungere vites*,
initio Georgicon; *Hoc ſecundum Italiæ ſitum locutus eſt;
in qua vites altius elevantur. Sic alibi*, Non eadem ar-
boribus pendet vindemia noſtris. *Hoc autem ruſtici ma-
ritare dicunt*. Hermæ porro elegantem comparationem
divitis & pauperis cum vite & ulmo, alio traducit, immo
contorquet ac immutat Origenes Homil. 10. in Jeſum
Navæ, ut cernere ibi licet. Origenem ex parte ſequitur
Gregorius Papa Homil. 20. in Evangelia. *Etſi*, inquit,
*fructum proprium ulmus non habet, portare tamen vi-
tem cum fructu ſolet: quia & ſeculares viri intra ſan-
ctam Eccleſiam, quamvis ſpiritalium virtutum dona
non habeant; dum tamen ſanctos viros donis ſpiritali-
bus plenos ſua largitate ſuſtentant, quid aliud quam
vitem cum botris portant? Sicut ulmus amat vitem, ſic
ipſi* (f. *ipſe*) *puſillos*. Verſus Commodiani, Inſtruct. 30.
Præclare autem, & ad ſenſum Paſtoris dicitur in Hiero-
nymo Epiſtola 9. *Ex æqualitate, aliorum inopia ſuam
abundantiam communicabat; ut poſtea illorum divitiæ
hujus indigentiam ſuſtentarent*. Iisdemque pæne verbis
Epiſtola 28. *Abundantia tua multorum inopiam ſuſten-
tavit; ut & horum divitiæ in tuam indigentiam redun-
dabunt*. Cæterum de Hermæ ſimilitudine hac extat Ho-
milia Cæſarii Arelatenſis. COT.

39. MSS. *ut ſuper illam refrigeret*. OXON.

fructus dat, quia non pendet ſuper ulmum: ſed ſi ſuſpenſa fuerit vitis ſuper ulmum, & pro ſe, & pro ulmo fructum dat. Vide ergo 40 quod ulmus fructum dat non minorem quam vitis: ſed potius majorem. Quo modo inquam, Domine majorem quam vitis? Suſpenſa, inquit, 41 in ulmo fructum multum & bonum dat; 42 jacens autem in terra exiguum & peſſimum fructum dat. Hæc igitur ſimilitudo poſita eſt 43 ſervis Dei, pauperi, & diviti. Reſpondi, inquiens: Domine, demonſtra mihi. Audi, inquit: Dives habet opes; à Domino vero pauper eſt: diſtrahitur enim circa divitias ſuas, & valde exiguam habet orationem ad Dominum; & quam habet, inertem habet, & non habentem virtutem. Cum igitur dives præſtat pauperi, quæ 44 illi opus ſunt; pauper orat ad Dominum pro divite, & Deus præſtat diviti omnia bona; quia pauper dives eſt in oratione, & virtutem magnam habet apud Dominum oratio ejus. Tunc ergo dives præſtat omnia pauperi, quia ſentit illum exaudiri à Domino; & libentius ac ſine dubitatione præſtat ei omnia; & curat ne quid ei deſit. Pauper Deo gratias agit pro divite, quia opus faciunt à Domino. Apud homines

ergo

40. MSS. *quia &c.* Ibid.
41. MSS. *ad ulmum.* Ibid.
42. MSS. Lam. omittit. *jacens autem in terram exiguum & peſſimum fructum dat* Ibid.
43. MSS. *in ſervos Dei, in pauperem & divitem.* Ibid.
44. MSS. deeſt *illi.* Ibid.

ergo ulmus non putatur 45 dare fructum; & neſciunt neqve intelligunt, qvod ſi 46 ſocietas advenerit viti; & vitis 47 duplum dat fructum, & pro ſe, & pro ulmo. Sic & pauperes, pro 48 locupletibus orantes ad Dominum, exaudiuntur; & augentur opes eorum, qvoniam præſtant pauperibus ex opibus ſuis. Sunt igitur ambo conſortes bonorum operum ſuorum. Qvicumqve igitur hæc fecerit non deſeretur à Domino, ac erit ſcriptus in libro vitæ. Felices igitur qvi poſſident, & ſentiunt ſe locupletari, qvi hoc enim ſenſerit, poterit aliquid adminiſtrare.

SIMILITUDO III.

Ut hieme virides arbores ab aridis; i) *ſic in hoc ſæculo juſti ab injuſtis internoſci non poſſunt.*

OStendit mihi 49 arbores multas abjectis foliis, qvæ mihi velut aridæ videbantur;

45. MSS. *fructus dare.* Ibid.
46. Bod. *ſiccitas non advenerit*, Lam. *ſiccitas evenit*. Ibid.
47. Lam. *abundat fructus.* Ibid.
48. Lam. *locupletantibus.* Ibid.
i) Laudat hanc ſimilitud. Origenes tractat. 30. in Matth. 24.
49. Apponere operæ precium erit explanationem Auctoris Operis imperfecti in Matthæum, Tom 7. B. Chryſoſtomi, ad cap. 25. verſ. 32. *Tunc ſegregabit eos* &c. *Tunc* (l. *Nunc*) *omnes ſimiliter mixti ſunt; & non ſolum mixti,* quo

tur: omnes enim ſimiles erant. Et dixit mihi: Vides arbores has? Video, inquam, Domine, ſimiles aridis. Reſpondens dixit mihi: Hæ arbores, in ſimilitudinem ſunt horum, qui in ſæculo morantur. Reſpondi, inquiens:
50 Cur velut aridis ſimiles ſunt? Quoniam, inquit, nec juſti, nec injuſti cognoſcuntur; ſed ſimiles ſunt, in 51 hoc ſæculo. Hoc enim ſæculum juſtis hiems eſt; k) qui non agnoſcun-

quo modo in hisdem locis ſimul converſentur juſti cum impiis: ſed etiam confuſi ſunt, quo modo inter juſtos & impios (quantum ad homines) diſcretio non apparet: ſicut in tempore hyemis, inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt: cum autem venerit tempus illud beatum vernale, diſcernuntur: (*f. diſcernentur:*) *ita nunc* (*l. tunc*) *unusquisque ſecundum fidem ſuam, & ſecundum opera ſua manifeſtabitur: impiis quidem nulla proferentibus folia, nullum oſtendentibus fructum: ſancti autem & foliis veſtientur vita æterna, & fructibus ornabuntur gloria.* Prætermitto alios. Adi, ſi vacat, Macarium Homil. 12. Quæſt. 5. Contraria vero ſimilitudine apud S. Hieronymum, incertus Scriptor Commentariorum in Epiſtolas Pauli, ad II. Corinth. VI. 2. *Æſtati quoque aſſimilatur hoc tempus; in cujus comparatione, formica dicitur hyemem ſperare venturam.* Et alter, Proverbiorum Enarrator, ad VI. 8. *Hæc etenim vita in eo meſſi comparatur & æſtati, quod nunc inter ardores tentationum tempus eſt colligendi futurorum merita præmiorum. At dies Judicii, hyemis ſimilatur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, ſed tantum cogitur quisque de horreo priſcæ æſtionis quod recondidit proferre.* COT.

50. Ita Lam. Alii, *horum*. OXON.
51. MSS. *huic*. Ibid.
k) quia V. *Sic & MS.* C.

ſcuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hieme omnes arbores abjectis foliis, aridis ſimiles ſunt, nec poteſt cognoſci quæ ſunt aridæ, aut quæ virides: ſic & in hoc ſæculo, nec juſti nec injuſti cognoſcuntur; ſed ſimiles ſunt omnes.

SIMILITUDO IV.

Ut æſtate vividæ arbores ab aridis, fructu & virentibus foliis internoſcuntur: ſic in futuro ſæculo juſti ab injuſtis, beatitudine differunt.

OStendit mihi iterum arbores multas, quarum aliæ frondes emittebant; aliæ aridæ erant. Et dixit mihi: Videsne has arbores? Reſpondi: Video, Domine, alias aridas, & alias 52 frondentes. Hæ arbores, inquit, quæ virides ſunt, juſti ſunt qui 53 habitaturi ſunt in futuro ſæculo. Illud enim futurum ſæculum, æſtas eſt juſtis; peccatoribus autem hiems. Cum ergo illuxerit miſericordia Domini; tunc declarabuntur qui ſerviunt Deo, & l) omnes perſpicui erunt. Sicut enim in æſtate fructus arboris cujuscumque declaratur, & m) patet: ſic & juſtorum factum declarabitur, & patebit, n) & omnes hi-

52. MSS. *frondeſcere.* Ibid.

53. Lam. *habituri ſunt futurum ſæculum.* Ibid.

l) omnibus *Sic & MS. Angl. & C.*

m) paret *Sic & MS. C.* n) parebunt *Sic & MS. C.*

hilares & gaudentes in illo ſæculo reſtituentur. Nam o) cæteræ gentes, peccatores ſcilicet, ſicut arbores quas vidiſti aridas; tales inveniuntur aridi, & ſine fructu in illo ſæculo; & ſicut arida ligna comburentur, p) & palam 54 fient, quoniam male fecerunt in omni tempore vitæ ſuæ: & comburentur ideo, qvia peccaverunt, & peccatorum ſuorum non egerunt pœnitentiam: ſed & cæteræ gentes comburentur, quia non agnoverunt Deum creatorem ſuum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in æſtate cognoſcatur fructus tuus; & abſtine te à multis negotiis, & nihil delinques: quicumque enim multa negotia agunt, multa delinqvunt; quia conſtricti ſunt circa negotia ſua, & non ſerviunt Deo. Nam quo modo poteſt homo, qui non ſervit Deo, aliquid petere & accipere à Deo? Qui enim ſerviunt Deo, petunt & accipiunt ſua deſideria. Quod ſi unum negotium tractat aliquis, poterit ſervire Deo; quoniam non alienatur animus ejus à Domino, ſed pura mente ſervit Deo. Hoc ergo ſi feceris, poteris in venturo ſæculo habere fructum: ſed & omnes qui fecerint hæc, fructum ferent.

SIMI-

o) extere *Sic & MS. C. ſic & MSS. Angl.*
p) *Matth.* 3 & 7. 19.
54. MSS. *fiet*, Ibid.

Et dixit: Quid eſt illud jejunium? Sicut ſolebam, inquam, ſic jejuno. Neſcitis, inquit, Deo jejunare, neque eſt jejunium hoc quod jejunatis, Deo nihil proficientes. Quare, inquam,

nam communemque refectionis horam, extra menſam percipere ſibimet prorſus indulgeat. Ac 24. cap. *Ut abſque legitimis quarta ſextaque feria, quocumque pergebamus, quotidiana ſtatio ſolveretur*: id eſt, quotidianum jejunium, ſicut ſtatim ſubjungitur. Item Collatione 21. cap. 29. *Audent ſtationem jejunii, abſque ulla diſceptatione laxare.* Cum his Iſidori Originum lib. 6. cap. ult. *Jejunium autem & ſtatio dicitur.* Jam vero interdum ſtationem à jejunio diſtingui, ut ſpeciem ſcilicet à genere, atque accipi pro jejunio quartæ feriæ & ſextæ, colligitur ex multis locis Tertulliani; lib. 2. ad Uxorem cap. 4. libro de fuga in perſecutione cap. 1. libro de jejuniis cap. 1. 2. 10. 11. 12. 13. & 14. Ea conſule, ſi dubitas. Præterea ex Agone Fructuoſi: *Reſpondit Fructuoſus: Non eſt, inquit, hora ſolvendi jejunium ſtationis. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem & in carcere quarta feria ſtationem ſolemniter celebraverat. Sextâ igitur feriâ, lætus atque ſecurus feſtinabat cum Martyribus in Paradiſo Dei ſtationem ſolvere.* Iſidorus quem Rabanus ſecutus eſt, Tertulliani verbo in cap. ult. De Oratione, & cap. 10. De jejuniis, imperitè utitur. Quique apud eum differentiam jejunium inter & ſtationem afferre ſatagunt, commiſcent omnia. Nam quod apud Tertullianum in libro de jejuniis cap. 2. 10. & 13. Catholici dicunt; Exceptis Quadrageſimalibus; cætera jejunia, & ſtationes indifferenter celebrari debere, non ex imperio novæ Montaniſtarum diſciplinæ, ſed ex arbitrio uniuſcujuſque Chriſtiani pro temporibus & cauſis, aut ex mandato Epiſcopi pro Eccleſiaſticis neceſſitatibus; illi ita ſumunt, quaſi *jejunium* ſit *indifferenter cujuslibet diei abſtinentia, non ſecundum legem, ſed ſecundùm propriam voluntatem: ſtatio autem obſervatio*

ſtatu-

quam, Domine, ita dicis? Dico certe, inquit, non eſſe jejunium hoc, quod putatis vos jejunare: ſed ego te docebo qvod ſit jejunium q) plenum, acceptumque Deo. Audi, inquit; Dominus non deſiderat tale 57 jejunium ſupervacuum: ſic enim jejunando, nihil præſtas æquitati. 58 Jejuna certe verum jejunium tale. Nihil in vita tua nequiter facias; ſed mente pura ſervi Deo, cuſtodiens mandata ejus, & in 59 præceptis ejus ingrediens; neque admiſeris deſiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino; ſi hæc feceris, timoremque ejus habueris, atque abſtinueris ab omni negotio malo; Deo te victurum.

ſtatutorum dierum vel temporum, ut quarta feria & ſexta, Paſchalis jejunii, & *Quadrageſimæ*, ut *quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis* COT.

q Conferendus Athanaſ. ad Antiochum T. 3. p. 2L0 ſq.

57. *Jejunium plenum acceptumque Deo* &c. *verum jejunium*) dem Patres paſſim: Origenes Homil. 10. in Leviticum; Athanaſius de virginitate; Baſilius Hom. de jejunio, qui *νηςείαν δεκτὴν, εὐάρεςον Θεῷ, ἀληθῆ* nuncupat; Chryſoſtomus Hom 8. in cap. 1. Geneſ. Hieronymus II. adverſus Jovinianum 11. Paulinus ad Celantiam; Auguſtinus Tractatu 17 in Johannem, citatus etiam à Gratiano de Conſecratione Diſt. 5. c. 25. ubi appellat jejunium magnum, generale, ac perfectum. Idem aliis in locis; & cæteri, ſæpè. Præclarè Theodorus Studita Serm. Catechet. 54. *νηςεία ἐςὶν, οὐκ ἐν βρώμασι μόνοις ὁρίζεται, ἀλλ' ἐν πάσῃ κακῶν ἀποχῇ ὡς οἱ θεῖοι ἡμῶν πατέρες διηγορεύκασιν.* Ibid.

58. Lam. *leve enim jejunium tale eſt*. OXON.

59. Bod, *preceptis ejus*. ibid.

Hæc ſi feceris, jejunium magnum conſummabis, acceptumqve Domino.

II. Audi Similitudinem, quam dicturus ſum tibi, ad jejunium pertinentem. Qvidam cum haberet fundum, ſervosque multos; in qvadam parte fundi ſui poſuit vineam r) ſucceſſoribus: deinde peregre profectus, elegit ſervum quem habebat fideliſſimum, ac ſibi probatum; eique adſignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos: qvod ſi feciſſet, & mandatum ſuum conſummaſſet, libertatem eidem ſe daturum promiſit. Nec præterea quidquam aliud præcepit illi, quod in ea 60 faceret, atque ita peregre profectus eſt. Poſtquam autem ſervus ille curam apprehendit; fecit quæcumque præceperat dominus. Cumque depalâſſet vineam illam, & animadvertiſſet eam herbis repletam; cœpit ſecum ita 61 cogitare: Peregi quod mihi præceperat dominus; fodiam nunc vineam hanc, & erit 62 formoſior cum fuerit foſſa; & extractis herbis, majorem dabit fructum, & non ſuffocabitur ab herbis: adgreſſus deinde fodit, & omnes herbas quæ in ea erant, extraxit; atqve ita evaſit vinea ſpecioſiſſima ac læta, non ſuffocata ab herbis. Poſt aliquantum vero temporis venit dominus ejus, & ingreſſus eſt vineam: quam cum depalatam vidiſſet

r) Affuturis V. *Sic & MS. Angl.*
60. MSS. *facere deberet.* OXON.
61. MSS. *diſputare.* ibid.
62. MSS. *formoſior foſſa.* Ibid.

diſſet decenter, ac 63 circumfoſſam, & extractas herbas ab ea, & lætas eſſe vites; ex facto hoc ſervi ſui, gaudium cepit. Adhibito itaque filio, qvem carum & hæredem habebat, & amicis qvos in conſilio advocabat; indicat ea quæ ſervo ſuo facienda mandaſſet, qvæ præterea ille feciſſet. At illi protinus gratulati ſunt ſervo illi, qvod tam plenum teſtimonium domini ſui aſſecutus fuiſſet. Ait deinde illis: Ego qvidem huic ſervo libertatem promiſi, ſi cuſtodiſſet mandatum meum qvod dederam; & cuſtodivit illud, & præterea opus bonum adjecit in vineam, qvod mihi 64 qvamplurimum placuit. Pro hoc igitur opere quod fecit, volo eum filio meo facere cohæredem; qvoniam cum ſenſiſſet, qvid eſſet bonum, non omiſit, ſed fecit illud. Hoc conſilium domini, & filius, & amici ejus comprobaverunt; ut fieret ſcilicet hic ſervus, cohæres filio. Poſt dies deinde 65 non multos, convocatis amicis, 66 paterfamilias mi-

63. Lam. *foſſam* Ibid.
64. MSS. *validiſſime*. Ibid.
65. *paucos*. Ibid.
66 *Paterfamilias miſit de cœna ſua ſervo illi cibos complures.*) Mittit cibos de cœna, tamquam ſibi caro; ad cœnam non admittit, nondum ſcilicet libertate donandum. Habebant quippe hoc moris, ut etiam per honorem cõmunis menſæ manumitterent. Caius libro Inſtitutionum Tit. 1. ubi de tribus generibus libertorum; Civibus Romanis, Latinis, ac Dedititiis; *Latini ſunt, qui aut per Epiſtolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione*

ſit de cœna ſua ſervo illi cibos complures. Qvos cum accepiſſet ille, ſuſtulit ex eis qvod 67 ſufficiebat ſibi; reliquum autem conſervis ſuis diſtribuit. Quibus acceptis, illi lætati ſunt; & cœperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret, ob ea qvæ fecerat ipſis. Hæc omnia cum audiſſet dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium; & convocatis rurſum amicis, & filio, exponit factum ſervi ſui de cibis ſuis quos ei miſerat. Illi itaque tanto magis aſſenſerunt patrifamilias, ipſum ſervum cohæredem filio debere fieri.

III. Dico ei: Domine, has Similitudines non novi, neque intelligere poſſum, niſi eas tu mihi exponas. Omnia, inquit, exponam tibi quæcumque locutus fuero tecum, aut oſtendero tibi. Mandata Domini cuſtodi, & eris probatus, & ſcriberis in numero eorum qui cuſtodiunt mandata eius. Si autem præter

manumittuntur. Hincque lux Tertulliani verbis in lib. de reſurrectione carnis pag. 57. *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaveris; quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus & ſtigmatibus obnoxia retro fuerant; idcircone illa eadem pati oportebit? Non opinor. Atquin & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* Ac de manumiſſione per menſam legendi præterea Theophilus Anteceſſor lib. 1. tit 5. & Papianus tit. 44. nec non Epiſtolæ ad Paulum Samoſatenſem Auctor, quem vulgò putant eſſe Dionyſium Alexandrinum, Reſponſione ad Propoſitionem. 7. COT.

67. Lam. *ſufficeret.* OXON.

ter ea quæ mandavit Dominus, aliquid boni adjeceris; majorem dignitatem tibi 68 conqvires, & honoratior apud Dominum eris, qvam eras futurus. Igitur ſi cuſtodieris mandata Domini, & adjeceris etiam ad ea ſtationes has, gaudebis, maxime ſi ſecundum mandatum meum ſervaveris ea. Dico ei: Quidquid mihi præceperis, Domine, ſervabo; ſcio enim te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, qui tale propoſitum habes. Sed & cum omnibus ero, quicumque idem propoſitum [s] habent. Jejunium hoc, inqvit, cuſtoditis mandatis Domini, valde bonum eſt. 69 Sic igitur ſervabis illud.

Πρῶτον πάντων φύλαξαι νηστεύειν ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς, καὶ καθάρισόν σου τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ μνησικακίας καὶ αἰσχροκερδίας, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ νηστεύεις, ἀρκέσθητι ἄρτῳ καὶ λαχάνοις καὶ ὕδατι, εὐχαριστῶν τῷ θεῷ.

Primum omnium cave ab omni probro, & turpi verbo, & ab omni noxia cupiditate; & purifica ſenſum tuum ab omni vanitate ſæculi hujus. Si hæc cuſtodieris, erit hoc jejunium juſtum. Sic ergo facies. Peractis qvæ ſupra ſcripta

68. MSS. *acquires*. Ibid.

s) Habuerint V. *ſic & MS.*

69. Lam. *ſi igitur ſervaveris*. Ibid.

pta ſunt, 70 illo die qvo jejunabis, nihil omnino guſtabis, niſi panem & aqvam; & 71 computa-	[illegible] ἐν ᾗ ... [illegible] ... ἄρτου καὶ ὕδατος ἐσθίων καὶ [illegible] τὴν ψηφί-

70. *Illo die, qua jejunabis, nihil omnino guſtabis, niſi panem & aquam.*) Paſtor Angelus pœnitentiæ, Hermæ, ſub ſua poteſtate conſtituto præcipit Xerophagiæ maximè auſterum genus, jejunium (ut cum S. Hieronymo loqvar Epiſt 2) fortiſſimum, aqvam & panem. *Paſtum & potum pura noſſe*, ait Tertullianus de pœnitentia cap. 9. Et cap. 13. De patientia; *Contenta ſimplici pabulo; puroque aqua potu*. Qui & libro de jejuniis cap. 9. & 13. hujuſmodi jejunii mentionem facit, appellatqve Xerophagiam. Hilario in Pſalm LXIV. verſ. 2. dicitur Siccus panis cibus. Caſſiano lib. 5 de Inſtitutis Cœnobiorum cap 5. Sicci panis refectio. Socrates Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 22. *Τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσιν. Quidam ſicco dumtaxat pane veſcuntur.* Pœnitentibus autem injunctas fuiſſe Xerophagias, ex Tertulliani libro de pœnitentia & ex multis Canonibus conſtat COT.

71. *Et computatâ quantitate cibi.*) Nihil frequentiùs inculcant ſancti Patres, quàm præclaram hanc jejunii cum Eleemoſyna conſociationem. Lege; ſi cupis non modò animum elegantibus dictis paſcere, ſed & animam ſalubribus præceptis ſaginare; lege inquam, præcipuè Conſtitutiones Apoſtolicas lib. 5. cap. 1. & nec verum Origenem Hom. 10. in Leviticum; falſum Origenem Hom. 4. In Diverſos; Auctorem Operis imperfecti in Matthæi Evangelium, qui olim putabatur eſſe Chryſoſtomus, ad XX, 3. Ambroſium Serm. 26. De Tempore; Hieronymum ad Iſaiæ LVIII, 7. Auguſtinum Serm. 78 De Tempore, ac 68. De Diverſis; Leonem Serm. ult. Chryſologum Serm 8. Theodulfum in Capitulari cap. 38. & Ratherium Serm. 1. de Qvadrageſima cap. 7. Cæterum Tertullianus in lib. de jejuniis capi-

te

putata' quantitate 72 cibi, qvem cæteris diebus comeſturus eras, ſumptum diei illius qvem facturus eras; 73 repones, & dabis viduæ, pupillo, aut inopi; & ſic conſummabis humilitatem animæ tuæ; ut qvi ex eo acceperit, ſatiet animam ſuam, & pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si igitur ſic conſummaveris jejunium tuum, qvemadmodum præcipio tibi; erit hoſtia tua accepta Domino, & ſcribetur hoc jejunium tuum. Hæc ſtatio ſic acta, eſt bona, hilaris, & accepta à Domino.

ρον δὲς χήρᾳ ἢ ὀρφανῷ ἢ ἐστερημένῳ πρὸς ὃν δὴ σαφῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εὔξεται ὑπὲρ σοῦ πρὸς Κύριον. ἐὰν δὲ τελέσῃς τὴν νηστείαν ὡς ἐνετειλάμην σοι, ἔσται ἡ θυσία σου δεκτὴ ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἐγγεγραμμένη ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐν ἡμέρᾳ ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις. Athanas. ad Antioch. T. 3. p. 261.

te 13. dum Montaniſtarum ſomniis irretitus Pſychicos ſuos uti ſolet, acrius quam par ſit inſectatur, pium Chriſtianorum morem indicat, largius Eleemoſynam faciendi diebus jejunii; *Bene autem quod & Epiſcopi univerſæ plebi mandare jejunia aſſolent; non dico de induſtria ſtipium conferendarum, ut veſtra captura eſt; ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis Eccleſiaſticæ cauſſa.* Sexti Philoſophi Sententia 259. ita habet, *Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum eſt.* Ibid.

72. Lam *cibi, cæteris diebus qua comeſturus,* OXON.

73. Lam. *reponens, dabis.* Ibid.

Hinc Antiochus, Homilia 7.

Jejunium enim verum eſt; non modo ſe tabidum facere, ſed & quantitatem ſumptus, quem comeſturus erat, dare viduæ, & inopi: ut qui acceperit, ſatiatus, oret pro eo, & accepta fiat Deo hoſtia ejus.	Νηστεία γὰρ ἀληθινή ἐστιν, οὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτήκειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης, ἣν ἔμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρᾳ, ἢ πτωχῷ· ἵνα ὁ εἰληφὼς, ἐμπλησθεὶς, εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.

Hæc tu ſi ſervaris cum liberis tuis, & tota domo tua; cuſtoditis his, 74 felix eris. Et qvicumque hæc audita cuſtodierint, felices erunt; & quidquid petierint a Domino, obtinebunt.

IV. Et 75 precatus ſum eum, ut mihi explanaret hanc Similitudinem de fundo, & domino, ac vinea, & ſervo qui depalaverat vineam, & herbis qvæ extractæ de vinea erant, & de filio, & de amicis, qvos in conſilio adhibuerat. Intellexi enim, eſſe illud Similitudinem. Ait mihi: Valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare. Nam ſi oportuerit demonſtrari, demonſtrabitur tibi. Dico ei: Domine, quæcumque oſtenderis mihi, nec declaraveris; fruſtra videro illa, ſi non

74. Alii, *ſalvus*. OXON.
75. MSS, *deprecatus*. Ibid.

non intellexero quidnam ſint, & Similitudines ſi quas 76 propoſueris, & non expoſueris, fruſtra audiero eas. Reſpondit mihi rurſus dicens: Quicumque Dei ſervus eſt, 77 Dominumque habet in præcordiis ſuis; petit ab eo intellectum, & obtinet; & omnem ſimilitudinem explicat, & intelligit verba Domini, quæ 78 inquiſitione egent: quicumque vero inertes ſunt, & pigri ad orandum; illi dubitant petere à Domino; cum ſit Dominus tam profundæ bonitatis, ut petentibus a ſe, t) 79 cuncta ſine intermiſſione tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab 80 u) illius Nuncio, & accepiſti orationem tam potentem; cum piger non ſis; cur jam à Domino intellectum non petis, & accipis? Dico ei: Cum te præſentem habeam, neceſſe eſt ut à te petam, & interrogem: tu enim omnia mihi oſtendis, & loqueris, cum ades. Nam ſi ſine te ea viderem, vel audirem; tunc Dominum rogarem, ut 81 oſtenderet mihi.

V. Et reſpondit: Dixeram tibi paulo ante, callidum te eſſe & audacem, qui ſolutiones Similitudinum interroges. Sed 82 quia ita es

76. Lam. *expoſueris, & non abſolveris*. Ibid.
77. Lam. *Dominum quem*. Ibid.
78. MSS. *quæſtionem ferunt*. Ibid.
t) cunctis. V. 79. Lam. *cunctis*, Ibid.
80. MSS. *illo venerabili*. Ibid.
u) illo venerablli. V. *Sic*. & *MS. C.*
81. Lam. *demonſtraretur*. Bod. *demonſtraret*. Ibid.
82. Lam. *quamvis*. Ibid.

eſt pertinax; ſolvam tibi hanc qvam deſideras Similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inqvit, & percipe animo. Orbem terrarum, fundus ille ſignificat; qvi in Similitudinem eſt poſitus. Dominus autem fundi, demonſtratur eſſe is qvi creavit cuncta, & conſummavit, & virtutem illis dedit. Filius autem, Spiritus ſanctus eſt. 83 Servus vero ille, Filius Dei eſt. Vinea autem, populus eſt, qvem ſervat ipſe. Pali vero, Nuncii ſunt, qvi à Domino præpoſiti ſunt ad continendum populum ejus. Herbæ autem qvæ evulſæ ſunt de vinea, admiſſa ſunt ſervorum Dei. Cibi vero qvos de cœna miſit illi, mandata ſunt qvæ per Filium dedit populo ſuo. Amici autem illi quos in conſilio advocavit, 84 Angeli ſunt ſancti qvos primo creavit. Abſentia vero illius patrisfamilias, tempus eſt qvod in adventum ejus reſtat. Dico ei: Domine, magnifice & mire omnia hæc ſe habent, atqve honeſte: numqvid ergo, Domine, inqvam, hæc poteram intelligere? Ne qvidem qviſpiam prætere-

rea

83. Cum nuntius pœnitentiæ per Vinitorem, Dominum noſtrum deſignaſſet, ſimilitudine tracta ab Eſaiæ 5. & 42 & pariter Deum Patrem, villæ poſſeſſorem & fundi patronum ſtatuiſſet; tertio in loco Spiritum ſanctum, Filii familias perſonam ſuſtinere, commodum duxit. Et quidem S. literæ in negotio regiminis Eccleſiæ, promiſcue utuntur nominibus Filii & ſpiritus ſancti. Vid Matth. 28. 20. & Joh. 14. 16. Ibid.

84. MSS. *nuntii*. Ibid.

rea homo, tametſi valde prudens ſit, poterit intelligere ea. Sed nunc mihi demonſtra, Domine, qvod qværo. 85 Quære quod vis, inqvit. Qvare, inquam, Filius Dei, in Similitudine hac, ſervili loco ponitur?

VI. Audi, inquit: In ſervili conditione non ponitur Filius Dei, ſed in 86 magna poteſtate & imperio. Ei dixi: Quo modo, inqvam, Domine? Non intelligo. Qvoniam, inquit, eis, quos Filio ſuo tradidit, Filius ejus Nuncios præpoſuit, ad 87 conſervandos ſingulos, Ipſe autem plurimum laboravit, plurimumque perpeſſus eſt, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea poteſt fodi ſine labore ac dolore. Deletis igitur peccatis populi ſui; ipſe eisdem monſtravit itinera vitæ, data eis lege quam à Patre acceperat. Vides igitur, eſſe Dominum populi, accepta à Patre ſuo omni poteſtate? Quare autem Dominus in conſilio adhibuerit Filium de hæreditate, 88 & bonos Angelos? Qvia Nuncius audit illum Spiritum ſanctum, qui x) infuſus eſt omnium primus 89 in corpore, in quo habita-

85. MSS. *Dic, ſi quid vis*. Ibid.
86. MSS *magnam poteſtatem & imperium*. Ibid.
87. Lam. *confirmandos*. Ibid.
88. Bod. *honeſtosque*. Ibid.
x) creatus *Sic & MS C. & Angel.*

89. Lam. *corpore quod ei videbatur. Hoc ergo corpus in quo habitaret Deus, collocavit intellectus ſcilicet corpore quod ei videbatur*. Ibid.

bitaret Deus. Collocavit y) enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur. Hoc ergo corpus, in 90 z) qvod inductus eſt Spiritus ſanctus, ſervivit illi Spiritui; recte in modeſtia ambulans & caſte; neque omnino maculavit Spiritum illum. Cum igitur corpus illud paruiſſet omni tempore Spiritui ſancto, a) recteque & caſte laboraſſet cum eo, nec ſuccubuiſſet in omni tempore; fatigatum corpus illud, ſerviliter converſatum eſt, ſed fortiter cum Spiritu ſancto comprobatum Deo b) receptum eſt. Placuit igitur Deo c) hujusmodi potens curſus, quia maculatus non eſſet in terra, poſſidens in ſe Spiritum ſanctum in conſilio. Advocavit ergo Filium, & Nuncios 91 bonos, ut & huic ſcilicet corpori, quod ſervivit Spiritui ſancto ſine querela, locus aliquis conſiſtendi daretur, ne videretur mercedem ſervitutis ſuæ perdidiſſe. Accipiet enim mercedem omne corpus purum ac ſine macula repertum, in quo habitandi gratia conſtitutus fuerit Spiritus ſanctus. Habes & hujus Similitudinis expoſitionem.

VII. Percepi, inquam, Domine, tuam voluntatem, audita hac expoſitione. Audi ulteri-

y) intellecto ſcilicet corpore quod ei videbatur. V.

90. MSS. *in quo deductus.* Ibid.

z) qvo deductus. V.

a) *al.* recte atque caſte, ac *Sic & MS. C.*

b) receptumque *MS. G. & V. At MS. C.* conſervatum.

c) hujus eſſe. V.

91. Bod. *honeſtos.* OXON.

terius, inquit. Corpus hoc tuum cuſtodi mundum, atque purum; ut Spiritus ille qui inhabitabit in eo, teſtimonium referat illi, & tecum fuiſſe judicetur. Atque etiam vide, ne qvando perſvadeatur tibi interire corpus hoc, & abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore & Spiritum ſanctum; &, ſi maculaveris 92 corpus tuum, non vives. Et dixi: Quid ſi per ignorantiam 93 aliquam id admiſſum eſt, antequam audirentur verba hæc? Qvo pacto aſſequitur ſalutem, is qui maculavit corpus ſuum? Prioribus, inquit, rebus, d) qui per ignorantiam admiſerunt, remedium tribuere ſolus Deus poteſt: ejus enim eſt omnis poteſtas. Sed nunc cuſtodi te: & cum ſit Dominus omnipotens & miſericors, prioribus admiſſis remedium dabit, e) ſi futurum non maculaveris corpus tuum, & ſpiritum. Conſortes ſunt enim ambo, & alteruter ſine altero non coinquinatur. Utrumque ergo ſerva mundum; & vives Deo.

SIMI-

92. MSS. *Spiritum ſanctum*. Ibid.

93. Bod. *aliquid*. Ibid.

d) quæ. *Sic & MS*, C.

e) ſi in. *Sic & MS*, C.

SIMILITUDO VI.

De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.

I.

CUm ſederem domi, & glorificarem Dominum pro omnibus quæ videram, & de Mandatis [94] cogitarem, ea valde bona eſſe, & magna, & honeſta, ac læta, & quæ poſſint ſalutem hominum afferre; intra me ipſum hæc dicebam: Felix ero, ſi in his Mandatis ambulavero; & qvicumque in his ambulaverit, vivet Deo. Dum hæc loqverer mecum video [95] eum qvem & prius, ſedentem juxta me, & hæc mihi dicentem: Qvid dubitas de Mandatis meis, qvæ tibi præcepi? Bona ſunt, nihil omnino dubitaveris; ſed indue fidem Domini, & ambulabis in eis. Ego enim, in illis, dabo tibi vires. Hæc Mandata utilia ſunt his, qui delictorum ſuorum ante geſtorum acturi ſunt pœnitentiam, ſi in futurum in iis ambulaverint. Qvicumque igitur agitis pœnitentiam, abjicite à vobis neqvitiam hujus ſæculi. Induite vero omnem virtutem, & æqvitatem, & poteritis cuſtodire hæc Mandata; neqve [96] deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis; plurimum ex prioribus recidetis. In Mandatis meis ambulate, & vi-

94. MSS. *diſputarem.* Ibid.
95. MSS. *eum ſedentem.* Ibid.
96. Alii, *poſt hoc adjicietis, Nihil enim adjicientes.* Ibid.

& vivetis Deo. Hæc à me dicta ſunt vobis. Poſtqvam hæc mecum locutus eſt, ait mihi: Eamus in agrum, & 97 paſtores pecorum tibi oſtendam. Eamus, inqvam, Domine.

Ἦλθον εἰς πεδίον καὶ δείκνυσί μοι παῖδα νεανίσκον ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν, καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα καὶ λίαν σπαταλῶντα καὶ ἱλαρὰ σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἦν καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα. Καὶ ἄλλα πρόβατα εἶδον σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἑνὶ οὐ μέντοι σκιρτῶντα.

Et venimus in qvemdam campum: & illic oſtendit mihi juvenem paſtorem, 98 veſtitum ſyntheſim veſtimentorum colore coccineo. Paſcebat autem pecora copioſa; & pecora illa velut in voluptatibus erant, & plurimis deliciis; & hilaritate exſultabant, & exſultantia discurrebant huc atqve illuc. Et ipſe paſtor vehementem ex grege ſuo percipiebat voluptatem; & vul-

97. *Paſtores pecorum tibi oſtendam.*) Quia hisce in Viſionibus multi paſtores apparent, ea propter Hermæ Opus Origenes appellát librum de Paſtoribus. III. περὶ ἀρχῶν 2. COTEL.

98. *Veſtitum Syntheſim.*) Recte Paſtori Angelo illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis, datur Syntheſis coccinea, quam nemo neſcit veſtem fuiſſe precioſam, elegantem, cœnatoriam, indicem lætitiæ, atque à mollioribus ſolitam indui. Ibid.

vultus paſteris illius valde hilaris erat, inter pecora diſcurrentis.

II. Ait mihi Angelus: Vides autem hunc paſtorem? Video, inquam, Domine. Et dixit mihi: Hic Nuncius 99 illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis eſt. Hic ergo corrumpit mentes ſervorum Dei, & avertit eos à veritate, oblectans cupiditatibus; & pereunt. Obliviſcuntur enim mandata Dei vivi, & in luxuriis converſantur & deliciis vanis; & corrumpuntur ab hoc Nuncio malo aliqui usque ad mortem, aliqui vero usque ad defectionem. Dico ei: Domine, non intelligo quid ſit *ad mortem*, & quid *ad defectionem*. Audi, inquit: Quæ-

Καὶ λέγει μοι· Βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; βλέπω, φημὶ Κύριε. Οὗτός, φησιν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν, οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπιλανθανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι (ἐν) ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διό καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου εἰς θάνατον καὶ κατὰ φθοράν. Λέγω αὐτῷ, οὐ γινώσκω Κύριε τί ἐστιν εἰς θάνατον καὶ κατὰ φθοράν. καὶ λέγει μοι. Ἄκουε, φησίν. ἃ εἶδες πρόβατα (*Quas vides oves* ita vertendum) ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος.

καὶ

99. MSS. *non habent*, *illecebrarum*. OXON.

καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις οὖν μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν, ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημεῖται. Τῶν τοιούτων ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἃ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, οὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτοὺς, εἰς δὲ τὸν Κύριον μὴ βλασφημήσαντες. Οὗτοι οὖν κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστι μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως ἕως τινός. Ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. Πάλιν προέβημεν μικρὸν καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον

cumqve pecora vidiſti valde læta & exſultantia; ii ſunt qui 1 in perpetuum à Deo diſceſſerunt, & tradiderunt ſe deſideriis hujus ſæculi. Iis ergo non eſt per pœnitentiam regreſſus ad vitam; qvoniam qvidem adjecerunt ad reliqva delicta ſua, & nomen Domini nefandis 2 inſectati ſunt verbis. Hujusmodi homines morti ſunt deſtinati. Qvæ vero vidiſti pecora non exſultantia, ſed uno loco veſcentia; ii ſunt qvi tradiderunt ſe qvidem deliciis ac voluptatibus, nihil vero nefandum in Dominum locuti ſunt. Hi igitur 3 non defecerunt à veritate; ideoqve repoſitam adhuc ha-

1. Lam. *perpetuo*. Ibid.
2. MSS. *inſecuti*. Ibid.
3. MSS. *delent non*. Ibid.

habent ſpem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet ſpem aliquam redintegrationis; mors vero perpetuo tenetur interitu. Rurſum progreſſi ſumus paululum; & oſtendit mihi paſtorem magnum, & velut agreſtem figuram habentem, amictum pelle alba caprina, peram geſtantem in humero, & manu virgam nodoſam & valde [4] duram, & flagellum in manu; aſpectum autem trucem & ſævum habebat, ut poſſet [5] terrere aliquos; talis erat aſpectus ejus. Hic ergo accipiebat ab illo juvene paſtore ea pecora, quæ delicias quidem agebant, ſed non exſultabant; & compellebat ea in præcipitem locum quemdam, ac ſpinoſum

δέρμα αἴγιον λευκὸν, καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὦμον, καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν καὶ ὄζους ἔχουσαν, καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν πικρὸν ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τοῦ ποιμένος τοῦ πρώτου τοῦ νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα μὴ σκιρτῶντα δὲ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἴς τινα τόπον κρημνώδη καὶ ἀκανθώδη καὶ τριβολώδη, ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέκεσθαι ταῖς ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν ἐταλαιπώρει δερόμενα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὧδε κἀκεῖ περιήλαυνεν αὐτὰ, καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, οὐδὲ ἵσταντο.

4. Lam. *durum flagellum.* Ibid.
5. Alii, *exhorrere aliquis.* Ibid.

ſum, tribulisque confertum, usque adeo ut de ſpinis & tribulis ſe non poſſent explicare; ſed implicita ibi 6 paſcebantur ſpinis & tribulis: & graves cruciatus experiebantur ex f) verbis ejus; agebat enim ea, & nec conſiſtendi eis locum 7 ante tempus permittebat.

Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ οὕτω μαστιζόμενα καὶ ταλαιπωροῦντα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι οὕτως ἐβασανίζοντο καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ μετ' ἐμοῦ λαλοῦντι· Κύριε τίς ἐστιν οὗτος ὁ ποιμὴν ὁ ἄσπλαγχνος καὶ πικρός; καὶ λέγει μοι. οὗτός ἐστιν ὁ ἄγγελος τῆς τιμωρίας. Ἐκ δὲ τῶν ἀγγέλων δὲ δικαίων ἐστὶ, τεταγμένος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. Παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ

III. Cum viderem ergo ſic ea flagellari, & miſerias experiri; dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. Dico ad Paſtorem illum qui erat mecum. Quis eſt, Domine, hic paſtor tam implacabilis, & tam amarus, qui nullo modo 8 miſeratione movetur adverſus hæc pecora? Hic, inquit, Paſtor, g) pro 9 juſtis quidem Nuncius eſt, ſed præpoſitus

6. MSS. *paſcerentur.* OXON,
f) verberibus *Sic & MS C. & Angl.*
7. Bod. & Lam. *aut.* Ibid.
8. MSS. deeſt, *miſeratione.* Ibid.
g) de *MS C.*
9. MSS. *de juſtis.* Ibid.

tus pœnæ. Huic ergo traduntur, qvi à Deo aberraverunt, & ſervierunt deſideriis ac voluptatibus ſæculi hujus. h) Punit ergo eos, ſicut meruit unusqvisqve eorum, ſævis variisqve pœnis. Vellem, inqvam, noſſe, Domine, varias has pœnas, cujusmodi ſunt. Audi, inqvit: Variæ pœnæ, atqve tormenta hæc ſunt qvæ homines qvotidie in vita ſua patiuntur. Alii enim 10 detrimenta patiuntur; alii inopiam; alii diverſas i) ægrimonias: qvidam inconſtantiam; alii injurias ab indignis patientes, 11 multaqve alia exercitia & in-

Θεοῦ καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν. Καὶ τιμωρεῖται αὐτοὺς καθὼς ἄξιοί εἰσιν, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ. ἤθελον γνῶναι Κύριε τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας ποταπαί εἰσίν· Ἄκουε φησίν. αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαί εἰσιν βάσανοι. Ἐπὰν γὰρ ἀποστῶσι τοῦ Θεοῦ, νομίζοντες ἐν ἀναπαύσει εἶναι καὶ πλούτῳ, τότε τιμωροῦνται, οἱ μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστερούμενοι, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι ἐν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὑβριζόμενοι ὑπὸ ἐλαττόνων καὶ ἑτέραις ποικίλαις πράξεσι. Πολλοὶ γὰρ ἀκαταστάντες ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλον-

h) Origenes, Hom. 1. in Pſal. 37.

10. MSS. *detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diverſis ægrimoniis*. Ibid.

i) al. acrimonias.

11. Alii, *multaque alia exercitia & incommoda. Plurimi*. Ibid.

λονται εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως ὑποβαίνει, καὶ δυσχεραίνουσιν, καὶ οὐ γινώσκουσιν ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ ἃ ἔπραξαν οὐκ εὐοδοῦνται, καὶ λοιπὸν αἰτιῶνται τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέψαντες δουλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ.

commoda. Plurimi enim, inconſtanti conſilio multa conantur, nec qvidqvam
12 conducit eis, & dicunt in actibus ſuis ſucceſſum ſe non habere. Succurrunt iis ea qvæ neqviter fecerunt, & Dominum cauſſantur. Cum igitur perpeſſi fuerint omnem vexationem. & omne incommodum; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, & firmantur in fide Domini, & per reliqvos dies vitæ ſerviunt Domino mente pura.

Ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνιῶσι ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ οὐκ εὐοδοῦντο, καὶ οὕτως δοξάζουσι τὸν Κύριον, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστιν καὶ δικαίως ἔπαθον, καὶ ἐπαιδεύθησαν κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν.

Et cum cœperint delictorum agere pœnitentiam, tunc aſcendunt in præcordia eorum opera ſua, in qvibus ſe neqviter 13
exercuerunt; & tunc dant Deo honorem, dicentes, juſtum judicem eum eſſe, meritoqve ſe omnia eſſe 14
per-

12. MSS. *provenit*. Ibid.
13. MSS. *geſſerunt*. Ibid.
14. MSS. *paſſos*. Ibid.

perpeſſos ſecundum facta ſua. 15 In reliqvum vero ſerviunt Deo mente pura, & ſucceſſum habent in negotiis ſuis omnibus, accipientes à Domino qvæcumqve poſcunt. Et tunc gratias agunt Domino, qvod ſint mihi traditi, nec jam qvidquam 16 crudelitatis patiuntur.

IV. Dico illi: Etiam nunc, Domine, demonſtra mihi. Qvid inqviris? inqvit. Dixi ei; An per idem tempus crucientur, qvi diſcedunt à timore Dei, qvantum uſi fuerint falſa dulcedine ac voluptatibus? Ait mihi: Per idem tempus etiam cruciantur: Et dixi ei: Exiguum igitur cruciantur. Oportebat autem eos qvi ſic percipiunt voluptates, ut Dominum obliviſcantur, ſepties tantum pati pœnarum. Ait mihi: Fatuus es, nec intelligis hujus pœnæ virtutem. Et dixi: Si enim intelligerem, Domine non interrogarem ut demonſtrates mihi.

Audi, inqvit, qvanta ſit vis utriusqve dulcedinis ac voluptatis. 17 Dulcedinis una hora, ſuo ſpatio terminatur; 18 pœnæ vero una hora triginta dierum vim poſſidet. k)

Ἄκυε οὖν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τῆς βασάνυ. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία, τῆς δὲ βασάνυ ὥραι τριάκοντα, ἡμερῶν δύναμιν ἔχυσαι. Ἐὰν οὖν μίαν ἡμε-

15 MSS addunt poſt *ſua, ſcilicet quisque eorum*. OXON.
16. Bod *crudele*. Ibid.
17. MSS. deeſt, *dulcedinis*. Ibid.
18. Lam. *pœna vero unius horæ*. Ibid.
k) Citatur ab Origene, Hom. 8. in Numeros.

ἡμέραν τις τρυφήσῃ καὶ ἀπαιτηθῇ (leg. ἀπατ.) μίαν δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτοῦ ὁλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανισθήσεται. Βλέπεις οὖν ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐδέν ἐστιν, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς. Ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος καὶ πράσσων ἃ βούλεται πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται. Ἀντὶ γὰρ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἑκάστης ἡμέρας ἀποτίσει βάσανον μεγάλην, ἐνιαυτὸν τῇ ἡμέρᾳ.

Quicumque igitur uno die perceperit 19 fallacem dulcedinem ac voluptatem, 20 unoque die cruciatus ſit, anni ſpatium dies cruciatus ejus valebit. Ita, quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum eſſe tempus 21 mundanæ dulcedinis ac voluptatis; pœnæ vero, tormentorumque amplius.

V. Dixi ei: Domine, quoniam non intelligo omnia tempora hæc dulcedinis, voluptatis, ac pœnæ; lucidius mihi de his expone. Reſpondit mihi, dicens: 22 Inſipientia tua tibi perſeveranter inhæret. Nonne vis potius mentem tuam purificare, & Deo ſervire? Vide ne forte tempore exàcto, tu inſipiens reperiaris. Audi nunc, qvemadmodum vis, qvo facilius intelligas. Qvi

19. Lam. deeſt, *fallacem*. Ibid.
20. Alii, *ſi uno* Ibid.
21. Lam. deeſt, *mundana*. Ibid.
22. MSS. *ſtultitia*, & paulo poſt, *ſtultus*. Ibid.

uno die commiſerit ſede liciis ac voluptatibus, & fecerit qvidqvid appetit animus ejus; plurima repletur ſtultitia, nec intelligit qvid admittat, ac die poſtero obliviſcitur qvid fecerit pridie: dulcedo enim & voluptas 23 nullam memoriam habent, propter ſtultitiam qvæ inſita eſt illis. Cum vero uno die acceſſerit homini cruciatus ac pœna, toto anno torqvetur: magnam enim memoriam poſſidet pœna. Toto igitur anno dolens meminit; & tunc recordatur dulcedinis illius 24 vanæ, ac voluptatis; & ſentit propterea ſe pœnas pati. Qvicumqve igitur ſe dulcedini & voluptati tradiderint, ſic 25 puniuntur; qvoniam vitam habentes, ipſi ſe reddunt obnoxios morti.

Dixi ei: Qvæ ſunt, Domine, voluptates noxiæ? Omni inqvit, homini voluptas eſt, qvodcumqve libenter facit. Etenim iracundus ſatisfaciens moribus ſuis, percipit voluptatem ſuam; & adulter, & ebrioſus, & 26 detractor, & mendax, & cupidus, & frau-

Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ· ποῖαι τρυφαί εἰσι βλαβεραὶ, λέγε μοι. Πᾶσα πρᾶξις σαρκικὴ τρυφή ἐστιν * ὅτι ἡδέως ποιεῖ αὐτῶ. ὁ γὰρ ὀξύχολος τῷ ἑαυτῷ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ, ὁμοίως καὶ ὁ μοιχὸς καὶ ὁ μέθυσος καὶ ὁ καταλάλος, καὶ ὁ ψεύστης καὶ ὁ πλεονέκ-

23. Alii addunt, *mundana*. Ibid.
24. MSS. deeſt, *vana* Ibid.
25. Lam. *paciuntur*. Ibid.
26. MSS. *infamator*. Ibid.

* al. ἐστι νῦν.

νίκτης καὶ ὁ ἀποστερητὴς καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τρυφῶσι γαρ ἐν τῇ αὐτῶν πράξει. Ἆυται δὲ αἱ πράξεις βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους. Πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι τρυφῶσιν. αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ περιποιεῖται ζωὴν, αἱ δὲ προειρημέναι τρυφαὶ βάσανον.

dator, & qvicumqve iis ſimile aliqvid admittit, morbo ſuo parens, percipit ex ea re voluptatem. Hæ omnes dulcedines ac voluptates, noxiæ ſunt ſervis Dei. Propter has itaqve cruciantur & patiuntur pœnas. Sunt enim voluptates ſalutem hominibus afferentes. Multi enim opera bonitatis facientes, percipiunt voluptatem, dulcedine ſua tracti. Hæc ergo voluptas utilis eſt ſervis Dei, & vitam parat hujusmodi hominibus. Illæ vero noxiæ, qvæ ſupra dictæ ſunt, tormenta & pœnas pariunt. Qvicumqve vero permanſerint in illis, nec admiſſorum ſuorum egerint pœnitentiam, mortem ſibi acqvirent.

SIMILITUDO VII.

Pœnitentibus faciendos eſſe pœnitentiæ dignos fructus.

POſt dies paucos video illum in eo campo, in qvo 27 paſtores illos ante videram; & ait

27. Lam, *paſtorem illum videram*. Ibid.

ait mihi: Quid inquiris? Veni, inquam, rogare te, Domine, ut Paſtorem illum præpoſitum pœnæ jubeas de mea domo exire, quia vehementer me adfligit. Et reſpondens: Neceſſe eſt, inquit, 28 patiaris incommoda & vexationes: ſic enim præcepit de te ille Nuncius 29 bonus, quia tentare te vult. Quod, inquam, Domine, tam grave peccatum admiſi, ut huic Nuncio traderer? Adverte, inquit. Complura quidem habes peccata; ſed non tam multa, ut huic Nuncio debeas tradi; ſed multa delicta & ſcelera, domus tua commiſit: ideoque factis eorum ille bonus Nuncius exacerbatus, juſſit te aliquantum temporis vexationem experiri: ut & illi admiſſorum ſuorum agant pœnitentiam, & abluant ſe ab omni cupiditate hujus ſæculi. Cum itaque egerint pœnitentiam, & purificati fuerint; tunc diſcedet à te Nuncius ille, qui præpoſitus eſt pœnæ. Dico ei: Domine, ſi ita illi geſſerunt, ut exaſperarint Nuncium bonum; ego quid feci? Reſpondens: Aliter, inquit, non poſſunt illi vexationem pati, niſi tu, qui caput es totius domus, labores. Quidquid enim tu paſſus fueris, neceſſe eſt ut & illi ſentiant: quamdiu vero tu bene ſtabilitus fueris, illi nullam vexationem poſſunt experiri. Et dixi: Sed ecce jam nunc, Domine, agunt pœnitentiam totis præcordiis. Et ego ſcio, inquit, totis præcordiis eos agere pœniten-

28. Lam *ut incommoda & vexationes ſint.* Ibid.]
29. Bod. *boneſtus*, ut & infra. Ibid.

tentiam. Numquid ergo, ait, protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuo; ſed oportet eum qui agit pœnitentiam, 30 affligere animam ſuam, & humilem l) animo ſe 31 præſtare in omni negotio, & vexationes multas variasque m) perferre; cumque perpeſſus fuerit omnia quæ 32 illi inſtituta fuerint, tunc forſitan qui 33 eum creavit, & qui formavit univerſa, commovebitur erga eum clementia ſua, & aliquod remedium dabit; idque ita, ſi viderit ejus qui pœnitentiam agit, cor purum eſſe ab omni opere nequiſſimo. Tibi autem, & domui tuæ, vexari nunc expedit, & multam vexationem pati neceſſe eſt, ſicut præcepit Nuncius Domini, qui te mihi tradidit. 34 Quin potius gratias agas Domino, quod præſcius futuri, dignum te habuit, cui prædiceret tribulationem inſtare valentibus eam ſuſtinere. Dico ei: Et tu Domine, mecum eſto, & facile omnem vexationem ſuſtinebo. Ego, inquit, ero tecum: ſed & rogabo Nuncium illum, qui præpoſitus eſt pœnæ, ut levius te affligat; ſed & exiguo tempore patie-

30. MSS. *cruciare.* OXON.
l) amicum agere C. *& V.* animo ſe agere *MS. C.*
31. Bod. *gerere.* Lam habere. Ibid.
m) ſæpiusque. 32. Lam *qua inſtituerit.* Ibid.
33. Lam. *qui creavit omnia, & confirmavit univerſa.* Ibid.
34. MSS. *quod dignum te habuit, cum prædiceret incommodum tibi inſtare valenti id ſuſtinere præſcius futuri,* Ibid.

patieris adverſa, iterumqve tuo loco reſtitueris; tantummodo in humilitate animi perſevera. Pare Domino, mente pura, domusqve tua, 35 ac nati, & in 36 mandatis ejus ambula qvæ præcepit tibi; & pœnitentia tua poterit eſſe firma, atqve pura. Et ſi hæc cuſtodieris cum domo tua, incommoda à te recedent, ſed & ab omnibus qvicumqve in his mandatis ambulaverint, omnis vexatio recedet.

SIMILITUDO. VIII.

Electorum, & pœnitentium peccatorum multa ſunt genera: omnes autem, pro pœnitentia & bonorum operum ſuorum modo, habebunt mercedem.

I.

OStendit mihi ſalicem tegentem campos ac montes, ſub cujus umbram venerunt omnes qvi vocati erant in nomine Domini. Et juxta ſalicem illam ſtabat Nuncius Domini valde præclarus & ſublimis; & ſecabat cum falce magna, 37 ab illa ſalice ramos; & populo ille qui erat ſub umbra ſalicis illius, exiguas & quaſi cubitales virgas porrigebat. Poſtqvam autem accepiſſent univerſi, depoſuit falcem; & arbor illa integra permanſit, ſicut

35. Lam deeſt, *ac nati*. OXON.
36. MSS. *mandatis meis ambula, quæ præcepi*. Ibid.
37. Lam. *de ea*. Ibid.

ſicut antea videram eam: 38 quam ego rem mirabar, atqve intra me 39 diſputabam. Ait ad me Paſtor ille: Deſine mirari, qvod arbor illa 40 tota ramis præciſis permanſerit integra; ſed expécta, nunc demonſtrabitur tibi qvid ſignificet Angelus ille qvi populo porrexit virgas. Et rurſus eas ab illis 41 repoſcit: & qvo qvisqve eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgasqve reddebat; qvas cum acceperat ille, conſiderabat. A qvibusdam enim accipiebat aridas & putridas, velut à tinea tactas; & jubebat eos qvi hujusmodi virgas tradiderant, ſecerni, & ſeorſum ſtatui. Alii porrigebant aridas qvidem, ſed non tactas à tinea: & hos ſeorſum ſtatui jubebat. Alii porrigebant ſemiaridas virgas: & hi qvoqve ſeorſum ſtatuebantur. Qvidam autem dabant virgas ſuas ſemiaridas, & ſciſſuras habentes: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; qvarum dimidia pars arida erat, 42 dimidia vero viridis: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; qvarum duæ partes virides erant, tertia vero arida; & hi ſeorſum ſtatuebantur. Qvidam porrigebant virgas ſuas 43 paululum aridas (exiguiſſimum enim aridum

38. MSS. *quo nomine mirabar*. Ibid.
39. Alii, *cogitabam*, Ibid.
40. MSS. *tot*. Ibid.
41. Lam. *repoſcebat*. Ibid.
42. Lam. *alia vero dimidio*. Ibid.
43. MSS. *paullo minus*.

dum erat in virgis eorum, id eſt, 44 ipſum cacumen) ſciſſuras vero habebant: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Aliorum autem in virgis, exiguum erat viride, reliqvum vero aridum: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii veniebant afferentes virgas ſuas ſicut acceperant virides; maximaque pars populi hujusmodi virgas porrigebat: & magnum ex his Nuncius ille gaudium cepit: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii afferebant virgas ſuas virides, & pampinos habentes: & hi ſeorſum ſtatuebantur: & hos quoque Nuncius ille 45 magna cum hilaritate excipiebat. Alii afferebant virgas ſuas virides, ex quibus excreverant pampini 46 earum; qui pampini 47 quosdam fructus adferebant: qui hujusmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu: ſed & Nuncius ipſe quidem ex eis magnam lætitiam percipiebat; nec minus Paſtor ille ex eadem cauſa hilaritatem capiebat.

II. Tunc Nuncius Domini, coronas juſſit adferri. Allatæ ſunt autem coronæ velut ex palmis factæ; & coronavit eos viros Nuncius, in qvorum virgis 48 pampinos invenerat, & fructum; & juſſit eos ire in turrim. Sed & illos viros miſit in turrim, in quorum virgis

44. Bod. *ipſum*. Al. *ipſarum*. OXON.
45. Lam. *magna hilaritate capiebat*. Ibid.
46. Bod. *earumque pampini*. Ibid.
47. Lam *quendam fructum afferebant: eorum virorum qui hujusmodi*. Ibid.
48. Lam. *pampinorum invenerat fructum*. Ibid.

gis 49 ſine fructu invenerat pampinos, dato eis ſigillo. Nam veſtem eamdem habebant, id eſt, candidam ſicut nivem; cum 50 qua n) jubebat ipſos ire in turrim. Nec minus & eos qui reddiderant virgas ſuas ſicuti acceperant virides, data eis veſte candida; & ſic eos dimiſit ire in turrim. His conſummatis, ait ad Paſtorem illum: Ego vado, tu vero dimitte hos intra muros, in eo loco qvo quisque meruit habitare, conſideratis prius virgis eorum diligenter: tamen ne quis te fallat, conſidera. Sed ſi quis te præterierit, inquit, ego eos ſuper aram probabo. His ad Paſtorem dictis, receſſit. Poſtquam ille diſceſſerat; ait mihi Paſtor; Accipiamus ab omnibus virgas; & plantemus illas, ſi poſſint 51 revireſcere. Dico ei: Domine, iſtæ quæ ſunt aridæ virgæ, quo modo poſſunt o) revireſcere? Ait mihi: 52 Arbor

49. Lam. deeſt, *ſine fructu*. Ibid.
50. Lam. *quibus jubebat ire*. Ibid.
n) *habebant*. V.
51. Bod. *revirviſcere*. Ibid.
o) Reviviſcere V. *Ita ſæpe. Sic & MS. C.*
52. *Arbor iſta ſalix eſt, & ſemper amat vitam.*) S. Hilarius ad Pſalm. CXXXVI. 2 *Lignorum ſalicum natura ea eſt, ut areſacta licet, ſi modo aquis adluantur, vireſcant & deinde exciſa atque in humido ſita, radicibus ſe ſe ipſa demergant. Et ſub hujus arboris natura ſtultos & fideles ſignificari Prophetica auctoritas eſt*, &c. Hieronymus ad eumdem locum; *Dicitur ſalix radicem non habere. Sed ſi ramus abſcinditur, & plantatur ſtatim a-*

quam

bor iſta ſalix eſt, & ſemper amat vitam. Si plantatæ ergo fuerint hæ virgæ, exiguumque 53 humoris acceperint, plurimæ ex eis 54 revireſcent. Tentabo enim, & 55 ſuffundam eis aquam: & ſi qua earum potuerit vivere, gratulabor ei: quod ſi non; certe non videbor ego negligens fuiſſe. Juſſit deinde me vocare eos. Et ſicut ſteterunt quisque eorum, venerunt ordine ſuo, virgasque ſuas tradiderunt. Quas acceptas, ille ſingulas plantavit or-

quam, ſtatim vireſcit. Ita autem & peccator, licet peccaverit, licet ceciderit; tamen ſi ſit ſecus aquas; hoc eſt, ſi legit ſanctas Scripturas, & audit verbum divinum á ſancto viro; viret ejus anima, & in pœnitentiam convertitur. Origenes Homilia 1, in Ezechielem; *Scriptum eſt in quodam libro, quia ſalignam omnes credentes accipiant coronam.* Vides ſalicem adaptari tum ſanctis, tum ſanctis, tum pœnitentibus, tum beatis; curque id fiat. At alibi propter aliam rationem, modo in malam, modo in bonam partem ſumitur; quia ſcilicet infructuoſa arbor eſt, ac ſemen fert ſterilitatem pariens: qua de re conſulantur Origenes in fine Homil. 9. In Exodum; Methodius in Convivio Virginum Orat. 4. Hieronymus loco citato, & ad Iſ. XV. 7. XLIV. 4. & ad Zachar. XIV. 16. Auguſtinus atque Euthymius in Pſalmum CXXXVI. Iſidorus Originum XVII. 7. necnon Plinius lib. 16. cap. 26. ac Ælianus IV. de Animalibus 23. *Infructuoſa quidem arbores ſunt ſalices*; verba audis S. Gregorii magni lib. 33. in Job c 5. *ſed tamen tanta viriditatis ſunt, ut areſcere, vel abſciſſa radicitus & projecta, vix poſſint. Unde in ſacro Eloquio ſalicum nomine, aliquando pro viriditate boni, aliquando pro ſterilitate reprobi deſignantur,* &c. COT.

53. Lam. *humorem.* OXON.

54. MSS *reviviſcent.* Ibid.

55. Lam. *effundam.* Ibid.

ordinibus ſuis: & poſtquam plantaſſet omnes, aquam multam 56 ſupereffudit illis; ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exſtarent. Deinde cum irrigaſſet illas, ait mihi: Eamus; & poſt paucos dies revertamur, & viſitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere vult omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem ſpero, cum ſint 57 aqua ſuperinfuſæ hæ virgæ, plurimas victuras 58 humore capto.

III. Dico ei; Arbor hæc, Domine, demonſtra mihi quid ſit; valde enim moveor, quod tot ramis 59 reciſis integra videatur eſſe, nec omnino quidquam de ea minus videtur eſſe: quo 60 maxime ſtupeo. Audi, inquit: Arbor hæc magna, quæ campos tegit ac montes, totamque terram, lex eſt Dei in totum orbem terrarum data. 61 Hac autem lege Filius Dei prædicatus eſt in omnibus finibus orbis terræ. Populi vero ſtantes ſub umbra; ii ſunt qui audierunt prædicationes ejus, & crediderunt. Nuncius autem ille 62 magnificus

56. Bod. *ſuffudit*. Lam. *effudit*. Ibid.
57. MSS. *adaquatæ ha*. Ibid.
58. Lam. *homo receptas*. Bod. *humore percepto*. Ibid.
59. MSS. *præciſis*. Ibid.
60. MSS. *nomine* Ibid.
61. Lam *Hac autem lex Filius Dei eſt, prædicatur*. Ibid.
62. MSS. *magnus & honeſtus*. Ibid.

& bonus, 63 Michael eſt, p) qui populi hujus habet poteſtatem, & gubernat eos. Hic enim in corde eorum qui crediderunt, inſerit legem. Viſitat igitur eos quibus dedit legem, ſi eam cuſtodierunt. Videt autem uniuscujusque virgam, & ex eis multas labefactas. Illæ enim virgæ, Domini lex ſunt. Cognoſcit autem deinde omnes eos qui non ſervaverunt legem; ſciens ſedem uniuscujusqve eorum. Dico ei: Quare, inquam, Domine, alios dimiſit in turrim, alios tibi hic reliquit? Hi, inquit, quicumque ſupergreſſi ſunt legem quam ab eo acceperunt, in mea relicti ſunt poteſtate; ut 64 admiſſorum ſuorum agant pœnitentiam: qui autem ſatisfecerunt legi, & ſervaverunt eam, ſub illius poteſtate ſunt. Qui ſunt ergo, Domine, inquam, in turrim euntes coronati? Ait mihi: Quicumque luctati cum Diabolo, vicerunt eum, illi ſunt coronati. Illi autem ſunt, qui ut ſervarent legem, perpeſſi ſunt 65 iniqua. Illi vero, qui virides virgas, pampinosque ſine fructu habentes tradiderunt; propter eamdem quidem legem vexationem ſuſtinuerunt, non 66 obierunt autem

63. *Michaël*) Qui conſimili modo apud Nicephorum Hiſtoriæ lib.7.cap 50. appellatur ὁ τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἔφορος. *Chriſtianorum fidei præſes*. COT.

p) Laudat hunc locum Origenes Tom.14. in Matth. 19. p. 361. E. edit. Huetii.

64. Lam. *commiſſorum*. OXON.

65. Bod. *injuſta*. Ibid.

66. Lam. *oderunt vero legem*. Ibid.

autem mortem, ſed nec abnegaverunt q) ſanctam legem. Hi vero quæ virides ſicut acceperant, tradiderunt; modeſti ſunt, atque juſti, & qui valde pura mente vixerunt, & cuſtodierunt mandata Dei. Reliqua autem ſcies, cum conſideravero illas virgas, quas plantavi & irrigavi.

IV. Poſt paucos vero dies reverſi ſumus, eodemque loco conſedit Nuncius ille magnificus; ego autem adſtiti ei. Tunc ait mihi: 67 Succinge te 68 ſabano, & miniſtra mihi. Succinxi me ſabano mundo, quod erat factum ex ſacco. Ut autem vidit me cinctum, & paratum 69 illi miniſtrare, ait: Voca viros illos, quorum virgæ plantatæ ſunt, ſuo quemque ordine, ſicut porrexerunt illas. Et duxit me in campum; & 70 vocavi omnes; qui etiam univerſi conſtiterunt ordinibus ſuis. Ait deinde ad illos: Quiſque virgam ſuam extrahat, & ad

q) Suam *V.* & *C.* & *Angl.*

67. MSS. *incinge,* & mox, *incinxi.* Ibid.

68. *Sabano.*) Uſitata vox Græcis, apud quos teſte Iſidoro lib. 19. cap. 26. nata eſt, indeque Latinis, ac Hebræorum Rabbinis. Exponitur autem linteum ſeu linteamen, in Gloſſis, in antiquo Scholiaſte Juvenalis ad Sat. XIV. 22. & in Victore Vitenſi lib. 5. de perſecutione Africana. Clemens Alexandrinus Pædagogo 2. c 3. utens teſtimonio Johannis cap. 13. verſ 4 ubi Dominus præcingit ſe linteo, pro λεντίῳ habet σαβάνῳ. Unde in Lexico Græco-Latino veteri σάβανον, *ſabanum, lentium*: & perperam faciunt qui *linteum* ſubſtituunt. COT.

69. Lam. *ſibi.* OXON.

70. Lam. *vocavit.* Ibid.

ad me afferat. Et primo tradiderunt, qui aridas & putridas habuerunt; & quorum putridæ & aridæ repertæ ſunt virgæ, juſſit eos ſtare ſeorſum. Deinde porrexerunt, qui aridas quidem, ſed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas virides: quidam vero aridas & putridas; velut à tinea tactas. Eos qui virides tradiderunt, juſſit ſeorſum ſtare. Illos vero qui aridas & putridas tradiderunt, cum 71 primis ſtare juſſit. Porrexerunt deinde illi, ſemiaridas habuerant, & ſciſſuras habentes; multi ex illis, virides porrexerunt, nec ſciſſuras habentes; quidam vero virides, pampinos habentes, & in pampinis fructum; ſicut illi qui in turrim ierunt coronati. Alii porrexerunt aridas, & non putridas. Quidam vero ſicut fuerant, ſemiaridas, & ſciſſuras habentes. Juſſit unumquemque eorum ſeorſum ſtare, alios ſuo 72 quemque ordine, alios ſeorſum.

V. Deinde porrexerunt, qui habuerant virides quidem virgas, ſed ſciſſuras habentes: hi omnes virides tradiderunt, ſuoque r) ordine ſteterunt. Gaudium autem ex his percepit hic Paſtor, quod omnes s) politæ eſſent, & depoſuiſſent ſciſſuras ſuas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, & dimidiam ari-

71. Lam. *primariis tradere.* Bod. *primariis ſtare.* Ibid.
72. MSS. *ſuo quoque agmine.* Ibid.
r) Agmino: V. *Sic & C. MS Ita ſæpe.*
s) Mutati V. *Sic & Lamb. MS.*

aridam habuerant: quorumdam vero inventæ ſunt totæ virides; aliorum ſemiaridæ; aliorum virides, & pampinos 73 habentes: hi omnes dimiſſi ſunt, unuſquiſque 74 in ſuum ordinem. Deinde qui habuerant duas partes virgarum ſuarum virides, tertiamque aridam: multi ex eis virides porrexerunt; multi ſemiaridas; cæteri vero aridas & non putridas: hi omnes dimiſſi ſunt in ſuum quiſque ordinem. Deinde porrigebant, qui habuerant in virgis ſuis duas partes aridas, tertiamque viridem; multi quoque ex eis porrexerunt ſemiaridas; quidam vero aridas & putridas; alii autem ſemiaridas, & ſciſſuras habentes; pauci vero virides: hi igitur omnes conſtiterunt, in ſuo quiſque ordine. Deinde porrexerunt, qui t) tertium habuerant viride, reliquum vero aridum: horum virgæ majori ex parte inventæ ſunt virides, ramuſculos habentes, & in eis ramuſculis fructum; & reliquæ virides totæ. Ex his virgis gaudium vehementer percepit Paſtor ille, quia ſic invenerat eas. Abierunt & illi in ordines ſuos.

VI. Poſtquam autem 75 omnium virgas conſideraſſet; ait mihi: Dixeram tibi, arborem hanc, diligere vitam. Vides 76 quod multi egerunt pœnitentiam, & aſſecuti ſunt ſalu-

73. MSS. *habebant.* OXON.
74. Alii, *unusquisque in ſuo ordine ſteterunt. Deinde.* Ibid.
t) Minimum V.
75. Lam. *omnes.* Ibid.
76. MSS. *quam.* Ibid.

ſalutem. Video, inquam, Domine. Ut ſcias, inquit, bonitatem & clementiam Domini magnam, & 77 honorandam eſſe, qui dedit ſpiritum iis qui 78 digni erant agere pœnitententiam. Et dixi: Quare ergo, Domine, non omnes egerunt pœnitentiam? Ait mihi: 79 Quorum 80 viderat Dominus puras mentes futuras, & ſervituros ei ex totis præcordiis; illis tribuit pœnitentiam. At quorum aſpexit dolum & nequitias, & animadvertit ad ſe fallaciter reverſuros; negavit iis ad pœnitentiam regreſſum; ne rurſus legem ejus nefandis maledi-

77. MSS. *beneficam*. Ibid.
78. Lam. *diligunt agere*. Ibid.
79. *Quorum viderat Dominus puras mentes futuras, &c.*) Similitudine 9. cap. ult. *Cumque vidiſſet Dominus bonam atque puram pœnitentiam eorum: & poſſe eos in ea permanere, juſſit priora peccata eorum deleri.* Huc faciet inſignis locus B. Auguſtini libro de dono perſeverantiæ cap. 10. *Quidam diſputator Catholicus non ignobilis, hunc Evangelii locum* (*Matth.* 11. *Luc.* 10.) *ſic expoſuit, ut diceret; præſciſſe Dominum Tyrios & Sidonios à fide fuiſſe poſtea receſſuros, cum factis apud ſe miraculis credidiſſent; & miſericordia potius non eum illic iſta feciſſe; quoniam graviori pœna obnoxii fierent, ſi fidem quam tenuerant reliquiſſent, quam ſi eam nullo tempore tenuiſſent.* Sed & ſimilia non pauca ex Chryſoſtomo, aliiſque Patribus colligi poſſent. Porro imprudenter exiſtimatum fuit, in verbis Hermæ caveri debere Pelagianiſmum. Neque illa dubitationem habere mihi videntur. Deus illis dedit pœnitentiam, à quibus vidit mentes puras geſtum iri, nempe per gratiæ auxilium, per ſpiritum divinitus conceſſum, ut loquitur Paſtor. COT.
80. MSS. *vidit*. OXON.

ledicerent verbis. Dico ei: Nunc mihi, Domine, demonſtra, u) quid is ſit locus cujusque eorum qui virgas reddiderunt, & 81 ſedes eorum: ut auditis his, & creditis, ii qui non cuſtodierunt integrum, ſed diſſipaverunt ſigillum quod acceperunt, agnitis ſuis factis pœnitentiam agant: & 82 accepto à te ſigillo, Domino dent honorem; quod ſit 83 ſuper eos motus clementia ſua; & miſerit te, ut ſpiritus eorum renoves. Audi, inquit: Quorum virgæ aridæ & putridæ repertæ ſunt, & velut à tinea tactæ; hi ſunt transfugæ, 84 Eccleſiæ proditores, qui inter reliqua ſua delicta, nefandis verbis Dominum 85 inſectati, nomen ejus negaverunt, quod ſuper eos erat invocatum. Hi igitur omnes mortui ſunt Deo; atque etiam neminem eorum vides egiſſe pœnitentiam, tametſi audierint mandata mea quæ tu eis protuliſti: ab hujusmodi ergo hominibus 86 abeſt vita. Hi quoque qui aridas & non putridas tradiderunt, 87 non procul ab illis fuerunt: ficti enim erant; & doctrinas pravas intulerunt, & preverterunt ſervos Dei, præcipue eos qui peccaſſent, non ſinentes eos

 ad

u) Qualis V. *Sic & MS. Angl.*
81. Lam. *ſederunt ſeorſim.* Ibid.
82. Lam. *accepto ait ſigillo, Domino, dent.* Ibid.
83. MSS. *in.* Ibid.
84. Alii, addunt, &. Ibid.
85. MSS. *inſecuti.* Ibid.
86. Lam. *tu habes ita.* Ibid.
87. MSS. *prope ab.* Ibid.

ad pœnitentiam redire, ſed doctrinis fatuis detinentes. Hi ergo habent ad ſpem regreſſum: atque etiam multos vides agere pœnitentiam, ex quo eis mandata mea protuliſti; & adhuc agent pœnitentiam. Quicumque vero non egerint pœnitentiam, ii & pœnitentiam, & vitam ſuam amittent: at his qui egerint; 88 x) murus in primis cœpit eſſe ſedes eorum, y) etiam qui non in turrim aſcenderunt. Vides igitur, inquit, in pœnitentia, peccantium ineſſe vitam: non agentium vero pœnitentiam, mortem paratam.

VII. De his vero qui ſemiaridas virgas porrexerunt, & ſciſſuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo ſemiaridæ erant virgæ; hi dubii ſunt: nec enim vivi ſunt, nec mortui. At hi qui ſemiaridas, & ſciſſuras habentes tradiderant; & dubii ſunt, & maledici; de abſentibus detrahentes, & numquam inter ſe pacem habentes, & 89 inter ſe invidentes. Et iis quidem propoſita eſt pœnitentia: vides enim ex his aliquos pœnitere. Quicumque vero eorum cito 90 egerunt pœnitentiam, hi in turri habent ſedem: at ii qui tarde egerunt, in muris 91 habitant: qui vero non egerunt pœ-

88. Lam. *murus erit ſedes.* Ibid.
x) Muris V.
y) Quidam vero etiam V. *Sic & MS. Angl. & C.*
89. Bod. deeſt, *inter ſe.* Lam. *intra ſe.* Ibid.
90. MSS. *geſſerunt.* Ibid.
91. Lam. *habitabunt.* Ibid.

pœnitentiam, ſed in ſuis permanſerunt factis, morte morientur. At vero hi, qui virides quidem virgas, ſed ſciſſuras habentes tradiderunt; fideles ſemper fuerunt & boni, ſed habentes inter ſe quamdam invidiam & 92 contentionem de principatu & dignitate. Verum omnes hujusmodi inſipientes ſunt & fatui, qui habent inter ſe æmulationem de principatu. Attamen hi, cum ſint alioqui boni, ſi auditis mandatis 93 iſtis emendaverint ſe, & cito 94 perſuaſionis ſuæ egerint pœnitentiam; in turri denique incipient habitare, ſicut & hi qui egerunt digne pœnitentiam. Quod ſi quis eorum rurſus ad diſſenſionem redierit, 95 repelletur a turri, & vitam ſuam perdet. Vita etiam eorum qui cuſtodiunt mandata Domini, in mandatis conſiſtit, non in principatu, aut aliqua dignitate. Per patientiam enim, & humilitatem animæ, vitam homines conſequentur: per ſeditiones vero, & contemptum legis, mortem ſibi acquirent.

VIII. Qui vero in virgis ſuis dimidium aridum habebant, & dimidium viride; hi ſunt negotiationibus involuti, neq; appliciti ſanctis: ideoq; etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero mortuum eſt. Multi igitur ex illis, auditis man-

92. Cot. *contentionem.* Ibid.
93. MSS. *meis.* Ibid.
94. ita MSS. pro *perſuaſionis ſuæ.* Ibid.
95. Alii, *expelletur.* Ibid.

mandatis egerunt pœnitentiam, & in turri habitare cœperunt: quidam vero eorum, in totum deſtiterunt. His igitur non eſt locus pœnitentiæ: à negotiatione enim ſua, nefanda in Dominum locuti ſunt, & eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam, amiſerunt vitam. Multi vero ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc & iis eſt regreſſus: qui ſi cito pœnitentiam egerint, in turri ſedem habebunt; ſi vero tardius egerint, in muris habitabunt; ſi autem non egerint, 96 mortem ſibi acquirent. At hi qui duas partes virgarum ſuarum virides habuerant, & tertiam aridam; 97 compluribus modis depravati, negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt pœnitentiam, atque ita in turri habitare cœperunt; & multi à Deo in perpetuum receſſerunt. Illi igitur in totum amiſerunt 98 vitam. Quidam vero dubia mente concepta, diſſenſiones concitaverunt; iis adhuc regreſſus eſt, ſi cito egerint pœnitentiam, nec 99 voluptatibus ſuis remorati fuerint; ſi autem permanſerint in factis ſuis, mortem ſibi acquirent.

IX. Qui vero porrexerunt virgas ſuas, quarum duæ partes aridæ fuerant, & tertia viridis; fideles quidem fuerunt, ſed locupletati, & exſaturati bonis, apud exteras gentes cele-

96. MSS. Lam. add *pœnitentiam.* OXON.
97. MSS. *quamplurimis generibus infeciati.* Ibid.
98. Bod *pœnitentiam.* Ibid.
99. Lam. *in voluntatibus.* Ibid.

1 celebriores eſſe cupierunt, & 2 in ſuperbiam magnam inciderunt, & ſublimia cœperunt z) ſperare, & veritatem 3 deſerere, neque appliciti ſunt juſtis; a) cum exteris gentibus convixerunt, & hæc illis vita dulcior viſa eſt: a Deo tamen non receſſerunt, & 4 in fide perſeveraverunt, ſed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt pœnitentiam; & ſedes eorum, in turri eſſe cœperunt. Alii vero viventes cum exteris gentibus, & 5 elati vanitatibus ſuis, in perpetuum a Deo 6 defecerunt, Nationum facinoribus & operibus ſervientes. Hujusmodi ergo homines adnumerati ſunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere cœperunt, non ſperantes ſe propter facta ſua aſſequi poſſe ſalutem. Alii dubii facti, diſſenſiones excitaverunt. His igitur, & illis qui propter facta ſua dubii eſſe cœperunt, adhuc eſt regreſſus: ſed hæc pœnitentia 7 cita eſſe debet, ut ſit in turri ſedes eorum. His vero qui non agunt pœnitentiam, ſed permanent in voluptatibus ſuis, mors prope eſt.

X. At

1. MS. *honeſtiores eſſe cupiere*. Ibid.
2. Lam *ſuperbiam magnam induerunt*. Ibid.
   z) ſpirare V. *Sic & Bodl.*
3. MSS. *deſeruerunt*. Ibid.
   a) ſed cum V. *Sic & MS.* C.
4. Lam *fideles perſeveraverunt eſſe*. Ibid.
5. MSS *evecti vanitatibus eorum*. Ibid.
6. MSS. *deſtiterunt*. Ibid.
7. Bod. *citata*. Ibid.

X. At hi qvi virgas virides porrexerunt,
exceptis cacuminibus earum, qvæ ſola arida
erant, & ſciſſuras habebant; ſemper boni at-
qve fideles & 8 probi erga Deum fuerunt,
ſed parumper deliqverunt propter 9 inanes
voluptates, & minutas cogitationes, qvas 10
intra ſe habuerunt. Auditis ergo verbis
meis, plurimi egerunt pœnitentiam celeri-
ter, & in turri habitare cœperunt. Quidam
autem ex his evaſerunt dubii: quidam adje-
cerunt ad dubiam mentem, etiam diſſenſio-
nes movere. In his igitur etiam nunc ſpes
eſt regreſſus, quia boni ſemper fuerunt,
difficile autem movebuntur. Qui vero vir-
gas ſuas aridas porrexerunt, exceptis cacumi-
nibus earum, quæ ſola erant viridia; credi-
derunt quidem Deo, 11 in ſceleribus vero
converſati ſunt; numquam tamen à Deo re-
ceſſerunt, ſed ſemper nomen Domini liben-
ter tulerunt, & libenter in hoſpitiis ſuis Dei
ſervos 12 ſuſceperunt. Audito igitur 13 hoc,
regreſſi, ſine mora egerunt pœnitentiam,
& omnem b) virtutis æquitatem exercuerunt.
Ali-

8. Lam. *honeſti apud Dominum fuerunt.* Ibid.
9. Lam. *inanes & minimas diſputationes.* Ibid.
10. Bod. *in.* Lam. *inter.* Ibid.
11. Alii, *etſi ad ſcelera aliqua prolapſi ſunt.* Ibid.
12. MSS. *receperunt.* Ibid.
13. MSS. *hoc regreſſu.* Ibid.
b) virtutem æquitatis V.

Aliqui vero eorum obierunt: & alii 14 libenter adverſa paſſi ſunt, memores factorum ſuorum.

XI. Poſtquam finiſſet omnium virgarum 15 explanationes, ait mihi: Vade, & dic omnibus ut agant pœnitentiam, & vivent Deo. Quia 16 motus Dominus magna clementia ſua, miſit me ut pœnitentiam 17 nunciarem omnibus, his etiam qui non merentur propter facta ſua aſſequi ſalutem. Sed patiens eſt Dominus, & invitationem per Filium ſuum factam vult conſervare. Dico ei: Spero, Domine, 18 fore ut auditis his, univerſi agant pœnitentiam. Credo enim, unumquemque agnitis ſuis factis, & accepto Dei timore, ad pœnitentiam regreſſurum. Ait mihi: Quicumque toto corde egerint pœnitentiam, & purificaverint ſe ab omni nequitia, 19 quæ ſupra dicta eſt, & non adjecerint adhuc ad delicta ſua quidquam; accipient à Domino remedium 20 priorum peccatorum ſuorum, ſi nihil dubitaverint de mandatis his; & vivent Deo. Qui vero adjecerint, inquit, ad deli-

14. MSS. *& libenter patiuntur memores*. Ibid.
15. Alii, *exolutiones*. Ibid.
16. Lam. *motus Dominus in multa ſua*. Ibid.
17. MSS. *omnibus darem, & quidem quibusdam nonmorentibus* Ibid.
18. Alii, *quoniam, auditis his, univerſi agent*. Ibid.
19. Lam. omittit. *quæ ſupra dicta eſt*. Ibid.
20. MSS. deeſt, *priorum*. Ibid.

delicta ſua, & converſati fuerint in 21 cupiditatibus ſæculi hujus; damnabunt ſeipſos ad mortem. Tu vero ambula in mandatis iſtis; & vives Deo: & quicumque ambulaverint in his, & recte ea exercuerint, vivent Deo. Poſtquam vero hæc omnia mihi oſtendit, ait mihi: Reliqua poſt dies paucos tibi oſtendam.

SIMILITUDO IX.

Ædificandæ militantis, & triumphantis Eccleſiæ myſteria maxima.

I.

POſtquam ſcripſit Mandata & Similitudines Paſtoris illius Nuncii pœnitentiæ; venit ad me, & dixit mihi: Volo oſtendere tibi quæcumque Spiritus tibi oſtendit, qui in effigie Eccleſiæ locutus eſt tecum. Ille enim Spiritus, Filius Dei eſt. Et quia infirmior eras corpore, non ante per nuncium declaratum eſt tibi, quam firmatus es à Spiritu, auctusque viribus, ut etiam Nuncium poſſis videre. Tunc enim bene quidem & 22 magnifice ædificatio turris, ab Eccleſia tibi oſtenſa eſt, ſed ut 23 à virgine monſtrata cuncta vidiſti. Nunc autem per Nuncium illuſtraris, per eumdem quidem Spiritum. Sed oportet te omnia di-

li-

21. Alii, *deſideriis*. Ibid.
22. MSS. *modeſte*. Ibid.
23. Lam. *ad virginem*. Ibid.

ligenter videre. Idcirco enim in domum tuam miſſus ſum habitare, ab illo Nuncio 24 venerando; ut cum omnia potenter videris, nihil ut prius expaveſcas. Et duxit me in 25 aſcenſum montis Arcadiæ; & conſedimus in cacumine ejus. Et oſtendit mihi campum magnum, & circa eum duodecim montes, alia atque alia figura. Quorum primus niger erat ſicut fuligo. Secundus glabrus ſine herbis. Tertius ſpinis & tribulis plenus. Quartus habebat ſemiaridas herbas; quarum ſuperior pars erat viridis, proxima autem à radicibus arida; quædam etiam herbæ, cum ſol incanduiſſet, aridæ fiebant. Qvintus mons aſperrimus erat; ſed herbas virides habebat. Sextus mons ſciſſuris erat plenus; quibusdam minoribus, quibusdam vero majoribus: ſed in illis ſciſſuris erant herbæ, non valde quidem c) lætæ, ſed velut marcidæ eſſe videbantur. Septimus vero mons 26 delectabiles habebat herbas, & totus fertilis erat; & omne genus pecudum, & 27 volucrum cœli, 28 pabulum carpebant ex illo, & qvantum veſcebantur 29 ex illo, tanto lætiores herbæ creſcebant. Octavus mons fontibus erat repletus

24. MSS. *digniſſimo*. OXON.
25. Lam. *Arcadia montem*. Ibid.
c) *Sic*, *V*. & *C*. pro *læta*,
26. MSS *hilares*. Ibid.
27. MSS. *volucres*. Ibid.
28. Lam. *pabula*. Ibid.
29. MSS. *inde*, Ibid.

tus; & ex illis fontibus adæquabatur omne genus creaturæ Dei. Nonus mons nullam omnino aqvam habebat, & totus deſtitutus erat; ſed & mortiferos ſerpentes [30] alebat, & hominibus pernicioſos. Decimus mons [31] proceras arbores continebat, totusqve erat [32] umbroſus; & ſub umbra pecudes jacebant requieſcentes, ac ruminantes. Undecimus mons denſiſſimis arboribus repletus erat, & arbores illæ aliis atqve aliis [33] oneratæ videbantur fructibus; ut [34] quisquis videret, cuperet edere de fructibus earum. Duodecimus mons, candidus erat totus, & aſpectum habebat [35] delactabiliſſimum, & ipſe ſibi ſummum præſtabat decorem.

II. In medio vero campo candidam & ingentem petram mihi oſtendit, qvæ de ipſo campo ſurrexerat: & petra illa altior montibus illis erat, & qvadrata, ita ut poſſet totum orbem ſuſtinere. Vetus autem mihi videbatur eſſe; ſed habebat novam portam, quæ nuper videbatur exſculpta. Et porta illa clariorem ſplendorem quam ſol habebat; ita ut mirarer vehementer lumen ejus. Circa vero

por-

30. MSS. *habebat.* OXON.
31. MSS. *habebat arbores magnas.* Ibid.
32. Lam. *tenebroſus.* Ibid.
33. Bod *ordinatæ erant* Lam, *ornatæ erant*, Ibid.
34. MSS. *ſi quis vidiſſet, concupiſceret.*
35. MSS. *hilariſſimum*, Ibid.

portam illam ſtabant 36 virgines duodecim: p) ex quibus qvatuor, qvæ obtinebant angu-

36 *Virgines duodecim.*) In teſtimoniis veterum omiſimus teſtimonium quod pertinebat ad iſtum locum, & ad alium cap. 15. in quo Virginum nomina proferuntur. Eſt autem Antiqui illius, cujus Commentarios in Matthæum imperfectos habemus, excuſos poſt Homilias S. Chryſoſtomi in eundem Evangeliſtam. *Adhuc autem audeo*, inqvit ad verſ. 18. c. 19 *& ſubtiliorem introducere ſenſum, & ſententiam alterius ſapientis cujuſdam viri* (haud mihi dubium quin Origenis) *referre. Exponit enim ſic: Quoniam ſicut Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus, ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus, ſecundum quaſdam proprietates animorum, & diverſitates cordium, quas ſolus Deus diſcernere & cognoſcere poteſt: ut quædam animæ ſint quaſi de tribu Ruben, quædam autem de tribu Simeon, vel Levi, vel Juda. Puta quomodo, quia omnes ſancti quinque Virgines prudentes eſſe dicuntur, Matth 25. quamvis ſint innumerabiles, propter quinque ſenſus ſpirituales; & omnes peccatores, quinque Virgines fatuæ, quamvis innumerabiles ſint, propter quinque ſenſus carnales. Et ſicut omnes Eccleſiæ Chriſti ſeptem Eccleſiæ dicuntur, (Apoc 1.) propter ſeptem ſpiritus, quamvis ſint multæ: omnes enim in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt ſapientiæ virtus, una habetur Eccleſia: item in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt intellectus, altera dicitur Eccleſia; & ſic per ſingulos ſpiritus tractans, invenies ſeptem Eccleſias. Similiter propter gratias duodecim, quas in perſona duodecim Virginum exponit Angelus in Paſtore; ſi tamen placet illa Scriptura omnibus Chriſtianis; inveniuntur duodecim eſſe tribus: ut puta, omnes animæ in quibus præ cæteris virtutibus præcellit virtus Veritatis, una eſt tribus. Nec enim omnes gratiæ æqualiter in omnibus ſunt; ſed unus quidem amplius præcellit in iſta, alter vero in illa.* COT.

p) Vide Orig. Hom. 13. in Ezech. item Vitam S. Genov. ſupra in Teſt. Vet.

los portæ, digniores mihi videbantur eſſe; ſed & cæteræ 37 dignæ erant; ſtabant autem in quatuor partibus portæ. 38 Erat autem & id ad gratiam illarum virginum, quod illæ binæ & binæ veſtitæ erant linteis tunicis, & 39 decenter ſuccinctæ q) exertis brachiis dextris, tamqvam faſcem aliqvem levaturæ, ſic erant paratæ: vehementer enim hilares erant, atqve promptæ. Hæc cum vidiſſem; mecum ipſe mirabar, qvod tam magnas & præclaras res viderem. Et rurſus 40 mirabar, propter virgines illas, qvod tam 41 decoræ & delicatæ eſſent, & ita conſtanter ac fortiter ſtarent, tamqvam totum cœlum 42 portaturæ. Et cum hæc intra me 43 cogitarem: ait ad me Paſtor ille: Qvid intra te diſputas, atqve torqveris, & ipſe tibi ſollicitudinem 44 adjicis? Qvæcumqve non potes intelligere, noli 45 attendere, tamquam ſi ſapiens ſis; ſed roga Dominum, ut accepto ſenſu intelligas ea. Qvæcumqve poſt te ſunt, non potes videre:

qvæ

37. Lam. *dignitoſa.* OXON.
38. MSS. *inerat autem inter genera earum virginum & habine veſteta linteis.* Ibid.
39. Lam. *& decem incincta.* Ibid.
q) exertis V. *Sir. & C. & MSS. Angl.* pro *exterius.*
40. Lam *movebar.* Ibid.
41. MSS. deſunt, *decora &.* Ibid.
42 MSS *portandum haberent.* Ibid.
43. M S. *diſputarem,* & mox, *diſputas.* Ibid.
44. MSS. *adducis.* Ibid.
45. Lam. *perpendere.* Ibid.

quæ vero ſunt ante te, vides. In his igitur quæ non potes videre, noli torqueri; & eorum 46 intelligentiam cape, quæ tu vides. Deſine eſſe curioſus. Ego autem demonſtrabo tibi cuncta, quæcumque 47 debeo oſtendere: nunc autem reliqua conſidera.

III. Et cum hæc dixiſſet mihi, ſuſpexi. Et ecce vidi 48 veniſſe ſex viros excelſos ac venerandos, & omnes ſimiles vultu; & vocaſſe quamdam multitudinem virorum: & hi qui venerant vocati ab illis, & ipſi quoque excelſi & fortes erant. Juſſerunt autem illi ſex, eos turrim quamdam ſuper eam portam ædificare. Magnus vero tunc fremitus cœpit eſſe 49 decurrentium circa portam huc atque illuc, eorum virorum qui ad ædificandam turrim venerant. Virgines vero illæ, quæ ſtabant circa portam, 50 jubebant eis ædificationem turris accelerare. Ipſæ autem exporrexerunt manus ſuas, tamquam aliquid accepturæ ab illis. Tunc illi ſex juſſerunt, ut ex quodam profundo lapides 51 attollerent, & in ædificationem turris 52 præpararent. Et elevati ſunt decem lapi-

46. MSS. *dominare*. Ibid.
47. Lam. *potueris*. Ibid.
48. Lam. *veniſſe viros excelſos, dignitoſos, & ſimiles*. Ibid.
49 Bod. *diſcurrentium circa portam hinc atque illinc*. Ibid.
50. Lam. *videbant ædificationem*. Alii, *agnoverunt ab eis accelerari oportere*. Ibid.
51. MSS. *deleto ut, aſcendere*. Ibid.
52. MSS. *aptari. Et aſcenderunt decem*. Ibid.

53 lapides candidi, quadrati, circumciſi. Poſtquam vero ſex illi advocaverunt has virgines; juſſerunt eas, univerſos lapides quicumque in turris ædificationem 54 mittendi eſſent, portare, & translatos per portam tradere eis qui ædificaturi erant turrim illam. Continuo hæ virgines, eosdem lapides qui 55 prius elevati erant de profundo, inter ſe 56 elevare cœperunt pariter omnes.

IV. Qui autem ſteterunt circa portam, ſic etiam portabant, ut qui videbantur eſſe fortiores, ad angulos ponerentur; cæteri verò lapides 57 ad latera ſubjiciebantur: atque ita univerſos lapides pertulerunt, eoſque per portam translatos, ædificantibus, ſicut 58 juſſæ erant, tradiderunt. Illi verò excipientes, exſtruxerunt illos. Hæc autem ædificatio ſuper illam petram magnam & portam fiebat, atque ab iis tota turris ſuſtentabatur. Horum autem decem lapidum ſtructura totam portam illam replevit, quæ in fundamento turris illius eſſe cœpit. Poſt illos verò decem lapides, alii viginti quinque 59 elevati ſunt

53. *Lapides candidi, quadrati, circumciſi.*) Legendum ut *circumciſi*, ex cap. 5. & 16. COT.
54. MSS. *iouri*. OXON.
55. MSS. *primi aſcenderunt*. Ibid.
56. MSS. *allevare*. Ibid.
57. Bod. *à lateribus ſubibant*. Ibid.
58. MSS. *juſſerant*. Ibid.
59. MSS. *aſcenderunt*, ut ſæpe. Ibid.

ſunt de profundo; & hi ſtructi ſunt in ædificationem turris ejusdem, per illas virgines levati, ſicut priores. Poſt hos alii triginta-quinque elevati ſunt, & hi ſimiliter in eodem opere aptati ſunt. Poſt hos, quadraginta lapides aſcenderunt, & hi omnes adjecti ſunt in ſtructuram turris illius. Qvatuor ergo ordines cœperunt eſſe in [60] fundamento turris illius; deſierunt [61] enim lapides extrahi de profundo: pauliſper & hi qui ædificabant, quieverunt. Iterum illi ſex viri, multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim montibus adportarent lapides ad ædificationem turris ejusdem. Illi autem excidebant de univerſis montibus [62] variorum colorum lapides; & deferentes [63] eos, porrigebant Virginibus: quos illæ accipientes transferebant, & in ædificationem turris porrigebant. [64] In r) qua cùm ſtructi eſſent illi; candidi, variique fiebant; & ſimiliter omnes, s) priores mutabant colores. Quidam verò ab ipſis viris porrigebantur: qui cùm in eam ædificationem veniſſent; quales ponebantur, tales & permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non erant à Virginibus

60. Lam. *fundamentis turris hujus*. Ibid.
61. Lam. *ergo lapides aſcendere de*. Ibid.
62. MSS *lapides variis coloribus*. ibid.
63. MSS. *adportatos*. Ibid.
64. Lam. *quam cum inſtructi*. Ibid.
r) aquam V. s) & priores V. *Sic & MS. C.*

per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant, in ædificatione. Quos cùm animadvertiſſent illi ſex viri; juſſerunt tolli, & ſuo loco 65 reponi unde delati fuerant. Et dicunt ad illos qui lapides illos adferebant: Omnino vos nobis ad ædificationem hanc lapides porrigere nolite; ſed juxta turrim ponite eos, ut hæ virgines translatos porrigant: niſi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores ſuos mutare non poſſunt: nolite igitur fruſtra laborare.

V. Effecta eſt autem ſtructura illo die; ſed turris conſummata non eſt: futurum enim erat, ut ædificaretur; propterea etiam nunc & quædam dilatio facta eſt. Et juſſerunt illi ſex, eos qui ædificabant, 66 abire, & veluti 67 aliquamdiu quieſcere: Illis vero Virginibus præceperunt, ne à turri 68 diſcederent. Propterea autem videbantur mihi relictæ, ut cuſtodirent turrim illam. Poſtquam autem receſſerunt, dico ad Paſtorem illum: Quare, Domine, non eſt peracta ædificatio turris? Non enim, inquit, ante conſummari poteſt, quam veniat Dominus ejus, & ſtructuram hanc probet: ut ſi quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur. Ad voluntatem enim ejus ædificabatur hæc turris. Vellem, inquam, Domine, ſcire, quid ſignificet ædificatio turris hu-

65. MSS. *referri unde deportati.* Ibid.
66. MSS. *recedere:* Ibid.
67. MSS. *quieſcere aliquid* Ibid.
68. Lam. *recederent.* Ibid.

hujus, & de hac petra, & de hac porta cognoſcere, & de montibus, & de Virginibus, & de lapidibus qui 69 extracti ſunt de profundo, nec circumciſi ſunt, ſed ſicut aſcenderunt, ſic 70. miſſi ſunt in ſtructuram; & quare primum lapides decem in t) fundamento ſtructi ſunt, deinde vigintiquinque, deinde tringintaquinque, deinde quadraginta. Item de illis lapidibus qui poſiti ſunt in ſtructuram, iterumque ſublati, & in 71 locum ſuum relati. De omnibus his, Domine, deſiderium animæ meæ comple, & omnia mihi demonſtra. Et dixit mihi: Si u) 72 tardus non fueris, omnia x) non cognoſces, & videbis reliqua quæ futura ſunt huic turri, & omnes ſimilitudines diligenter cognoſces. Et venimus poſt dies paucos in eundem locum, ubi ſederamus, & dicit mihi: Perveniamus ad turrim. Dominus enim ejus venturus eſt, ut conſideret eam. Venimus igitur illuc, & neminem alium quam virgines illas invenimus. Et interrogavit eas; an affuiſſet Dominus turris illius? Et reſponderunt, continuo eum 73 adfuturum, ut conſideret ſtructuram illam,

69. MSS. *aſcenderunt*. Ibid.
70. MSS. *sorsum*. Ibid.
t) fundamentis ſtructuræ V.
71. Lamr, *loco ſuo*. Ibid.
u) arduus V. *ſic* & C.
72. MSS: *arduus*, Ibid.
x) cognoſcis, poſt. V. *at MS.* C. *cognoſces* &c.
73. MSS. *venturum*. Ibid.

VI. Poſt puſillum vero video multitudinem virorum magnam venientem, & in medio eorum ita excelſum virum, ut magnitudine ſua ipſam turrim ſuperaret: & circa eum ſex illos quos in ædificatione imperare videram, & eos omnes qui ædificaverunt turrim illam, & præterea alios quamplures 74 dignitate ſplendidos viros. Virgines vero illæ quæ cuſtodiebant turrim illam, adcurrerunt, 75 & oſculatæ ſunt eum, & prope eum cœperunt ambulare. Ille autem tam diligenter conſiderabat ſtructuram illam, ut ſingulos lapides 76 contrectaret: quin etiam ſingulos virga, quam in manu tenebat, feriebat. Ex quibus qui-

74. MSS. *dignitoſus.*) Ex multis indiciis intelligere eſt Anglicanos Codices, quorum variæ lectiones ſub paginis hujus Editionis leguntur, meliores eſſe iis ex quibus expreſſæ ſunt vulgatæ Hermæ editiones. Sed duo ſunt potiſſimum, ex quibus hoc colligere liceat. Alterum etſi voces bene Latinas, ſed ſæculis barbariis minus uſurpatas, in iis comparere, quæ innotiores ſequiori ævo mutatæ leguntur in aliis Codicibus. Alterum, alias voces barbaras quidem illas; ſed ante aliquot ſæcula non amplius uſitatas, in iis occurrere, quæ non leguntur in Editionibus. Hujus generis eſt vox *dignitoſus*, non ævi quidem Ciceroniani, ſed nec infimi. *Veteres Gloſſæ: Dignitoſus*, ἀξιωματικός. Vide & ſupra ad Cap. III. At Ciceroniani temporis eſt vox *diſputare*, pro eo quod eſt agere de re quapiam, quæ legitur in memoratis Codicibus Anglicanis, & paſſim mutata eſt in *cogitare*; quod exſcriptores non intelligerent eam vocem alio ſenſu, quam altercandi. Vide ad Similitudinem ſecundam hujus libri tertii. Plura exempla poſſent afferri, ſed ſtudioſum Lectorem monuiſſe ſatis erit. CLER.

75. Lam. *oſculari eum.* OXON.

76. MSS. *pertractaret.* Ibid.

quidam, cum eſſent percuſſi, nigri fiebant velut fuligo; quidam autem tamquam ſcabri; quidam ſciſſuras habentes; quidam curti; quidam nec nigri, nec albi, quidam aſperi, nec cum cæteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hæ ſunt varietates lapidum illorum, qvi in ſtructura illa non 77 idonei reperti ſunt. Juſſit eos Dominus omnes de turri deponi, & juxta eam relinqui; & alios lapides afferri, & loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum qui ædificabant, ex quo monte vellet afferri, & reponi in locum ejectorum? De montibus quidem vetuit afferri; ſed ex campo quodam, qui prope erat, juſſit 78 afferri. Foderunt enim campum illum, & invenerunt lapides ſplendidos, qvadratos: quosdam vero etiam rotundos: quicumque autem erant in illo campo, omnes allati ſunt, & per portam 79 transportati à virginibus illis: & qui ex eis quadrati erant, formati ſunt, & poſiti in locum ejectorum: at vero qui rotundi, non ſunt adjecti in ſtructuram; quoniam 80 duri erant, & longum eſſe videbatur, circumcidere eos; ſed poſiti ſunt circa turrim, tamquam futurum eſſet, ut circumciderentur, & in ſtructuram 81 mitterentur; valde enim ſplendidi erant. VII. Hæc

77. MSS. *boni*. Ibid.
78. MSS. *apportari*. Ibid.
79. Lam. *tranſlati*. Ibid.
80. Lam. *& durum erat*. Ibid.
81. MSS. *irent*. ibid.

VII. Hæc cum vidiſſet Vir ille 82 dignitate præcipuus, & Dominus totius turris, vocavit hunc Paſtorem, & tradidit ei lapides qui reprobati erant, & poſiti circa turrim; & ait ad illum: Communda diligenter lapides hos, & 83 apta in ſtructuram turris, ut cum cæteris poſſint convenire; eos autem qui non conveniunt, longe à turri projicies. Hæc cum præcepiſſet ei, cum omnibus, cum quibus venerat ad turrim, abiit. Virgines autem illæ ſteterunt circa turrim, cuſtodientes eam. Et dixi ad Paſtorem illum: Quonammodo poſſunt lapides hi in ſtructuram hujus turris, cum reprobati ſint, redire? Et dixit mihi: Ego de lapidibus iſtis majorem partem circumcidi, & adjiciam in ſtructuram, & convenient cum cæteris. Et dixi: Quo modo, Domine, poſſunt circumciſi eumdem locum 84 implere? Quicumque, inquit, minores inventi fuerint, in mediam ſtructuram ibunt; majores vero, deforis ponentur, & continebunt eos. Hæc cum dixiſſet mihi: Eamus, inquit, & poſt triduum revertamur, & emundatos hos lapides in ſtructuram adjiciam: Ea enim quæ ſunt circa turrim, commundari debent omnia; ne forte ſubito paterfamilias ſuperveniat, & immunda ea quæ circa turrim ſunt inveniat, & ita 85 aspernetur, & hi lapi-

82. MSS. *dignitoſus*. OXON.
83. Lam. *pone in ſtructura*. Ibid.
84. MSS. *explere*. Ibid.
85. MSS. *exaſperetur*. Ibid.

lapides non mittantur in ſtructuram turris hujus, & ego negligens 86 paterfamilias videar eſſe. Poſt triduum autem, cum veniſſemus ad eamdem turrim, ait mihi: Conſideremus hos lapides omnes, & videamus qui ex eis poſſint in ſtructuram 87 ire. Dico ei: Conſideremus, Domine.

VIII. Primum omnium cœpimus conſiderare eos, qui nigri fuerant. Qvales enim à ſtructura depoſiti fuerant, tales ſunt reperti. Juſſit eos à turri moveri, & ſeorſum 88 reponi. Deinde conſideravit eos qvi ſcabroſi fuerant: & multos ex eis circumcidi juſſit, & per Virgines eos in ſtructuram turris aptari. Illæ autem, ſublatos eos aptaverunt in media ſtructura: reliqvos autem juſſit cum illis nigris reponi; nam & hi evaſerunt nigri. Deinde conſiderabat eos qvi ſciſſuras habebant: & ex illis multos circumcidi juſſit, & per illas virgines adjici in ſtructuram. Hi deforis poſiti ſunt, 89 quoniam integri inventi ſunt: reliqvi autem propter multitudinem ſciſſurarum non potuerunt afformari; propterea projecti ſunt ab ædificatione turris. Deinde conſiderabat eos qvi curti facti erant: multi ex illis ſciſſuras habebant, & nigri evaſerant; alii vero ſciſſuras ma-

86. *Negligens paterfamilias.*) Forte *patri familias*. COTELERIUS.

87. Lam. *convenire*. Ibid.

88 Lam *poni*. Ibid.

89. Lam. *quoniam*. Alii *qui*. Ibid.

magnas habebant, quos juſſit apponi cum illis qvi rejecti erant, reliquos autem commundatos, & afformatos adjici juſſit in ſtructuram; qvos ſublatos virgines illæ in media ſtructura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde conſiderabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti: & multi ex illis nigri inventi ſunt. Juſſit & hos transferri ad illos qui rejecti erant: reliqui vero toti candidi inventi ſunt; & hi ſublati ſunt à Virginibus, & aptati in eadem turri; exteriores autem poſiti ſunt y) qui integri inventi ſunt, ita ut poſſent continere eos qvi in medio conſtructi erant: nihil enim eis reciſum eſt. Deinde conſiderabat eos qui duri & aſperi fuerunt: pauci ex his z) adjecti ſunt, qvoniam non poterant circumcidi: valde enim duri reperti ſunt: reliqvi autem 90 formati ſunt, & in media ſtructura à Virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde conſiderabat illos qui maculas habebant: & ex eis pauci reperti ſunt nigri; & hi ad cæteros adjecti ſunt: qui vero ſuperfuerant, candidi & integri inventi ſunt; & hi à Virginibus in ſtructuram aptati ſunt, & deforis poſiti, propter fortitudinem ſuam.

IX. Venit 91. deinde ut conſideraret eos lapides, qui candidi & rotundi erant, & ait mihi:

y) quoniam V. *Sic & MS. C.*

z) abjecti V *Sic & MS. C. & Lamb.*

90. MSS. *deformati.* XON.

91. Lam. *deinde conſiderare.* Ibid.

mihi: Qvid faciemus de his lapidibus? Et ego dixi: Domine, neſcio. Nihil ergo, inquit, excogitas de his? Ego, inquam, artem hanc non novi, nec lapidarius ſum, nec poſſum intelligere quidqvam. Et dixit: Non vides eos valde rotundos eſſe? Qvod ſi voluero eos qvadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum eſt: ſed neceſſe eſt aliquos ex his in ſtructuram turris 92 tranſire. Et dixi: Si neceſſe eſt, qvid igitur 93 te implicas, & non elegis, ſi qvos habes eligere, & aptas in ſtructuram illam? Et elegit qvos vidit maximos & ſplendidiſſimos, & 94 afformavit eos: qvos ſublatos, virgines illæ in exterioribus partibus ſtructuræ poſuerunt: reliqvi vero qui ſuperfuerunt, repoſiti ſunt in eumdem campum unde ſumpti erant; abjecti vero non ſunt; Qvoniam, inquit, adhuc exiguum deeſt huic turri quop ædificandum erit; & forſitan vult Dominus hoc lapides aptari in ea ſtructura, 95 qvia valde candidi ſunt.

92. MSS. *ire*. Ibid.

93. Bod *triſtaris*. Ibid.

94. Lam. *deformavit*.) Hæc recta eſt lectio, non inepta & inſinuata vox *afformare* Sic & ſupra Cap. VIII. *deformati* perperam mutatum in *formati*. Nimirum exſcriptores exiſtimarunt *deformare* eſſe tantum deformem & turpem reddere, cum ſit etiam ſimpliciter *mutare formam* in qvamvis aliam. *Veteres Gloſſæ: deformo*, μεταμορφῶ, μετατυπῶ. *Deformo* (ſic legendum) [illegible] quæ ſignificatio optime hic convenit, ubi forma rotunda lapidum reſectione in quadratam mutatur. CLER.

95. Lam. *quæ valde candida eſt*. OXON.

ſunt. Vocatæ ſunt deinde mulieres ſpecioſiſſimæ duodecim, nigra veſte veſtitæ, incinctæ, & exertis humeris, 96 capilliſque ſolutis. Videbantur autem mihi hæ mulieres agreſtes eſſe. Et juſſit eas Paſtor ille tollere lapides illos qui de ſtructura 97 ejecti erant, & eos referri in montes unde ablati fuerant. Et illæ gaudentes ſuſtulerunt omnes, ac reportaverunt eos unde extracti fuerant. Poſtquam autem nullus lapis circa turrim jaceret: ait mihi: Circumeamus hanc turrim, & videamus, 98 numquid aliquid deſit illi. Cœpimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter ædificatam, cœpit valde hilaris eſſe; ita enim decenter ædificata fuerat, ut qui vidiſſet, concupiſceret ſtructuram ejus: qvoniam (a) qvaſi de uno lapide videbatur eſſe, nec usqvam commiſſura apparebat, ſed ex petra 99 una videbatur exſculpta.

X. Ego autem 1 hujuſmodi turrim attentè conſiderans, valde lætabar. Et ait mihi: Affer calcem, & teſtas minutas, ut formas eorum lapidum, qvi ſublati ſunt de 2 ſtructura, & iterum repoſiti, expleam; ea enim qvæ

96. MSS. *capillis vero diſſolutis*: OXON.

97. Lam. leg. *abjecti erant*, & omittit omnia quæ ſequuntur usque ad *Poſtquam autem*. Ibid.

98. MSS. *nequid*. Ibid.

a) In Origen's Philocalia, c. 9.

99. Lam. *illa* OXON

1. MSS. *ejusmodi conſiderans bene, valde lætus eram*. Ibid.

2. Lam. *ſtructura, repoſitas expleam*. Ibid.

quæ circa turrim ſunt, omnia æquari debent. Et feci ſicut juſſit mihi, & attuli ad eum. Et ait mihi: Præſto adſis mihi, inquit, & citò hoc opus perficietur. Complevit ergo formas illorum lapidum, & juſſit locum mundari circa turrim. Tunc virgines illæ apprehenderunt ſcopas, & mundaverunt totum, & ſuſtulerunt 3 excrementa, & ſparſerunt aquam: quo completo, factus eſt locus 4 delectabilis & turris decora. Ait deinde mihi: Omnia commundata ſunt: ſi venerit Dominus hanc turrim conſummare, nihil inveniet quod de nobis queratur. Hæc cum dixiſſet, volebat abire. At ego apprehendi peram ejus, & cœpi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia quæ oſtenderat, 5 explicaret. Ait mihi: Habeo modicam occupationem; at omnia tibi explicabo: exſpecta autem me hic, dum venio. Dico ei: Domine, quid hic ſolus faciam? Reſpondit: Non es ſolus; omnes enim Virgines tecum ſunt. Et dixi: Trade me, Domine, ergo eis. At ille vocavit illas; & dixit eis: Commendo vobis hunc, donec venio. Remanſi igitur cum virginibus illis. Illæ autem hilares erant, & affabiles mihi, præcipuè tamen quatuor, quæ cæteras præcedebant dignitate.

XI. Dicunt mihi deinde virgines illæ: Hodie Paſtor ille huc venturus non eſt. Et

3. MSS. *ſtercus.* Ibid.
4. mSS. *hilaris.* Ibid.
5. Ed. *exſolverit*, ut ſæpe. Ibid.

dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Uſque in veſperam exſpecta eum, ſi 6 forſan venerit, & loquetur tecum: ſin minùs, nobiſcum, dum veniat, manebis. Dixi eis: Exſpectabo eum uſque ad veſperam,: quòd ſi non venerit, domum ibo, & revertar manè. Reſponderunt mihi: Nobis 7 aſſignatus es, non potes 8 recedere a nobis. Et dixi: Ubi manebo? Dicunt mihi: Nobiſcum dormies, ut frater, non ut maritus: frater enim noſter es, & de cætero tecum 9 habitare páratæ ſumus: valde enim carum te habemus. Ego autem erubeſcebam cum eis 10 manere. Ea verò quæ ex illis prima eſſe videbatur, amplexata me eſt, & oſculari me cœpit. Cæteræ verò cùm vidiſſent me 11 amplexari ab illa, & ipſæ cœperunt me ut fratrem oſculari, & 12 ducere circa turrim, & ludere mecum. Quædam autem ex illis pſalmos canebant, quædam choros ducebant. Ego autem circa eam turrim in ſilentio lætus cum eis ambulabam, & videbar mihi junior factus eſſe. Poſtquam verò veſpera eſſe cœpit, domum re-

6. MSS. *venerit forſitan loquetur.* OXON.
7. MSS. *conſignatus.* Ibid.
8. MSS. *diſcedere.* Ibid.
9. Bod. *habitatura ſumus.* Ibid.
10. Lam. *habitare.* Ibid.
11. MSS. *amplexum.* Ibid.
12. MSS. *ducebant,* & mox, *ludebant.* Ibid.

13 repentè abire volebam; illæ autem retinuerunt me, & non permiſerunt abire: Manſi ergo illa nocte cum eis 14 juxta eamdem turrim. Straverunt autem tunicas ſuas linteas in terram, & me in in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, niſi quòd orabant. Sed & ego cum illis ſine intermiſſione orabam, neque minùs quàm illæ. Quæ cùm me ſic orantem vidiſſent, ingens gaudium perceperunt, & cum eis illic fui, uſque ad diem poſterum. Et cùm adoraſſemus Dominum, tunc venit Paſtor ille, & ait ad illas: 15 Nullam ei feciſtis injuriam? Et dixi ei: Domine, 16 magna voluptas me cepit, quód manſi cum eis. Et dixit mihi: Quid cœnaſti? Et dixi: Cœnavi, Domine, totâ nocte verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt? Et dixi: Bene, Domine. Numquid vis nunc audire? Et dixi; Volo, Domine: & primùm, ſicut te interrogavero, rogo ut ſic mihi demonſtres. Quemadmodum vis, inquit, ſic tibi rem explanabo, nec quidquam te celabo.

XII. Primùm omnium, Domine, inquam, hoc mihi demonſtra. Petra hæc, & porta quid ſunt? Audi, inquit: 17 Petra hæc, & por-

13. MSS. deeſt, *repente.* Ibid.
14. Laur. *ad eam turrim.* Ibid.
15. MSS. *ne forte feciſtis.* Ibid.
16. MSS. *magnam voluptatem percepi.* Ibid.
17. Sic in ſacris literis, Dominus *Petra* & *Janua* dicitur. Ibid.

& porta, Filius Dei eſt. Quonam pacto, inquam, Domine, petra vetus eſt, porta autem nova? Audi, inquit, inſipiens, & intellige. Filius quidem Dei omni creaturâ antiquior
eſt, ita ut in conſilio Patri ſuo adfuerit 18
ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova eſt, quià in couſummatione in novisſimis diebus b) apparebit, ut qui aſſecuturi ſunt ſalutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidiſti, inquit, lapides illos, qui per
portam translati ſunt in ſtructuram turris 19
collocatos, eos verò qui nón erant translati per portam, abjectos in locum ſuum? Et dixi: Vidi, Domine. Sic, inquit, nemo intrabit in regnum Dei, niſi qui acceperit nomen Filii Dei. Si enim civitatem aliquam volueris intrare, & civitas illa cincta ſit muro, & unam habeat tantummodo portam; numquid poteris alia intrare civitatem illam, niſi per portam quam habet? Et quonam modo, inquam, Domine, aliter fieri poteſt? Sicut ergo, inquit, in illam urbem non poteſt intrari, quam per portam ejus: ita nec in regnum Dei poteſt
20 aliter intrari, niſi per nomen Filii ejus, qui eſt ei cariſſimus. Et dixit mihi: Vidiſti turbam eorum qui ædificabant turrim illam? Vidi, inquam, Domine. Et dixit: Illi omnes

Nun-

18 Lam. *conſtituendo*, Bod. *conſtituendi*. OXON.
b) Apparuit. *Sic & MS. C. & Angl.*
19. Lam. *collatos*. Ibid.
20. Lam. *aliquis intrare*. Ibid.

Nuncii ſunt [21] dignitate venerandi. His igitur veluti muro cinctus eſt Dominus. Porta vero Filius Dei eſt, * qui ſolus eſt acceſſus ad Deum. Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, niſi per Filium ejus. Vidiſti, inquit, illos ſex viros, & in medio [22] præcelſum virum illum ac magnum, qui circa turrim ambulavit, & lapides de ſtructura [23] reprobavit? Vidi, inquam, Domine. Ille, inquit, [24] præcelſus, Filius Dei eſt: & illi, ſex Nuncii ſunt [25] dignitate conſpicui, dextra, lævaque eum [26] circumſtantes. Ex his, inquit [27] excellentibus Nunciis, nemo ſine eo intrabit ad Deum. Et dixit: Quicumque ergo nomen ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.

XIII. Et dixi: Quid eſt deinde hæc turris? Hæc, inquit, Eccleſia eſt. Et virgines hæ quæ ſunt, Domine? Et dixit mihi: [28] Hæ, inquit, ſpiritus ſancti ſunt: non aliter enim homo poteſt in regnum Dei intrare, niſi hæ induerint eum veſte ſua. Etenim nihil proderit tibi, accipere nomen Filii Dei, niſi

21. MSS. *dignitoſi*. Ibid. * Joh. X. 9.
22. MSS. *honeſtum virum atque magnum*. Ibid.
23. Lam. *portavit*. Ibid.
24. MSS. *honeſtus*. Ibid.
25. MSS. *dignitoſi*. Ibid.
26. MSS. *continentes*. Ibid.
27. MSS. *dignitoſis*. Ibid.
28. Spiritus ſanctus reſpectu multiplicum donorum ſuorum per plures virgines repræſentatur; tamen *unus* ſtatim dicitur. OXON.

etiam & veſtem earum acceperis ab eis. Hæ namque virgines, poteſtates ſunt Filii Dei. Ita fruſtra nomen portabit quis, niſi etiam poteſtates ejus 29 portaverit. Et dixit mihi: Vidiſti lapides illos qui abjecti ſunt? Illi enim nomen quidem 30 portarunt, veſtem autem illarum non induerunt. Et dixi: Quæ eſt veſtis earum, Domine? Iſpa, inquit, nomina, veſtis earum eſt. Qvicumque ergo, inquit, 31 nomen Filii Dei portat, harum quoque nomina portare debet: nam & 32 Filius c) nomina portat earum. Quoscumque, inquit, lapides vidiſti in ſtructura remanſiſſe, per manus harum traditos, earum poteſtate veſtiti ſunt. Ideoque d) totam turrim 33 concordem vides cum petra, & velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii qui crediderunt Deo per Filium ejus, induti ſunt ſpiritum hunc. Ecce unus erit ſpiritus, & unum corpus, & unus 34 color veſtium eorum: ſed & illi aſſequentur iſta, qui 35 portaverint nomina virginum

29. MSS. *induerint*, OXON.
30. MSS. *tulerunt* Ibid.
31 Lam. *ipſum*, *inquit*, *nomen*: Ibid.
32. De nomine Filii Dei ab electis geſtato, vid. Apoc. 2: 17. 3: 12. 14. 1. & de veſte nuptiali, Matth. 22: 11. Porro Apoſtolus Paulus jubet *Chriſtum induere*, Rom. 13, 14. Ibid.
c) Ed. aliæ addunt *Dei*.
d) Vid. Orig. Philoc c. 8.
33. Bod. *conſimilem*. Cot. *concordem*. Lam. *concolorem*. Ibid.
34. Lam. *odor veſtium earum*. Ibid.
35. MSS. *tulerunt*. Ibid.

ginum harum. Et dixi: Quare ergo, Domine, abjecti ſunt lapides qui reprobati fuerunt, cum & ipſi per portam tanslati fuerint, & traditi per manus virginum harum, in ſtructuram turris hujus? Quoniam, inquit, cura tibi eſt, omnia diligenter inquirere; audi de iis lapidibus, qui abjecti ſunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, ſed & poteſtatem virginum harum. His ergo ſpiritibus acceptis conſummati fuerunt, & in numero ſervorum Dei redacti, & unum corpus eorum eſſe cœpit, atque una veſtis: eamdem enim ſentiebant æquitatem, quam pariter exercebant. At vero poſtquam viderunt mulieres illas, quas advertiſti nigra veſte veſtitas, exertis humeris, * & 36 ſolutis crinibus; 37 concupiverunt ſollicitare illas, ob pulcritudinem earum; & induti ſunt poteſtate earum, Virginum vero projecerunt 38 amictum. Hi igitur abjecti ſunt à domo Dei, & traditi mulieribus illis. At hi qui non ſunt corrupti pulcritudine earum, in domo Dei remanſerunt. Habes, inquit, horum lapidum qui abjecti ſunt, explicationem.

XIV. Et dixi: Si ergo, Domine, hominum qui hujusmodi ſunt, egerint pœnitentiam, & abjecerint cupiditatem mulierum illarum, & converſi redierint ad Virgines, & ea-

* Supra, pag. 980 36. Lam. *diſſolutis*. Ibid.
37. MSS. *concupierunt enim eas, ſollicitati pulcritudine*.
38. Lam. *amicitiam*. Ibid.

rum poteſtatem induerint; nonne intrabunt in domum Dei? Intrabunt, inquit, ſi abjecerint omnia opera mulierum illarum, & harum virginum reſumpſerint poteſtatem, & in operibus earum ambulaverint: & ideo intermisſio facta eſt ſtruendi, ut ſi hi egerint pœnitentiam, adjiciantur in ſtructuram turris: ſi autem non egerint pœnitentiam, alii ſtruantur loco eorum; & illi tunc abjicientur in
39 toto. Ad hæc omnia gratias egi Domino, quod in omnes, in quibus invocatum eſt nomen ejus, motus clementia, miſerit præſidem Nuncium pœnitentiæ ad nos, qui deliquimus ei: & quod renovaverit ſpiritus noſtros jam certe deficientes, neque habentes ſpem ſalutis, nunc vero e) recreat ad reintegrationem vitæ, Et dixi: Nunc, Domine, demonſtra mihi, quare non in terra ædificatur hæc turris, ſed ſupra petram, & portam. Quoniam, inquit, inſipiens & ſine intellectu es; ideo interrogas. Et dixi: Neceſſe habeo, Domine, omnia te interrogare; quoniam nihil omnino intelligo: reſponſa enim omnia, magna & præclara ſunt, & quæ homines vix intelligere poſſunt. Audi, inquit; Nomen Filii Dei, magnum & immenſum eſt, & totus ab eo ſuſtentatur orbis. Si ergo, inquam, omnis Dei creatura per Filium ejus ſuſtentatur; cur non & eos ſuſtinet, qui invita-

39. Lam. *totum.* OXON.

e) Recreatos. V. *Sic & MSS. Angl.*

vitati ſunt ab eo, & nomen ejus ferunt, & in præceptis ejus ambulant? Nonne etiam vides, inquit, quod ſuſtinet eos, qui ex totis præcordiis portant nomen ejus? Ipſe igitur fundamentum eſt eorum; & libenter portat eos 40 qui non negant nomen ejus, ſed libenter ſuſtinent illum.

XV. Et dixi: Demonſtra mihi, Domine, nomina virginum harum, & mulierum illarum quæ nigra veſte ſunt 41 indutæ. Audi, inquit, nomina virginum quæ potentiores ſunt, quæ obtinuerunt angulos portæ: hæc f) ſunt: Prima vocatur Fides; ſecunda Abſtinentia; tertia Poteſtas; quarta Patientia: cæteræ autem quæ 42 infra has conſiſtunt, his nominibus vocantur: Simplicitas, Innocentia, Caſtitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Charitas. Quicumque itaque portant hæc nomina, & nomen Filii Dei; in regnum Dei poterunt intrare. Audi nunc mulierum nomina, quæ nigra veſte veſtitæ ſunt: g) & his quatuor potentiores ſunt: quarum prima Perfidia; ſecunda Intemperantia; tertia Incredulitas; quarta 43 Volup-

40. Lam. *quoniam.* Ibid.
41. MSS. *veſtita*, ut infra. Ibid.
f) Sunt nomina earum. V. *Sic & MS.* C. Vid. Origenes Hom. 13. in Ezech. Vita S. Genovefæ, cap. 4. Auctor Operis imperfecti in Matth. ad c. 19. v. 28.
42. Lam. *inter has conſiſterunt.* Ibid.
g) ex V.
43. MSS. *dulcedo.* Ibid.

tas nominatur. Sequentes vero harum, ſic nominantur: Triſtitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium: hos Spiritus, qui portat Dei ſervus, regnum Dei videbit quidem, ſed non intrabit in illud. Lapides vero illi, Domine, qui de profundo in ſtructura aptati ſunt; qui ſunt? Decem, inquit, qui in fundamentis collocati ſunt; primum ſæculum eſt: ſequentes viginti quinque, ſecundum ſæculum eſt juſtorum h) virorum. Illi autem i) triginta, Prophetæ Domini, ac miniſtri ſunt: quadraginta vero, Apoſtoli & doctores ſunt prædicationis Filii Dei. Et dixi: Cur ergo, Domine, virgines illæ, etiam hos lapides in ſtructuram turris porrexerunt, translatos per portam? Et dixit: Hi enim primi ſpiritus illos portaverunt, & omnino alius ab alio non receſſerunt, nec ſpiritus ab hominibus, nec homines à ſpiritibus; ſed juncti fuerunt hi ſpiritus eis k) usque ad diem quietis: qui niſi hos ſpiritus ſecum habuiſſent, non fuiſſent utiles ſtructuræ turris hujus.

XVI. Et dixi: Etiam nunc, Domine, demonſtra mihi. Quid quæris? inquit. Quare, inquam, de profundo hi lapides aſcenderunt, & poſiti ſunt in ſtructuram turris hujus; cum jam pridem portaverint ſpiritus juſtos?

44 Ne-

h) vivorum. V.
i) Triginta quinque. *MS. C.*
k) Addunt *hominibus* MSS. Anglic.

44 Neceſſe eſt, inquit, ut per aquam habeant aſcendere, ut requieſcant. Non poterant enim aliter in regnum Dei intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitæ. Illi igitur

44. *Neceſſe eſt ut per aquam habeant aſcendere, &c.*) Quandoquidem lavatio corporibus competit, non animis, Noſter neceſſario intelligit Baptiſmum Metaphoricum & Myſticum, bona videlicet quæ in Baptiſmate à Deo conceduntur. Quod ergo dicit, iſtud eſt; Patriarchæ, Prophetæ, cæterique homines juſti, ante Chriſti adventum denati, cùm virtutibus abundâſſent, ad ingrediendum in regnum Dei indigebant ſolummodo ſigillo Filii Dei, ſeu Baptiſmate; (Baptiſma enim ita paſſim apud Patres appellatur, rationemque denominationis illius reddit Theologus Gregorius Orat. 40) hoc eſt, indulgentiâ Baptiſmali Quocirca Apoſtoli & doctores Evangeliſtæ, ipſi baptizati, prædicaverunt poſt mortem ſuam juſtis mortuis Baptiſmum ac fidem; deſcenderuntque cum illis in aquam; eo modo quo Philippus & Eunuchus Act. VIII. 38. deſcenderunt in aquam, ut hunc ille baptizaret; atque ex aqua aſcenderunt; cum hac differentia, quod Apoſtoli, utpote jam donati lavacro regenerationis, vivi deſcenderint & aſcenderint; juſti verò, quia Baptiſmi antea erant expertes, mortui deſcenderint, aſcenderint vivi. Hic mihi videtur ſenſus eſſe obcuriſſimi loci, atque à multis non intellecti.

Jam vero de Baptiſmo Apoſtolorum agunt Johannes Moſchus Novi Paradiſi cap. 176. ex Clementis Stromatei Hypotypoſibus, Tertullianus libro de Baptiſmo cap. 12. Anonymus Auctor Tractatus de non iterando Baptiſmate, publici juris factus à Rigaltio in Obſervationibus ad Cyprianum, p. 129. Pacianus Epiſt. 3. Auguſtinus Epiſt. 108. Euthymius ad Johannis III. 5. & Nicephorus Hiſt. lib. 2. cap. 3. Præterea eo ſpectat quod ad finem Codicis Regii 537. qui complectitur Catenam in quatuor Evangelia, loco Theodori Abucaræ impreſſo in Opuſculis illius num. 17. ſubjungitur;

Ἐρώ-

Ἐρώτησις.

Ἆρα ἐβαπτίσθησαν οἱ ἀπόστολοι ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὸ λεχθὲν Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ Κυρίου· Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι;

Ἀπόκρισις.

Οὐχί. ἀλλὰ τὸν λόγον ἐκάλεσε λουτρὸν ὁ κύριος. διὸ καὶ εἶπεν· Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε, διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν λέγει αὐτοῖς. Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

Interrogatio

An Apoſtoli in aqua ſancta fuerunt baptizati, quemadmodum nos; juxta illud quod Dominus dixit Petro; Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet? Joh. XIII. 10.

Reſponſio.

Nequaquam. Sed Dominus verbo doctrina dedit Lavacri nomen. Quocirca & dixit; (ibid. & XV. 3.) Jam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis; ſed non omnes. *Poſt reſurrectionem vero ait illis*; Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Act. I. 5.

Item quod Codice 2216. fol. 124. cernitur ſcriptum;

Περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ἐρευνήσαντες φιλοπονώτερον, πῶς καὶ παρὰ τίνος ἐβαπτίσθησαν οἱ ἀπόστολοι, εὕρομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου, καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ μνήμης ἄξια, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ταῦτα, περὶ ὧν δηλονότι καὶ ἐζητοῦμεν. ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς οἰκείαις

De ſanctorum Apoſtolorum Baptiſmo.

Cùm diligenter quæſivisſemus, quo modo & à quo Baptiſmum acceperint Apoſtoli, invenimus in libris ſancti Sophronii, cum alia quidem multa memorabilia, tum verò etiam hac, de quibus videlicet inveſtigabamus: Quod ſolum ſanctum Petrum Dominus Deuſque noſter Jeſus Chriſtus ſuis manibus baptizaverit; Petrus autem Andream, Andreas Jacobum & Johannem; Johannes verò

&

& Jacobus reliquos omnes Apoſtolos. Addit hoc quoque; Immaculatam Dominam noſtram Deiparam, matremque Vitæ noſtræ à Petro nec non & Theologo Johanne fuiſſe baptizatam,

χερσὶν ἐβάπτισε, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς πάντας ἀποστόλους φησὶ δὲ καὶ τοῦτο ὅτι τὴν παναχραντον δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον καὶ μητέρα τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ Πέτρος σὺν τῷ θεολόγῳ Ἰωάννῃ ἐβάπτισεν.

Vide Lambecium de Biblioth. Cæſarea Lib. III, MS 34. & 59. & MSS. 1296. 1374. Quibus ſimilia in Symeonis Magiſtri & Logothetæ Chronico, MS. 2363. fol 64. Codice verò 2004 hæc Hippolito Thebano tribuuntur: nec non Cod. MS. Cæſareo apud eruditiſſ. Lambecium Lib. 3. p. 46.

Puriſſima Dei genitrix à Petro & Johanne Apoſtolis baptizata fuit: hos autem ipſos baptizavit Chriſtus.

Ἡ παναγιος Θεοτόκος ἐβαπτίσθη παρὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἀποστόλων. αὐτοὺς δὲ τούτους ἐβάπτισεν ὁ Χριστός.

Quæ etiam citat Michael Glycas, libro poſteriore Operis εἰς τὰ ἄπορα τῆς γραφῆς. cap. 32. Exſtat id Opus MS. in Bibliotheca Thuana, compoſitumque eſt ex Orthodoxa Fide Johannis Damaſceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.

Quod autem attinet ad prædicationem Inferis illatam, vulgatiſſima quondam fuit ea opinio. Nam ut ſilentio obvolvam Marcionis nefandum dogma, aſſerens, teſtibus B. Irenæo lib. 1. cap. 29. & B Epiphanio Hæreſi 42. cap. 4. in Chriſti deſcenſu ad Inferos, ac inibi prædicatione, Cainum, Sodomitas, Gentiles, omneſque ſimiles illis improbos ſalutem conſecutos fuiſſe; Abelem autem, reliquoſque Patriarchas, Prophetas, & pios homines, ſalutis participes non exſtitiſſe. Ut quoque tacitus prætermittam errorem quorumdam, de omnium omnino liberatione tunc facta, memoratum in Philaſtrio Parte 3. Hereſi $\frac{121}{75}$. & poſt eum in Auguſtino Hæreſi 79. & Epiſt. 98. 99. in Gregorio Papa lib. 6. Epiſt. 15. ex quo emaculandus Philaſtrius, ſic;

Alii

Alii ſunt Hæretici, qui dicunt Dominum in Infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem etiam ibidem ſe nunciaſſe, ut confitentes ibidem ſalvarentur; & in Anonymo, ſub nomine Prædeſtinati per Sirmondum in lucem edito, Hæreſi 79. ubi Adecerditæ nuncupantur, Α'π-ἐκδῖται, propter lucrum ſalutis in Inferno. Quæ quæſtio hunc in modum proponitur à Gregorio Nazianzeno Orat. 42. pag. 693. ἁπλῶς σώζει πάντας ἐπιφανεὶς, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύοντας. *Utrum* Chriſtus *omnes ſine ulla exceptione adventu ſuo ſalvos fecerit, an illic quoque* in Inferno *eos duntaxat qui crediderunt*. Atque Nazianzeni locum reſpicit & ad credentes determinat Damaſcenus Oratione de fidelibus defunctis, ante medium; laudans vero Oecumenius in 1. Petri III. 18. minus bene, mea quidem ſententia, legit πιστεύσοντας, exponitque eos qui ita ſe præparaverant, ut ſi eorum tempore veniſſet Chriſtus, credituri fuiſſent. Ut denique verbum non faciam de falſa opinatione Clementis Alexandrini Strom. 2. & 6. (indeque Johannis Damaſceni ubi mox) quam ex Hermæ verbis fruſtra nititur approbare; Quod quando prædicatum fuit Inferorum habitatoribus, Gentilium ii qui ex philoſophia juſte vixerant, per fidem ac pœnitentiam ſalutem adepti fuerint; unde originem ſumpſit fabula ſalvati Platonis, quia Chriſto Inferna loca inviſente, nemo ante illum Philoſophum ad fidem acceſſerit; relata ab Anaſtaſio Antiocheno Quæſt. CXI. & à Niceta ad locum citatum Gregorii Theologi. Præter hæc, inquam; prædicatio Johannis Baptiſtæ ad animas Infernali carcere concluſas, illic quoque præcurſorem agentis, auctoritate nititur Origenis, Homil. 4 in Lucam, & ad Johannis I. 39. *Venite & videte*; Hippolyti, de Anti-Chriſto, Tractatu paucis abhinc annis per Marquardum Gudium hic Lutetiæ Pariſiorum publicato, pag. 62. 63. Gregorii Nazianzeni, Oratione 20 pag. 369. Hieronymi, Epiſtolæ 151. Quæſtione 1. & ad Matthæi XI. 3. Epiphani cujuſdam, vel alterius hominis, Oratione in ſepulcrum Chriſti, Tom 2. ſancti Epiphanii Operum p. 268. Anaſtaſii, Quæſtione ſupra citata CXI & Nicephori, Hiſtoriæ lib. . cap 19. 21 Sed & nonnihil ſimile in Moyſe ac Elia ſuſpicatur Origenes Tom. 12. in Matthæum, ad cap. 17. verſ. 8. i ex Chriſtum autem Evangelium

gelium prædicatum fuiſſe Inferis, à quo non dictum? à quo ex Petri Apoſtoli ſermone, Epiſt. 1. cap. 3. verſ. 19. 20. & c. 4. verſ. 6 non collectum? Quinetiam ad omnes ſolosque eos ex mortuis pertinuiſſe prædicationem & ſalutem, qui dum viverent, crediderant in Chriſtum venturum, virtutique operam navaverant, doctrina quoque eſt multorum. Illam tuetur S. Irenæus lib. 4. cap. 45. locumque Propheticum eo facientem adducit lib. 3. cap. 23. lib. 4. cap. 39 56. 66. & lib 5. cap. 31. quem textum Juſtinus Martyr in Dialogo p. 298 ait à Judæis ex Jeremia fuiſſe ſublatum. Nec diſſentiunt Origenes ad Johannis l. 39. Philaſtrius & Gregorius jam laudati, Oecumenius in cap. 3. & 4. prioris Epiſtolæ Petri. Hippolytus, aliique. Verum aliter non pauci; Fauſtum nempe adventus Dominici nuncium cunctis fuiſſe apportatum; quo crederent, ſicque ab Inferno ad cœlum transferrentur, quicumque vellent. Ita Jobius Monachus lib. 9. de Incarnatione cap. 38. in Codice 222. Photianæ Bibliothecæ. Ita illi ad quos Papa Gregorius ſcribit Epiſtolam 15. libri 6. Adeo ut; à Niceta dicitur ad Gregorium Nazianzenum; in terra homines per fidem & bona opera ſalvi fiant, in Inferno autem per ſolam fidem ſervati ſint: quod diſertè confutat Gregorii magni Epiſtola. At Origenes lib. 2. contra Celſum p. 87. ad Chriſtum converſos putat, aut qui voluerunt, aut quos aptiores ille judicavit. Auguſtinus vero Epiſt. 99 & lib. 12 de Geneſi ad litteram, affirmat ſolutos per Chriſtum ac liberatos fuiſſe à doloribus & tormentis Inferni nonnullos, quos nempe voluit, dignosque cenſuit eo beneficio.

Denique defunctos Apoſtolos hominibus æthere caſſis Chriſtianam Religionem ſuaſiſſe, cum Herma, & ex Herma docet Clemens Στρωμ. 2. & 6. qui eò propendet ut ſentiat, Hebræis quidem Chriſtum, Gentilibus vere Apoſtolos annunciaſſe Evangelium. Pejusq; magiſtro diſcipulus Origenes conjectat, in Roman. XI. 13. quaſi Paulus poſt exitum ſuum futurus eſſet non ſolum Gentium Apoſtolus, ſed & Iſraëlitarum, & aliorum fortaſſis inviſibilium. Hæc de Inferna prædicatione. Quamquam non deſunt qui in totum negent.

Ut

igitur defuncti, ſigillo Filii Dei ſignati ſunt, & intraverunt in regnum Dei. Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti deſtinatus eſt: at 45 ubi accipit illud ſigillum, liberatur à morte, & traditur vitæ. Illud autem ſigillum aqua eſt, in quam deſcendunt homines morti obligati, aſcendunt vero vitæ aſſignati: & illis igitur prædicatum eſt illud ſigillum; & uſi ſunt eo, ut intrarent in regnum Dei. Et dixi: Quare ergo Domine, illi quadraginta lapides aſcenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud ſigillum? Et dixit: Quoniam hi Apoſtoli & doctores, qui prædicaverunt nomen Filii Dei, cum, habentes fidem ejus & poteſtatem, defuncti eſſent, prædicaverunt 1) his qui ante obierunt, & ipſi dede-

runt

Ut Beda ad 1. Petr. III. Quo loci rejicit S. Hilarii Enarrationem verſus 82 Pſalmi CXVIII. ſuppreſſo tamen illius nomine. Ac ſuper ea re legi debet Epiſtola B. Auguſtini 99. nec non Commentariolus Primæ Petri, Clementi Alexandrino tributus. Prætericram pæne, quam minime prætericam velim, admirabilem plane rationem Baptiſmatis vita functis collati, ex mente Theodori Abucaræ in 17. Opuſculo (sad quæſtionem, Quomodo cum Chriſtus dixerit neminem poſſe introire in regnum cœlorum, niſi natum ex aqua & Spiritu. juſti tamen ante adventum Dominicum mortui, nec baptizati, in illud ingrediantur; reſpondet, & Chriſtum pro illis tinctum fuiſſe, & ipſos corporale Baptiſma accepiſſe. quoniam quæ ex latere divino profluit aqua, dum in elementa reſolvitur, ſanctos Salvatori ad Inferos advenienti credentes ac in elementa quoque reſolutos baptizavit; incredulis autem, utpote viriditatis, vitæque nihil retinentibus, nequaquam profuit. COT.

45 Lam *ubi ceperit hoc ſigillum, liberatus à morte traditur vita.* OXON.

1) Vide in Teſtimoniis Vet. locum Clem. Al. 2. Strom.

runt eis illud 46 ſignum. Deſcenderunt igitur in aqvam cum illis, & iterum aſcenderunt. Sed hi vivi m) aſcenderunt: at illi, qvi fuerunt ante defuncti, mortui quidem deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt Filium Dei: ideoque aſcenderunt cum eis, & convenerunt in ſtructuram turris: nec circumciſi, ſed integri ædificati ſunt: qvoniam æqvitate pleni, 47 cum ſumma caſtitate defuncti ſunt: ſed tantummodo hoc ſigillum defuerat eis.

Clemens Alexandrinus, Strom. 2. poſt initium; p. 379. C.

Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. Κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἀλλ' οὗτοι ζῶντες ἀνέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν. Ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν ἐζωοποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ

Et ipſi dederunt eis ſignum prædicationis. Deſcenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum aſcenderunt. Sed hi vivi deſcenderunt, & iterum vivi aſcenderunt: at illi, qui fuerunt ante defuncti, mortui deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt nomen Filii Dei: ideoque aſcenderunt cum

Sss eis

46. Bod. & Lam. *ſigillum*. Cot. *ſignum*. Ibid. m) *f.* deſcenderunt, & iterum vivi aſcenderunt.

47. Lam. *in*. Ibid.

eis, & conveneunt in ſtructuram turris; nec circumciſi; coædificati ſunt: in æquitate defuncti ſunt, & cum ſumma caſtitate: ſed tantummodo hoc ſigillum defuerat eis.

Θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν, καὶ συνηρμόσθησαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν. ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν, καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ. Μόνον δὲ τὴν σφραγῖδα ταύτην οὐκ εἶχον.

Idem, Strom. 6. ante medium; p. 638. C.

Et recte dictum eſt à Paſtore: Deſcenderunt igitur in aquam cum illis. Sed hi quidem, vivi deſcenderunt, & vivi aſcenderunt; at illi, qui fuerunt ante defuncti, mortui deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt.

Καὶ καλῶς εἴρηται τῷ Ποιμένι· Κατέβησαν οὖν αὐτῶν (l. μετ' αὐτῶν) εἰς τὸ ὕδωρ. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ζῶντες κατέβησαν, καὶ ζῶντες ἀνέβησαν. ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν.

Habes horum 48 explanationem.

XVII. Et dixi: Nunc iterum, Domine; & de montibus illis mihi demonſtra; quare varii, & alia, atque alia ſunt figura. Audi, inqvit: Hi duodecim montes qvos vides, 49 duo-

48. Cot. *explanationem.* Ibid.

49. Auctor operis imperfecti in Matth ad verſ. 28 cap. 19. dicit, *Quoniam Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus, ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus; ſecundum quaſdam proprietates animorum, &c.* Ibid.

duodecim ſunt gentes qvæ totum obtinent orbem. Prædicatus eſt ergo in eis Filius Dei, per eos quos ipſe ad illos miſit. Quare autem, inqvam, varii ſunt, & alia, atqve alia figura; Audi: Hæ duodecim gentes qvæ totum obtinent orbem, duodecim nationes ſunt. Et ſicut eos montes vidiſti varios; ita & hæ gentes. Senſus qvoque & actus uniuscujusque montis te docebo. Prius, inqvam, Domine, hoc mihi demonſtra: Cum ſint tam varii hi montes; qvonam pacto in ſtructuram hujus turris convenerint, unoqve redigantur colore, & non minus ſplendidi ſint, quam qvi aſcenderunt ex profundo? Qvoniam, inqvit, univerſæ nationes qvæ ſub cœlo ſunt, audierunt & crediderunt, n) & uno nomine, Filii Dei, o) vocati ſunt. Accepto igitur ejus ſigillo, eamdem omnes prudentiam, eumdemqve ſenſum acceperunt, & una fides atqve caritas eorum fuit, & Spiritus virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoqve ſtructura turris hujus concolor videbatur, & fulgebat usque ad ſolis claritatem. At vero poſtquam 50 ita ſenſerunt, unum corpus eorum cœpit eſſe omnium. Qvidam tamen ex eis maculaverunt ſe, & projecti ſunt de genere juſtorum, & iterum redierunt ad ſtatum priſtinum, atqve etiam deteriores 51 qvam prius evaſerunt.

n) in V. o) à quo vocati. V.

50. MSS. *inter ſe conſenſerunt* Ibid.

51. Lam. *pejores*. Bod. del. *quam prius*. Ibid.

XVIII. Qvo modo, inquam, Domine, deteriores, qvi cognoverunt Dominum; Et dixit: Is qvidem qui non novit Dominum; ſi neqviter vivit, manet 52 in eo neqvitiæ ſuæ pœna. At qvi novit Dominum, omnino abſtinere debet ab omni neqvitia, * & magis magisqve ſervire bonitati. Nonne ergo ille qvi bonitatem ſeqvi debebat, ſi neqvitiæ præferat partes, plus peccare videtur, qvam is qvi deliqvit ignorans Dei virtutem? Ideoqve, hi qvidem morti deſtinati ſunt: at vero hi qvi cognoverunt Dominum, atqve ejus mirabilia opera viderunt, ſi neqviter vivunt, 53 duplo amplius punientur, & ipſi morientur in ævum. Sicut ergo vidiſti, poſtqvam ejecti ſunt lapides de turri, qvi reprobati erant, traditi ſunt ſpiritibus perniciofis atqve ſævis: & ita purificatam turrim vidiſti, p) ut crederetur ex uno lapide eſſe tota: ita & Eccleſia Dei cum purificata fuerit, ejectis ex ea malis, atqve fictis, ſceleſtis & dubiis, & qvicumqve neqviter in ea ſe geſſerunt, ac variis neqvitiæ peccatorum generibus; erit unum corpus ejus, unus intellectus, unus ſenſus una fides, eademqve caritas: & tunc Filius Dei 54 lætabitur inter illos, & recipiet 55 volun-

52. Lam. *eum.* OXON. * 2. Timoth. II, 19.

53. Lam. *duplicius.* Ibid.

p) Origenes, Philoc. c. 8.

54. Lam. *laudabitur.* Ibid.

55. Bod. *voluntatem puram recepto populo ſuo.* Ibid.

luntate pura populum ſuum. Et dixi: Domine, magnifice & 56 honorifice ſe habent cuncta: nunc mihi demonſtra effectum & vim uniuscujusqve montis; ut omnis anima in Domino fidens, auditis his, honoret magnum ac mirabile & ſanctum nomen ejus. Audi, inqvit, q) veritatem horum montium; id eſt, duodecim gentium.

XIX. In primo monte nigro; qvi crediderunt, transfugæ ſunt, ac nefanda in Dominum loqventes, & proditores ſervorum Dei. Illis propoſita mors eſt, pœnitentia non eſt: ideoqve nigri ſunt, qvia genus eorum ſceleſtum eſt. De ſecundo vero monte r) glabroſo; ficti ſunt, qvi crediderunt; & doctores ſunt neqvitiæ: & hi proximi ſunt ſuperioribus, non habentes inter ſe fructum æqvitatis. Sicut enim mons eorum ſterilis eſt, ac ſine fructu; ita & hujusmodi homines, habent qvidem nomen, fide vero inanes ſunt, neqve eſt in eis ullus fructus veritatis. His tamen data eſt pœnitentia, ſi cito eam ſeqvuntur: ſin autem tardant, erunt & ipſi mortis priorum conſortes. Qvare, inquam, Domine, iis qvidem aditus eſt ad pœnitentiam, prioribus vero non eſt? Pæne enim eorum eadem ſunt admiſſa. Ideo, inqvit, eſt his per pœnitentiam regreſſus ad vitam, s) qvi nihil

56. Lam. *honeſte*. Ibid.

q) Varietaten V. *Sic & MS. C. & Angl.*

r) Scabroſo V.

s) Quia V. *Sic. & MS. C.*

in Dominum ſuum locuti ſunt nefandum; neqve proditores ſervorum Dei fuerunt; ſed per qvamdam 57 habendi cupiditatem feſellerunt homines, ducentes eos ſecundum 58 cupiditates peccantium: ideo dabunt qvamdam ejus rei pœnam; ſed 59 tamen iis propoſita eſt pœnitentia, t) qvia nihil in Dominum ſuum dixerunt nefandum.

XX. De tertio vero monte, qvi ſpinas & tribulos habebat; tales ſunt qui crediderunt, divites qvidam; qvidam autem plurimis obſtricti negotiis: tribuli enim divitiæ ſunt; *ſpinæ vero qui multis obligati ſunt negotiis. 60 Hi ergo qui plurimis obligati ſunt negotiis, variisqve rebus; non adjungunt ſe ſervis Dei; ſed aberrant; ab his negotiis 61 revocati, à qvibus ſuffocantur. Etiam & hi qvi divites ſunt, ipſi difficiles ſe ad 62 converſationem ſervorum Dei præbent; metuentes ne qvid poſcatur ab illis: hi ergo u) difficile in regnum Dei intrabunt. Sicut enim excalceatis pedibus, difficile in tribulis ambulatur: ſic & hujusmodi homines, difficile eſt in regnum Dei intrare. Sed & eis omnibus

57. MSS. *accipiendi*. Ibid.
58. MSS *deſideria*. Ibid.
59 *Lam*. *tormenti*. Ibid.
t) *Sic* V. pro *qui* & *MS*. C.
60 Angl *ii vero* Ibid.
61. MSS *vocati* Ibid
62. MSS. *converſionem*. Ibid.

*Matth. XIII. 22.
u) Matth. 19, 20.

bus datur ad pœnitentiam regreſſus, ſi tamen cito redierint ad illam; ut qvia prioribus diebus ceſſaverunt ab opere, repetito tempore aliqvid boni facere poſſint: acta igitur pœnitentia, ſi fecerint opera bonitatis, vivent; ſin autem in admiſſis ſuis permanſerint, tradentur mulieribus illis, quæ eis auferent vitam.

XXI. De qvarto vero monte habente 63 plurimam herbam; cujus ſuperior pars viridis erat, ipſæ vero radices aridæ, qvædam etiam à ſolis 64 ardore tactæ areſcebant, hujusmodi ſunt quidam dubii qvi crediderunt; & quidam alii, in labiis Dominum, non in corde ferentes. Ideoque aridæ ſunt; & nullum fundamentum habentes herbæ eorum: verbis enim tantummodo vivunt; opera vero eorum mortua ſunt. Hi ergo nec mortui ſunt nec vivi, & dubii ſimiliter ſunt. Ipſi enim dubii, nec virides ſunt, neqve aridi; id eſt, nec vivi, nec mortui. Sicut enim herbæ eorum, ſole viſo aruerunt; ita & dubii, 65 ſimul ut audierunt perſecutionem, incommoda metuentes, redierunt ad ſimulacra, & rurſus ſervierunt eis, & erubuerunt Domini ſui ferre nomen. Hujusmodi ergo homines,

 nec

63 Alii, *plurimas herbas, quarum*, Ibid.
64 MSS. *calore* Ibid.
65 Lam. *ſimul audientes perſecutionem & incommoda*; Ibid.

nec vivi, nec mortui ſunt; ſed & hi poſſunt vivere, ſi cito egerint pœnitentiam; ſin minus, jam traditi ſunt mulieribus illis, qvæ auferent vitam eorum.

XXII. De qvinto vero monte aſpero, & virides herbas habente, hujuſmodi ſunt qvi crediderunt, fideles qvidem, ſed difficile credentes, & audaces, ac ſibi placentes; volentes [66] videri cuncta ſcire, nihilqve omnino ſcientes. Propter hanc igitur audaciam, ſenſus diſceſſit ab illis, & intravit in eos [67] temeraria [68] arrogantia. Sublimes autem ſe gerunt, & veluti prudentes; & cum ſint ſtulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc ſtultitiam, dum ſe magnificant, multi eorum exinaniti ſunt. Magnum enim Dæmonium eſt, audacia & confidentia inanis. Ex his igitur multi abjecti ſunt. Alii autem [69] agnito errore ſuo, pœnitentiam egerunt, & ſubdiderunt ſe habentibus ſenſum. Sed & cæteris horum ſimilibus propoſita eſt pœnitentia: neque enim mali fuerunt, ſed inſipientes potius & ſtulti. Hi ergo ſi egerint pœnitentiam, vivent Deo; ſin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quæ nequitias ſuas [70] exercebunt in eis.

XXIII.

66. Lam deeſt, *videri*. Ibid.

67. MSS. *fatua*. ibid

68. Bod & Lam *præſumtio*. Cot. *arrogantia*. Ibid.

69 MSS *cognito*. ibid.

70. MSS *exercent*. OXON.

XXIII. De ſexto monte habente ſciſſuras majores & minores; hujusmodi ſunt qvi crediderunt. Et hi in qvibus ſciſſuræ minores erant, hi ſunt qvi inter ſe habent lites, & propter qverelas ſuas in fide languent: ſed multi ex iis egerunt pœnitentiam, idemqve cætri facient, auditis mandatis meis: exiguæ enim ſunt lites eorum; ac facile ad pœnitentiam recurrent. At hi qvi majores habent; ſicut lapides pertinaces erunt, 71 ſimultatum & offenſarum ſunt memores, iracundiam inter ſe exercentes. Hi ergo abjecti ſunt à turri, & à ſtructura ejus reprobati: hujusmodi ergo homines difficile vivent. Deus & Dominus noſter, qvi dominatur omnium rerum, & creaturæ ſuæ univerſæ habet poteſtatem, offenſas meminiſſe non vult: ſed ab his qvi peccata ſua confitentur, facile placatur. Homo vero cum ſit langvidus, mortalis, infirmus, & repletus peccatis, homini perſeveranter iraſcitur, * tamqvam conſervare eum poſſet, aut perdere. ** Ego autem moneo vos, Nuncius & præpoſitus pœnitentiæ, ut qvicumqve propoſitum tale habetis, deponatis illud, & ad pœnitentiam recurratis: & Dominus 72 medebitur prioribus delictis veſtris, ſi ab hoc Dæmonio vos purificaveritis: ſin minus, ad mortem trademini illi.

Sss 5 XXIV.

71. Alii, *inſimultatibus*, &c. Ibid. * Sirach XXVIII. 3. ** Jacob. IV. 12.

72. MSS *remediabit priora delicta veſtra*. Alii, *remedia providebit*. Ibid.

XXIV. De monte vero ſeptimo, in qvo virides & hilares erant herbæ, & totus mons fertilis erat, omneqve genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis ejusdem; & qvanto magis herbæ illæ carpebantur, tanto lætiores 73 revirebant: hujusmodi ſunt qvi crediderunt ſimplices & boni ſemper, & nullas habentes inter ſe diſſenſiones, ſed lætantes ſemper de ſervis Dei; induti ſpiritum virginum harum, & ſemper 74 in omnes homines ad faciendam miſericordiam prompti, & de laboribus ſuis cunctis hominibus facile tribuentes, ſine improperio & deliberatione. Viſa igitur Dominus ſimplicitate & omni infantia eorum, auxit eos in laboribus manuum ſuarum, & dedit eis in omni 75 opere gratiam. Ego autem hortor vos, præpoſitus pœnitentiæ Nuncius, in eodem propoſito permanere, qvicumque eſtis hujusmodi, ne eradicetur ſemen veſtrum in ævum. Dominus enim vos probavit, & conſcripſit in noſtrum numerum, & omne 76 ſemen veſtrum cum Filio Dei x) 77 ditavit; de ſpiritu enim ejus eſtis omnes.

XXV. De octavo vero monte in qvo plurimi erant fontes, in qvibus adaqvabatur omne

73. MSS. *revireſcebant* Ibid.
74. Lam. *omnibus hominibus*. Ibid.
75. Lam. *tempore*. Ibid.
76. Lam. *genus*. Ibid.
x) Deputavit. V.
77. Cot *ditavit*. Bod. & Lam. *habitabit* Ibid.

omne genus creaturæ Dei; tales ſunt qvi crediderunt Apoſtolis, quos miſit Dominus in totum orbem prædicare; & qvidam Doctores, 78 qvi caſte & ſincere prædicaverunt ac docuerunt, nec qvidqvam omnino ſubſcripſerunt malæ cupiditati, ſed aſſidue in æqvitate & veritate ambulaverunt. Hi ergo inter Angelos converſationem habent.

XXVI De nono autem monte deſerto, ac 79 ſerpentes habente; hujusmodi ſunt qvi crediderunt, 80 ſed & maculus habebant. Hi ſunt Miniſtri male miniſterium agentes, diripientes viduarum bona & pupillorum; 81 ſibi, non aliis, ex his quæ acceperunt, miniſtrantes. Hi, ſi permanſerint in eadem cupiditate; morti ſe tradiderunt, nec nulla erit in eis ſpes vitæ: qvod ſi converſi fuerint, & caſte conſummaverint miniſterium ſuum, poterunt vivere. Qvi vero ſcabroſi reperti ſunt, ii ſunt qvi nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rurſus redierunt, ſed agreſtes evaſerunt atqve deſerti; non applicantes ſe ad Dei ſervos, ſed ſeparati ab eis, pro parva ſollicitudine vitam ſuam amiſerunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in ſepe, cui nulla cultura contingit; diſperit & ſuffocatur ab herbis, & agreſtis tempore efficitur;

(de-

78. MSS deeſt, *qui* Ibid.
79. Bod. *ſerpentibus habitato*. Ibid.
80 MSS *qui &*. Ibid
81 Lam *ſibi alios ex miniſterio quod acceperunt, miniſtrari cogentes: ſi* Ibid.

(deſinit enim utilis eſſe domino ſuo:) ſic & hujuſmodi homines de ſeipſis 82 deſperantes, exacerbati, Domino ſuo inutiles eſſe cœperunt. His ergo y) demandatur pœnitentia; ſi non ex præcordiis inventi fuerint negaſſe: z) an vitam aſſequi poſſint, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, ſi quis negavit, ad pœnitentiam revertatur: nam fieri non poteſt, ut nunc Dominum ſuum qvis 83 abnegans, poſt ea aſſequi poſſit ſalutem; ſed illis reputatur propoſita pœnitentia, qvi olim abnegaverunt. Accelerare enim, qvi acturus eſt pœnitentiam, debet, anteqvam peragatur ædificatio turris hujus: ſin minus, a mulieribus illis 84 trahetur ad mortem. Qvi vero curti, doloſi ſunt, alius in alium comminiſcentes; hi ſunt ſerpentes in eo monte mixti. Sicut enim mortiferum eſt hominibus ſerpentum venenum: ita & verba talium 85 inficiunt homines, atqve perdunt. Curti ſunt igitur à fide ſua, propter hoc genus vitæ ſuæ 86 in qvo morantur. Aliqvi vero eorum accepta pœnitentia, aſſecuti ſunt ſalutem; ſed & cæteri hujusmodi homines æqve aſſe-

82. Bod. *deſpondentes*. Ibid.

y) Demum. datur V. *Sic & MSS. Angl.*

z) Quod ſi quis ex præcordiis inventus fuerit negaſſe, an V. *Sic & MS. C.*

83. Lam. *Eccleſia abnegans*. Ibid.

84. Lam. *tradetur*. Ibid.

85. Lam. *decipiunt*. ibid.

86. Lam. *in quo moriantur*. Bod. *in qua morati ſunt*. Ibid.

aſſeqventur, ſi egerint pœnitentiam: ſin minus, morientur 87 cum mulieribus illis, qvarum vim poſſident ac poteſtatem.

XXVII. De decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora; tales ſunt qvi crediderunt, qvidam 88 Epiſcopi; id eſt, præſides Eccleſiarum. Alii vero hi lapides; qvi non ficto, ſed 89 alacri animo ſemper in domos ſuas ſervos Dei receperunt: & deinde qvi præſides ſunt 90 miniſteriorum, qvi & inopes & viduas protexerunt, & caſtam perpetuo converſationem habuerunt. Ergo hi homines à Domino proteguntur. Hæc qvicumqve 91 egerint, honorati ſunt apud Dominum, & inter Nuncios locus eorum eſt, ſi perſeveraverint usque in conſummationem parere Domino.

XXVIII. De undecimo monte, in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus 92 oneratæ; hi ſunt qui crediderunt, & propter nomen Domini mortem obierunt, & animo prompto paſſi ſunt, & ex toto corde ſuo animas ſuas tradiderunt. Et dixi: Quare ergo, Domine, omnes hæ arbores habent qvidem fructus, ſed earum qvædam pulcriores? Audi, inqvit: Quicumqve propter nomen Domini

paſſi

87. Lam *à mulieribus*. Ibid.
88. Bod. *Epiſcopi, i. e. præſulibus Eccleſiæ*, Ibid.
89. MSS. *libenti* Ibid.
90. MSS. *miniſterio, inopes & viduas protexerunt*. Ibid.
91. Lam *geſſerint*. ibid.
92. MSS. *plena*. OXON.

paſſi ſunt, honorati apud Deum habentur; & omnium eorum 93 deleta ſunt delicta, qvia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum diſpares ſint, & excellant qvidam inter illos, audi. Quicumque enim perducti ad poteſtates, interrogati non negaverunt Dominum, ſed prompto animo paſſi ſunt; honoratiores ſunt apud Deum: qui excellunt igitur fructus, eorum ſunt. Qui vero timidi & dubii fuerunt, & deliberaverunt in corde ſuo, utrumne faterentur, an negarent. & 94 paſſi ſunt; horum fructus exiguiores ſunt; qvoniam hæc cogitatio aſcendit in corda eorum: mala enim ac nequam eſt hujusmodi cogitatio, perinde 95 ac ſi qvis ſervus neget dominum. Cavete igitur vos, qvi hujusmodi cogitationes habetis, ne permaneat hæc mens in vobis, & Deo moriamini. Vos igitur qvicumque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum 96 honorare debetis; qvod dignos vos habet Dominus, ut nomen ejus feratis, & omnia peccata veſtra redimantur. Nonne ergo vos potius felices exiſtimatis? Putate potius, ſi qvis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim veſtra vos gravabant; & niſi paſſi eſſetis hujus nominis cauſa, propter peccata certe veſtra mortui era-

93 MSS. *abolita*. OXON.
94. Bod add *tamen* Ibid.
95. MSS. *ut quis* Ibid.
96. Lam. *orare*, & mox, *habeat*. Ibid.

etatis Deo. Hæc igitur vobis dico, qvicumqve deliberatis confeſſione, aut de abnegatione. Confiteamini igitur vos habere Dominum Deum; ne forte negantes, tradamini in vincula. Si omnes enim gentes ſervos ſuos puniunt, qvicumqve dominum ſuum negaverunt; qvid putatis vos Dominum vobis facturum, qvi univerſorum habet poteſtatem? Removete igitur de præcordiis veſtris has 97 disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.

XXIX. De duodecimo vero monte 98 candido; b) tales ſunt qvi crediderunt ſicut infantes ſinceri, qvibus nulla malitia aſcendit in ſenſum: nec ſciverunt qvid ſit malitia; ſed ſemper in ſinceritate manſerunt. Hujusmodi ergo homines, ſine ulla dubitatione 99 inhabitabunt regnum Dei: qvoniam in nullo negotio 1 mandata Dei maculaverunt, ſed cum ſinceritate permanſerunt omnes dies vitæ ſuæ eodem ſenſus tenore. Qvicumqve ergo 2 permanſerint, inqvit, ſicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores 3 erunt omnibus illis qvos jam dixi. Omnes enim infantes honorati ſunt, apud Dominum, & primi

97. Alii. *dubitationes*. Bod *diſputationes*. Ibid.
98 MSS *candidato*. Ibid.
a) Remedientur. V. *At*. *MS*. *C*. redimentur.
b) l. infrà, cap. 31.
99 MSS *habitabunt in regno Dei* Ibid.
1. Bod: *Dominum maculaverunt*. Ibid.
2 MSS. *permanſeritis*. Ibid.
3. MSS. *eritis*. Ibid.

mi habentur. Felices ergo vos, quicumque removeritis malitiam a vobis, & indueritis innocentiam: qvia primi videbitis Deum. Poſtquam finivit omnium montium explanationem; dico ei: Domine; nunc expone mihi de lapidibus his, qui allati ex campo, in locum reprobatorum ad ſtructuram turris 4 miſſi ſunt: item de lapidibus illis rotundis, qvi in ſtructuram turris adjecti ſunt: & de his qui adhuc rotundi remanſerunt.

XXX. Audi, inqvit, de lapidibus. Qui 5 allati de campo, in ſtructuram turris poſiti ſunt eorum loco, qui reprobati erant; radices ſunt illius candidi montis. Cum igitur hi qvi de illo monte crediderunt, facti ſunt innocentes; juſſit Dominus ejus turris, eos qvi de radicibus montis eſſent, in ſtructuram collocari. Intellexit enim, ſi 6 ad ædificationem iiſſent, ſplendidos illos permanſuros, nec ullum de his amplius 7 denigrandum. Quod ſi ita de cæteris montibus adjeciſſet; non neceſſe habuiſſet rurſus viſitare eam turrim, atqve purgare. Hi autem omnes candidi ſunt, qvi crediderunt & qvi credituri ſunt: ex eodem enim genere ſunt. Felix hoc genus, qvia innocuum eſt. Audi nunc & de illis rotundis lapidibus, & ſplendidis. Hi omnes, de hoc candido monte ſunt.

4 MSS. *ierunt* OXON.
5 MSS. *ejecti* Ibid.
6 MSS *ſi in illa ædificatione miſſi eſſent*, Alii omittunt *miſſi*. ibid
7 Lam. *his nigricaturum*, Ibid.

ſunt. Quare autem rotundi ſunt reperti, cauſa eſt, quia divitiæ ſuæ illos puſillum à veritate obſcuraverunt, atque obfuſcaverunt, ſed à Deo nunquam receſſerunt; nec ullum verbum malum proceſſit de ore eorum; ſed omnis æquitas, 8 virtus & veritas. Horum ergo mentem cum vidiſſet Dominus, & poſſe eos veritati favere; juſſit bonos quoque permanere, & opes eorum circumcidi: non enim voluit in totum illas tolli; ut poſſent boni aliquid facere de eo quod eis relictum eſt, & c) vivere Deo, quoniam & ipſi de genere bono ſunt. Ideo ergo puſillum circumciſi ſunt, & poſiti in ſtructuram turris hujus.

XXXI. Cæteri vero, qui adhuc rotundi permanſerunt, neque apti reperti ſunt in eam ſtructuram, quia nondum acceperunt ſigillum, repoſiti ſunt in loco ſuo: valde enim rotundi reperti ſunt. Oportet autem circumcidi hoc ſæculum ab illis, & vanitates opum ſuarum, & tunc convenient in regno Dei: neceſſe eſt enim eos intrare in regnum Dei: hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quiſquam: etenim licet quis eorum tentatus à nequiſſimo Diabolo, aliquid deliquerit, cito recurret ad Dominum Deum ſuum. Felices d) vero judicio, ego Nuncius pœnitentiæ, qui-

8. MSS. *& virtus veritatis.* Ibid.
c) Vivent V. *Sic & MS C.*
d) Vos V. *Sic & MS.* C. l. ſuprà, cap. 29.

qvicumqve innocentes eſtis ſicut infantes; qvoniam pars veſtra bona eſt & honorata apud Deum. Dico autem omnibus vobis qvicumqve ſigillum hoc accepiſtis, ſimplicitatem 9 habete, neqve offenſarum memores eſtote; neqve in malitia permanete, neqve in memoria offenſarum amaritudines in uniuscujusqve ſpiritu 10 fiant; ſed his malis 11 ſciſſuris remedia procurate, atqve tollite illas à vobis:

Antiochus, Homil. 94.

Καλόν ἐςι κρατεῖν τὴν ἁπλότητα, ϗ τὴν ἀκακίαν, ϗ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν, τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, ϗ μὴ εἶναι μνησικακοὺς, μήτε παραμένους (*l.* παραμόνους) τῇ κακίᾳ, ἀλλ᾽ ἀποθέσθαι τὰς κακίας, ϗ τὰς πονηρίας, ϗ τὰς πικρίας τὰς παραμόνους (*l.* παραμονίους) ϗ γενέσθαι ἓν πνεῦμα, ϗ τὰ σχήματα (*l.* σχίσματα) τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι.

Bonum eſt habere ſimplicitatem, & innocentiam, & eſſe ſicut infantes, qui neſciunt malitiam, quæ vitam hominum perdit; neque eſſe offenſarum memores, neque in malitia permanere; ſed removere malitias, & malignitates, & amaritudines permanentes; & fieri unus ſpiritus; & malas ſciſſuras tollere ac evertere.

Ut

9. MSS. *habere neque offenſarum memores eſſe, neque in malitia veſtra permanere* OXON.

10. MSS. *fieri & has malas ſciſſuras permedicare, & tollere à vobis.* Ibid.

11. *Sciſſuras.*) Græcè in uno Codice Regis membranaceo, σχίσματα. COT.

Ut Dominus pecorum gaudeat de e) vobis; gaudebit autem, ſi omnia invenerit ſana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit diſſipatum, væ erit paſtoribus. Quod ſi ipſi paſtores diſſipati fuerint; quid reſpondebunt etiam ei pro pecoribus? f) Numquid dicent, a pecore ſe vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res eſt, paſtorem pati poſſe a pecore: & magis g) punitur, propter mendacium ſuum. Et ego ſum Paſtor, & validiſſime oportet me de vobis rationem reddere.

Antiochus, *Homil.* 122.

Ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος τῶν προβάτων, χαρῇ ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῇ. Χαρήσεται δὲ ἐὰν πάντα ὑγιῆ εὑρεθῇ, καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, καὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὑρεθῶσι διαπεπτωκότες, τί ἐροῦσι τῷ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ

Ut tum venerit Dominus pecorum, gaudeat de eo, & de pecoribus lætetur. Gaudebit autem, ſi omnia invenerit ſana, & non quædam ex illis diſſipata. Si autem aliqua ex talibus invenerit diſſipata, væ erit paſtoribus. Quod ſi paſtores ipſi diſſipati inventi fuerint; quid dicent Domino gregis; An à pecore ſe vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim

e) His *MS. C.*

f) Hunc locum laudat autor homiliæ de aleatoribus quæ exſtat ad calcem Cypriani.

g) Punietur, *MS. C.*

res eſt, paſtorem pati poſſe aliquid à pecore. Magis vero punientur, propter mendacium ſuum. Scientes ergo, quod valde oportet de iis reddere rationem, &c.

τῶν προβάτων διέπεσαν; ἢ πιστευθήσονται; Ἄπιστον γὰρ πρᾶγμά ἐστι, ποιμένα ὑπὲρ προβάτων παθεῖν τι. Μᾶλλον δὲ κολασθήσονται διὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. Εἰδότες οὖν ὅτι λίαν δεῖ αὐτοὺς ἀποδοῦναι λόγον δεῖ, &c,

XXXII. Conſulite ergo vobis, dum adhuc turris ædificatur. Dominus habitat in viris amantibus pacem: h) 12 etenim vera pax cara eſt. A 13 contentioſis vero, & perditis malitia, longe abeſt. Reddite igitur ei ſpiritum integrum, ſicut accepiſtis. Si enim dederis fulloni veſtimentum integrum, idque integrum vis denuo recipere, fullo autem ſciſſum tibi illud reddat, recipies illud? Nonne ſtatim excandesces, & eum convitio perſequeris? dicens: Veſtimentum 14 meum integrum tibi dedi: quare ſcidiſti illud, & inutile feciſti? Nunc propter ſciſſuram, quam in eo feciſti, 15 uſui eſſe non poteſt. Nonne hæc omnia verba dices fulloni, & de ſciſſura quam in veſtimento tuo fecerit? Si igitur tu

16 doles

h) Et enimvero, *f.* ei enim. *Sic & MS. C.*

12. Lam. *enimvero.* OXON.

13. Lam. *litigioſis.* Ibid.

14. Lam. deeſt, *meum.* Ibid.

15. Lam. *in uſum.* Ibid.

[16] doles de veſtimento tuo, & quereris, quod non illud integrum recipias: quid putas Dominum tibi facturum, qui ſpiritum integrum tibi dedit, & tu eum totum inutilem redegiſti, ita ut in nullo [17] uſu eſſe poſſit Domino ſuo? Inutilis enim cœpit eſſe uſus ejus, cum ſit corruptus à te.

Antiochus *Homil.* 94.

Ὅπως ὁ κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς γένηται, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. Ἐὰν γὰρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιὲς, καὶ τοῦτο θέλει κομίσασθαι, ὁ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον, ἀποδώσει, ἆρα λήψεται αὐτό, οὐχὶ μαχήσεται, καὶ ὑβρίσει; λέγων αὐτῷ· ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα, διὰ τί αὐτὸ ἔσχισας, καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; εἰ οὖν οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις, καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπείληφεν ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡμεῖς παθεῖν ὑπὸ τοῦ

Ut Dominus pacis habitet in omnibus, quo & ſpiritus integer fiat, ſicut illum accepit homo. Si enim aliquis dederit fulloni veſtimentum novum & integrum, atque illud velit denuo recipere; fullo autem ſciſſum veſtimentum reddat; an recipiet illud? Nonne ſtatim excandeſcet, & eum convicio perſequetur? dicens: Veſtimentum integrum tibi dedi; quare ſcidiſti illud, & inutile feciſti? Si igitur ita dolet aliquis de veſtimento, & queritur, quod non illud integrum receperit; quid putamus Dominum nobis

16. Lam. *doles & quereris,* Ibid.
17. ita Lam. *pro nullo uſui.* Ibid.

nobis facturum, qui ſpiritum integrum accepimus, & illum moleſtia affecimus, & inutilem reddidimus, non viventes cum boneſtate? ita ut nulli uſui eſſe poſſit Domino ſuo? Nam uſus ſpiritus à nobis corruptus eſt.	κυρίῳ, τὸ πνεῦμα λαβόντες ὑγιὲς, καὶ τοῦτο λυπήσαντες, καὶ ἀχρειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρῆσιν δύναται εἶναι τῷ κυρίῳ ἑαυτοῦ; ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος ὑφ' ὑμῶν κατεφθάρη.

Nonne igitur Dominus de ſpiritu ſuo, propter hoc factum tuum, idem faciet? Plane, inquam, omnibus iis quoscumque invenerit in memoria offenſarum permanere, idem facie. Clementiam, inquit, ejus nolite calcare, ſed potius 18
honorificate eum, quod tam patiens eſt ad delicta veſtra, & non eſt ſicut vos. Agite 19
pœnitentiam; utile enim id eſt vobis.

XXXIIII Hæc omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, ego Paſtor Nuncius pœnitentiæ oſtendi, & locutus ſum ſervis Dei. Si ergo credideritis, & audieritis verba mea, & ambulaveritis in ipſis, & correxeritis itinera veſtra; vivere poteritis. Sin autem permanſeritis in malitia, & memoria offenſarum; nullus ex hujusmodi peccatoribus vivet Deo. Hæc omnia 20 à me dicenda, dicta ſunt vobis. Ait mihi ille Paſtor: Omnia à me interrogaſti? Et dixi: Ita, Domine. Quare ergo non interrogaſti à me, inquit de

18. Lam. *honorate*, OXON.
19. Lam. *pœnitentiam utilem*, Ibid.
20. Lam. *me docente vobis, dicta*, Ibid.

de forma lapidum in ſtructura repoſitorum, 21 ut tibi i) explicarem formas? Et dixi: Oblitus ſum, Domine Audi nunc ergo, inquit, & de illis. Hi ſunt qui nunc mandata 22 hæc audierunt; & ex totis præcordiis egerunt pœnitentiam: cumque vidiſſet Dominus bonam atque puram pœnitentiam 23 eorum, & poſſe eos in ea permanere, juſſit priora peccata eorum deleri. 24 Hæ enim formæ, 25 peccata eorum erant; & exæquata ſunt, ne apparerent.

21. Lam. *quod explicuimus, formes.* Ibid.
  i) Quod explevimus V. *Sic & MS. C.*

22. Lam. *mea.* Ibid.

23. Lam. add. *eſſe.* Ibid.

24. *Hæ enim formæ, peccata eorum erant; & exæquata ſunt, ne apparerent.*) Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 18. poſt medium; *οἱ σπῖλοι τῶν ἁμαρτιῶν μένουσι τῷ σώματι. ὥσπερ γὰρ πληγῆς προχωρησάσης ἐν τῷ σώματι, κἂν θεραπεία γένηταί τις, ὅμως ἡ οὐλὴ μένει οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία πλήσσει τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. καὶ μένουσι οἱ τύποι τῶν ἥλων ἐν πᾶσι. περιαιροῦνται δὲ μόνον ἀπὸ τῶν λαμβανόντων τὸ λουτρόν. Macula peccatorum manent in corpore. Ut enim plaga accepta in corpore, etiamſi curata ſit, cicatrix tamen manet: ſic & peccatum vulnerat corpus, & animam; & manent formæ ſeu ſigna mucronis in omnibus; tolluntur autem tantum ab iis, qui lavacrum Baptiſmi accipiunt.* Videatur Cap X. iſtius Similitudinis, cum Diatriba illuſtriſſimi Epiſcopi Vaſionenſis, Joſephi Mariæ Suareſii de foraminibus lapidum in priſcis ædificiis COT.

25. Lam. *peccati*, & mox, *exæquata.* OXON.

SIMILITUDO X.

I.

POſtquam perſcripſeram librum hunc; venit Nuncius ille qui me tradiderat 26 illi Paſtori, in domum in qua eram, & conſedit ſupra lectum, & adſtitit in dextera ejus ille Paſtor. Deinde vocavit me, & hæc mihi dixit: Tradidi te, inquit, & domum tuam huic Paſtori, ut ab eo protegi poſſis. Ita, inquam, Domine. Si vis ergo protegi, inquit, ab omni vexatione, & ab omni ſævitia, ſucceſſum autem habere in omni opere bono, atque verbo, & omnem virtutem æquitatis; in mandatis iis ingredere quæ k) dedit tibi; & poteris dominari omni nequitiæ? cuſtodienti enim tibi mandata illa, ſubjecta erit omnis cupiditas & dulcedo hujus ſæculi; ſucceſſus vero in omni bono negotio te ſequetur. Maturitatem hujus, & modeſtiam ſuſcipe 27 in te; & dic omnibus, in magno honore eſſe eum & dignitate apud Deum, & magnæ poteſtatis eum præſidem eſſe, & potentem in officio ſuo. Huic ſoli per totum orbem, pœnitentiæ poteſtas tributa eſt. Potens ne tibi videtur eſſe? Sed vos 28 maturitatem hujus, & modeſtiam quam in vos habet, deſpicitis.

II. Dico

26. Lam. *huic* OXON.

k) Dedi V. *Sic & MS.* C.

27. Lam. *vita.* Ibid.

27. Alii, *modeſtiam hujus & verecundiam.* Ibid.

II. Dico ei: Interroga ipſum, Domine; ex quo in domo mea eſt, anne aliquid extra ordinem fecerim, aut in aliquo eum offenderim. Et ego, inquit, ſcio, nihil extra ordinem feciſſe te, neque eſſe facturum; & ideo hæc loquor tecum, ut perſeveres: bene enim hic de te apud me exiſtimavit. Tu autem cæteris hæc verba dices: ut & illi qui egerunt, aut acturi ſunt pœnitentiam, eadem quæ tu ſentiant, & hic apud me de iis interpretetur, & ego apud Dominum. Et ego, inquam, Domine, omni homini indico magnalia Dei: ſpero autem eos omnes qui amant ea, & ante peccaverunt; his auditis, acturos eſſe pœnitentiam, vitam recuperantes. Permane ergo, inquit, in hoc miniſterio, & conſumma illud. Quicumque autem mandata hujus exeqvuntur, habebunt vitam; & hic, & apud Dominum magnum honorem. Quicumque vero hujus mandata non ſervant, 29 fugiunt à vita ſua, & adverſantur illi; & qui mandata ejus non ſeqvuntur, morti ſe tradunt, & unusquisque eorum reus erit ſanguinis ſui. Tibi autem dico, ut l) 30 ſerves mandata hæc, & remedium peccatorum tuorum omnium habebis.

III. Miſi autem tibi 31 has Virgines, ut habitent tecum: vidi enim eas valde affabi-

29. Lam. *fugiant à ſe vitam.* Ibid.
l) Servias mandatis his V. *Sic* & *MS.* C.
30. Cot. *ſerves mandata.* Ibid.
31. Lam. *turbas virginum.* Ibid.

les tibi eſſe. Habebis igitur tu eas adjutrices, quo magis poſſis hujus mandata ſervare: non poteſt enim fieri, ut ſine his virginibus hæc mandata ſerventur. m) Video autem eas libenter eſſe tecum: ſed & ego præcipiam eis, ut omnino à domo tua non diſcedant: tu tantum 32 communda domum tuam: in munda enim domo libenter habitabunt: mundæ ſunt enim, atquæ caſtæ, & induſtriæ, & omnes habentes gratiam apud Dominum. Igitur ſi habueris domum tuam puram, tecum permanebunt: ſi autem puſillum aliquid inquinationis acciderit, protinus à domo tua recedent: hæ enim virgines, nullam omnino diligunt inquinationem. Dico ei: Spero me, Domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent ſemper. Et ſicut is cui me tradidiſti, nihil de me queritur; ita neque illæ querentur. Ait ad Paſtorem illum: Video ſervum Dei velle n) videre, & cuſtodire hæc mandata; & virgines has munda habitatione 33 collocaturum. Hæc cum dixiſſet; iterum Paſtori illi me tradidit, & vocavit Virgines, & dixit eis: Quoniam video vos libenter in domo hujus habitare; commendo eum vobis, & domum ejus; ut à domo ejus non recedatis omnino. Illæ vero libenter hæc verba audierunt.

IV. Ait

m) Pro *vides*, *Sic* V. & *MS*. C. & *Lamb*.
32. Lam. *emunda* OXON.
n) *f*. Vivere.
33. Lam. *collocaturum*, Ibid.

IV. Ait deinde mihi: Viriliter in miniſterio hoc conſervare: 34 omni homini indica magnalia Dei; & habebis gratiam in hoc miniſterio. Quicumque ergo in his mandatis ambulaverit; vivet, & felix erit in vita ſua: quicumque vero neglexerit, non vivet, & erit infelix in vita ſua. Dic omnibus, ut non ceſſent (quicumque recte facere poſſunt) bona opera exercere; utile eſt illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. Is enim qui eget, & in quotidiana vita paritur incommoda; in magno tormento eſt, ac neceſſitate. Quisqvis igitur hujusmodi animam eripit de neceſſitate; magnum gaudium ſibi acquirit. Nam is qui hujusmodi vexatur incommodo; pari tormento cruciatur, atque ſe torquet is qui in vinculis eſt. Multi enim propter hujusmodi calamitates, cum eas 35 ſuſtinere non poſſunt, mortem ſibi 36 conſciscunt. Qui novit igitur calamitatem hujusmodi hominis, & non eripit eum; magnum peccatum admittit, & fit reus ſanguinis ejus. Facite igitur opera bona, quicumque accepiſtis à Domino; ne, dum 37 moramini facere, conſummetur ſtructura turris: propter vos enim intermiſſum eſt opus

34. Lam. *omnino indica*. OXON.
35. Lam *ſufferre*. Ibid.
36. Lam *adducunt*. Ibid.
37. Bod. *tardatis*. Ibid.

opus ædificationis ejus. Niſi igitur feſtinaveritis facere recte, conſummabitur turris, & excludemini. Poſtquam vero locutus eſt mecum, ſurrexit de lecto, & apprehenſo Paſtore, & Virginibus, 38 abiit. Dixit autem mihi o) remiſſurum ſe Paſtorem illum, & Virgines illas in domum p) meam.

38. MS. *abiit, dicens mihi remanſurum Paſtorem.* Ibid.
o) Remanſurum Paſtorem. *MS. C.*
p) *Meam. Amen.* MS. C.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

B. paginas novi tomi denotat.

XI. 1. 7. Pag. 640. 641.
XLII. 15. 242
EXOD.
XXIII. 26. 21
XXIV. 11. 194
XXV. 10. 297 B. 478.
XXXII. 32. 571
NUMER.
V. 18. 102
XI. 26. B. 787
DEUTERON.
VII. 14. 21
VIII. 4. 673
XXIX. 5. 673
JOSUÆ.
V. 13. 106
X. 10. & 19. ibid.
JUDICUM.
XIV. 15. 578
NEHEMIÆ.
IX. 21. 673
PSALMOR.
XXIV. 7. 282
LXVIII. 27. 441
ESAIÆ.
III. 10. 605
XXX. ult. 21
JEREMIÆ.
XXXV. 607
EZECHIELIS.
I. 10. 383 *
XLIII. 17. 27
HOSEÆ.
XIII. 14. 283
MICHÆ.
V. 2. 114. seq.
SAPIENT.
II. 12. 605
XIV. 15. 649
MATTHÆI.
I. 1. 346
19. 97. 111. seq.
II. 1. 106
4. 174
6. 114. seq.
15. 177
23. 364
III. 5. 347
14. 348
16. 347 *
17. 364 *
IV. 2. 69. 676
V. 40. 579
VI. 11. 367
33. 329 *
VIII. 4 84
5. 254
21. 737
IX. 20. B. 445. seq.
XIV. 26. 432
XVI. 13. 402
XVII. 2. 470
21. 329

XVIII. 10.	B. 871	XXII. 2.	238
18.	430	XXIV. 27.	322 *
XX. 9.	83	39.	359
22.	5 6	JOHANNIS.	
28.	327	I. 3.	384
XXI. 8.	240	33.	348
XXIII. 35.	120. 368	37.	736
XXIV. 30.	289	II. 20.	247
XXV. 27.	330	IV. 46.	254
XXVI. 35.	665	V. 4.	251
38.	279	VIII. 1. ſeqq.	357
XXVII. 6.	251	6.	315
51.	260	XI. 26.	417. 699
XXVIII. 19.	337	49. 51.	517
MARCI.		XII. 5.	171
VI. 3. 104. 200.	B. 437	XVIII. 13.	526
X. 11.	B. 855	39.	255
XIV. 5.	171	XIX. 6.	245
51.	600	XX. 19.	675
XVI. 8. ſeq.	325	22.	533
18.	575. 576	XXI. 25.	322. 804
LUCÆ.		ACTOR.	
I. 1.	335 *	II. 3.	641
28.	24 92	III. 1.	499
34.	29	VIII. 21. 25.	407
35.	93	27.	638
II. 1.	103	IX. 2. 5. 7.	442
4.	106	15.	443
7.	118	24.	444
VI. 5.	324	27.	445
X. 42.	330	35.	408
XIV. 10. 11.	329	39.	409
XV. 7.	572	X. 9.	499
12.	569	XI. 25.	B. 336
XVI. 19.	562	XII. 3. 4.	409
26.	563	9.	410
XIX. 13. 23.	330	11.	411
XXII. 43.	482	XIII. 2.	332
51.	664	XIV. 11.	445. 579. 651

XV.

XV. 20. B. 337
XVI. 16. 446
XIX. 27. 573
29. 474
XX. 35. 322
XX. 33. 410
39. 764
XXII. 9. 442
XXVIII. 1. ſeq. 448
21. ſeq. 451

AD ROM.

VIII. 26. B 860. 898
XV. 19. 452
XVI. 14. B. 750. ſeq.

1. AD COR.

II. 9. 342 *
V. 9. 918
IX. 5. B. 782
XIV. 18 903

2. AD COR.

III. 3. 316
VII. 10. B. 894
XI. 17. 326
24. 248
XII. 4. 943
XIII. 1. 921
XV 7. 593

AD EPHES.

III. 3. 915
IV. 30. B. 898
V. 14. 524
VI. 16. 560

AD PHILIPP.

I. 21. 876

AD COLOSS.

I. 25. 452
IV. 16. 853

1. Ad THESS.

V. 21. 330

2. AD THESS.

II. 2. 916

1. AD TIM.

V. 24. 567

2. AD TIM.

II. 19. 333 *
III. 8. 249 342 *

AD HEBR.

I. 2. 710
VI 6. B. 852
XI. 37. 342 *

JACOB.

I. 8. B. 777 886.

1. PETRI.

V. 12. 903

2. PETRI.

II. 4. 518
III. 16. 903

1. JOHANNIS.

IV. 1. 330

2. JOHANN.

1. B. 776

APOCALYPS.

I. 11. B. 791
IV. 7. 383 *
VI. 16. 118
IX. 11. B. 815
XI. 3. 291
XIV. 6. 337 *
13. 567
XXI. 2. B 814

INDEX
RERUM ET VERBORUM.
b. Paginas novi Tomi denotat.

Abbanes ſive Azanes 821 619
Abdias 388. 628. 744. 931. 984. editiones 399. rebus Apoſtolorum ſe interfuiſſe fingit 446. 584. latine ſcripſit 727. ſeq. Rufinum ſequitur 412. 429. 596
Plures Abdiæ 745
Abgarus 319. ejus morbus 318 ad Chriſtum Epiſtola 317* 983. b. 514. ſeq.
Abgarorum ſucceſſio in regno Edeſſeno 317. b. 513
Abjathar Pontifex 527
Acclamationes publicæ 240
Accubitus ad menſam 532
Aceſtus 494
Achaja Provincia 461
Achajis ſcripta Epiſtola Pauli 896
Achajæ presbyterorum & Diac. Epiſtola de paſſione S Andreæ 745. 510
Actus, pro libris ſacris quibuscunque 749
Acta Apoſtolorum à Luca conſcripta vario ordine collocata inter libros Novi Teſt. 750. Hebraice verſa 369* à variis hæreticis rejecta, *ibid.* lecta in Eccleſiis poſt feſtum Paſchatos. *Præf ad Tom.* 2, non dictata à Petro *ibid.*
Liber Actuum quem ab Apoſtolis compoſitum tradit Varadatus 803. fortaſſe Conſtitutiones Apoſtolicæ, quæ Actus vocantur à Balſamone, ut notavi p. 759
Acta Apocrypha S. Andreæ 747. S Johannis 589 765 S. Marci 780. S. Matthiæ 782. S. Pauli 791. Pauli & Theclæ 794. S. Petri 792 801. S. Philippi 806 S. Thomæ 819
Acta Pilati 214. ſeq 220. 766 b. 481. ſeq.
Caiphæ 168
Acta Synodi Apoſtolicæ Hieroſolymitanæ 803. 920
Adamus 278. 279. filius Virginis 677. ejus Apocalypſis 910
Adar menſis 203
Adelbertus 309
Adimantus 475
Adjuratio 267. 275
Ad propria abire 459. 493. 498 &c.
Ad ſe, pro in domum ſuam 411
Advocatio omnis i. e. omnes advocati 619
Ægeas Pro Cos 503
Ægippus 638. baptizatus 653
Ægypti Idola Chriſti adventu proſtrata 176

Ænea-

Æneas paralyticus 407
Æra Alexandri 169
Æthiopes, dæmones 489. 614 683 Iſraelitæ 202
Æthiopia quam adiit Matthæus 637. 670
Jul. Africanus 389. 628
Agrippa 244
Alcman 506
Alexander 238. 240
Alexandri Cyprii Acta S. Barnabæ 782
Alexander Eremita 949
Altaris gradus 27. 48
Amazonum templum 984
Amen 294 440 467. 486 [illegible] 588. 622 683 &c.
Amenta ſandaliorum lata 672
Amynſias, oppidum 460
Ἀνὰ λαμπάδα 83
Ananias è LXX. diſcipulis incertum an martyr 442
Ananias Pontifex maximus. Vide Tillemont. T. 1. memor. p. 597.
Ananias curſor 317*
Anaſtaſis Dea 652 985 b. 586
Anaxarchi ſupplicium 717
Andreas Apoſtolus 456 503 745 b. 599. ejus Acta 747 Evangelium 338. * De illius vita ſcriptores 758 Sarmatis prædicaſſe. b. 574 crux Andreæ b. 576 577
S. Andreæ memoria apud Scotos. Vide Uſſerii Antiquitat. Britannicas c. 15
S. Andreæ reliquiæ ex Patris Lucæ Thebis CPolin allatæ ſub Conſtantino, vide Cangium p. 37. ad Zonaram.
Andreas Cretenſis 45
Andronicus 542
Angeli apparent cum lumine 22. 33. preces & eleemoſynas hominum offerunt Deo 24. dolent hominibus in peccata relabentibus, pœnitentibus lætantur 569
Angelus ſuper beſtias, b. 815
Animam tuam, b. e. teipſum 70. 109
Anna Mariæ mater 19. 26. 67 b. 402 num ſemper virgo 74
Annas ſcriba, ejus filius 161 206
Anni a mundo condito ad Chriſtum natum 279 297 298
Antaradus Inſula 425
Anthimus 487
Antiochenæ Synodi ab Apoſtolis celebratæ Canones b. 336.
Antiphanes 501
Antonius 244
Ἀπεσμήξατο 79
Aphrodiſianus Perſa 44
Apocalypſis S. Johannis quando ſcripta 535. inter Canonicos libros à quibusdam omiſſa 749. 959.

legi & explicari interdicta 961

Apocalypſis Apocrypha Abrahami 940 Adami ibid. Allogenis 952. Cerinthi 955 Eliæ 940 Eſaiæ ibid. Eſdræ 936 938 952. Johannis, diverſa à Canonica 953. alia miraculoſis Cæcilii commentariis illuſtrata 961 Hermæ 966 Meſi 952 Nicodemi 952 Patriarcharum & prophetarum 938 Pauli 943 954 alia recentius conficta 948 Petri 940. Stephani 965 Thomæ 965. Zoroaſtris 952. Zoſimæ 952 Zoſtriani 952

Apocrypha, i. e. arcana, divina 960 b. 720

Apollo 930 Tillemont. memor. p. 260. ſq.

Apoſtolicorum Acta Apocrypha 748

Apoſtolorum Actus b. 598 Baptiſmus. b. 1003. ſeq. Canones. 932 138 749. 950 liber *Certamen* Apoſtolorum b. 602 Concilium Hieroſol. 803 910 Alia Concilia ab Apoſtolis celebrata. b 345 Concilium Apoſtolorum Antiochenum, ejusque Canones. B. 336 Concilium in quo conditum ab iis Symbolum. b. 339 ſeq. Concilium Apoſtolorum pro conceptione immaculata S. Mariæ b. 601 Conſtitutiones. 145 759 932 Διατάξεις. Ibid. Διδασκαλίαι, διδαχαί, Doctrina aſſiſtente Paulo Apoſtolo compoſita, qua utuntur Copti 811 950. Evangelium 340 Fragmenta à Steph. Prætorio edita 928 Liber, *Leges Apoſtolorum* 138 Apoſtolorum Liturgiæ 314 & b. 1. &c. Duodecim Apoſtolorum liturgia verſa è Syriaco. b. 325 Martyria b. 593 Liber, *Memoria Apoſtolorum*, 756 815. Liber *Paſſiones Apoſtolorum* 138. Patriæ & Parentes b 590. Periodi infra *Clementis recognitiones*. Præcepta 932 Prædicationes. 811. Liber *Sortes Apoſtolorum*. 138 b. 416 Symbolum 642 710 934 b. 339 ſeq. Synodi ſupra, Concilia, LXX. Sententiæ 933.

Apoſtoli an uxorati. Coteler. T. 2. Patrum Apoſtolicor. p. 80 ſq.

De Apoſtolis eorumque vita ſcriptores 758 793 827. ſeq. b. 5.9.

Apoſtolica Orbis diviſio. 516

Apo-

Apotacticorum Acta Apocrypha 748
Aqua amara convincendis adulteris 102
Aquila 426
Aram Theodori Mopſueſteni b. 545.
Arbor miſericordiæ 294
Arcani Diſciplina 912
Arcus ſemper tenſus rumpitur. b 626.
Ariſtobulus S. Barnabæ frater, & unus è LXX. diſcipulis & Britannis datus Epiſcopus. Henſchenius in Actis Sanctor. 15. Martii T. 2. p. 374. ſeq. Uſſerius Antiquitat. Britannic. c. I.
Ariſtodemus 575
Arphaxad 608. 618. 629. 638
Arterias contundere 719
Aſini cultus Judæis objectatus. 3 b. 399.
Aſterius 224
Aſtaroth 670
Aſtyages Rex 648
Athletæ oleo ungi ſoliti 535
Attitus 560 568
Auctor de baptiſmo hæreticorum 799
Auctor operis imperfecti in Mat. hæum 152
Ave 900
Avgarus. b. 513. ſupra, Abgarus.
Auguſtini Epiſtola ad Cerestium 307
Aureum ſeculum 645
Aurem vellere 165
Auxilius Marci Evangeliſtæ diſcipulus de quo Surius 19. Febr.
Jac. Aymarus.

B & V permutantur 545
Baaladad 685
Balneum 463 497
Baptiſmus in nomine SS Trinitatis 459. 505. 580. in nomine Chriſti 530. oleo adminiſtratus 720. 755. 822. ex lagena 530 σφραγὶς 332. * 537. 700. 822. φωτισμός 537. 678. fons ſanctificationis 565. ſignum Salutis 701. redivivi baptizati 294
In baptiſmo Chriſti apparens ignis 347 * 800
Baptiſmus lacrymarum 540
Barcabæ ſive Barcobi prophetia 343
Barjeſu liber contra Paulum Apoſtolum Baron. ad A C. 40. §. 12. Tillemont T. I. memor. p. 576
Baripſaba, quem ajunt ſanguinem è latere Chriſti effuſum cucurbita excepiſſe, vide Tom. IX. Bibl. meæ Græcæ p. 60
S. Barnabas 930 ejus paſſio, 781 986 An Epiſcopus Mediolanenſis fuerit, diſquirit Ben. Bacchinus p. 242. ſeq. libri eruditi de ori-

origine Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Epiſtolæ pars poſterior, eſt ei tributa διδαχὴ 812 vel Liber judicii de duabus viis 802 ſeq.
Barnabæ Evangelium Apocryphum. 341 370 b. 373 ſeq. 528
Barrabas 255 Barabbas b. 471
S. Bartholomæus 669. b. 589 mortis genus 685 686 807 Evangelium ei tributum 341 dictum ejus b. 329 Franciſci Dini diſſ. Hiſtorico Critica de translatione corporis S. Bartholomæi. Venet. 1700 4 Vide Muſeum Minervæ Venetæ (la Galleria di Minerva) T. IV. p. 108
Baſilica in honorem Simonis & Judæ exſtructa 635
Baſilidianorum Apocrypha 343. Evangelium Baſilidis 342
Βασιλικός 254
Batillum 716
S. Beatus Helvetiis primus Evangelium prædicavit. Uſſer c. 16 Antiqu. Britann.
Benedictio ſacerdotalis in conjugio 101
Berecynthia 712
Berith, idolum 671
Beronice 252
Bethlehemitici infantes 117
Theodorus Bibliander 53 68 71
Bibliotheca pro libris S. Scripturæ 295 b. 477
Bibliotheca in templo Hieroſolymitano 295
Blaſphemare Chriſtum jubebant perſecutores 529 ſeq.
Bonus, pro formoſo 549
In Britannia Evangelium docuiſſe traduntur Apoſtoli, Jacobus Zebedæi, Simon Zelotes, Petrus & Paulus cum Barnaba. Vide Uſſerium cap. 1. & 16 Antiquitatt. Britannic.
Brontologia 952
Byrrhus 584

CÆcilii commentarii in Apocalypſin Apocrypham Johannis 961 b. 722. 731
Cæſaries, de mulieribus 501
Caiphæ Pontificis Acta 168
Cajus ad quem S. Joannis Epiſtola. Vide Tillemontii T. 1 memor. pag. 252. ſq. & 584.
Calamis confractis 693
Calandologia 952
Calebi, Kaluſus 190
Caliga 410
Callimachus adoleſcens 542
Calliopa 495
Calliſta 492
Calliſtus primus Nicææ Epiſcopus 66
Candace Regina, Candacea Eunuchus 638 650
Canes, dæmones 435 ſeq. 465

De canone Novi Teſtamenti, ſcriptores 382 * b. 554
Canones Apoſtolorum 138 749. 956. Antiochenæ Synodi Apoſtolicæ b. 336.
Capit, pro congruens eſt 382*
Capita Sanctorum radiata 588
Captivi, diebus feſtis ſoluti 255. b. 471
Carpiani 475
Carpiani 475
Carpocratis Evangelium 348
Carpus infra, in Sila
Carruca 477
Centurio 254. 261. 982 b. 471. 472. 473
Cereorum uſus in ſacris 651
Cerinthus, Merinthus 343
Cerinthianorum Apocrypha ibid. Evangelium 344 348
Cerinthi Apocalypſis 955
Certamen, pro Martyrio 745
Chami Prophetia 343
Charinus & Leuthius Simeonis filli 275. 293. 294
Leucius Charinus. Vide Leucius hæreticus.
Chariſius 705
Chriſma poſt baptiſmum 566
Chriſtianorum conventus antelucani 552. in ſepulchris 548 dicti *Jeſſæi* Epiphan. hæreſi 29. a Jeſu non à Jeſſe.
Chriſtianiſſimus Rex Æthiopiæ 653
CHRISTUS fueritne triennium in Ægypto 187. faber 200. b. 437. litteras edoctus 128. 166. 207. b. 424. ſeq. nihil ſcripſit 304. * an latine locutus. b. 517. cur vix quicquam ante trigeſimum annum de eo referant Evangeliſtæ. B. 412. ſeq. dicta ejus 321 * 335 b. 521. 394 ſeq. ſcriptura in terram 315. b. 429. Epiſtola ad Abgarum 318. 688. b. 515. Epiſtolæ de cœlo lapſæ 308. 314. b. 511. ſeq. Hymnus 307. libri ad Petrum & Paulum 305. Liturgia 314. * alia quædam 303. * b. 439. libri XXVII. 321. Chriſti præputium 191. b. 443. præſegmen umbilici, ibid. quinque millies conciſus flagris. b. 471. Num mortem timuerit 279. de ſcenſus ad inferos 710. 642 282. ſeq. 724. an ejus perſona latuerit Diabolum 280. à Tiberio Imp. colendus ſuadetur 217. Chriſti faſciæ 173. forma & imagines b. 486. latus transfoſſum 259. Miracula vide *Mirac.* De genere Chriſti narratio Apocrypha apud Suidam 50. 371. b. 546. ſeq. Liber commentitius, σύνεσις καὶ ἀπόδειξις Ἰησοῦ. b. 403. Hiſtoria Apocrypha de Sepultura Chriſti. b. 505.

Clavatum colobium 671 672
Claudiani Mamerti locus, de Apocryphis 890
Claudia Britanna, Pudentis uxor. 2. Tim. IV. 21. Vide Uſſerium c. 1. Antiqu. Britann.
Claudia Procula Pilati uxor b. 398.
Claudius Tiberius 213
Clemens Epiſcopus Romanus 429 b. 791. ejus parentes & fratres 420. mater Matthidia b 570 Clementis didaſcalia 811. Recognitiones 136. 759. b. 603. Conſtitutiones Apoſtolicæ 245. 759. Liturgia b. 4. non eſt auctor paſtoris Hermæ 969
Clementis Alex. liber quis dives ſalvetur 536
Clemens Alex. ab Abdia laudatur 597
Cleobii libri 140 dogmata 920
Cœpit venire, pro venis 895
Cogendus ad religionem nemo 519 615
Collectaneæ 33 494 b. 403
Colobium 671
Columba candida in Chriſtum baptizandum deſcendens 211
Columna lucis & fumi 172 b. 443
Columnæ viriginceæ 425
Concilium Hieroſolymitanum 594 803 920
Confeſſio peccatorum 492
